Italy

Italy

CODEX
DIPLOMATICUS CAVENSIS

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITUS

CURANTIBUS

DD. MICHAELE MORCALDI. MAURO SCHIANI.
SYLVANO DE STEPHANO. O. S. B.

ACCEDIT

APPENDIX

QUA PRAECIPUA BIBLIOTHECAE MS. MEMBRANACEA DESCRIBUNTUR

PER

D. BERNARDUM CAIETANO DE ARAGONIA O. S. B.

EPISCOPI SANCTISEVERI

TOMUS OCTAVUS

MEDIOLANI,
NEAPOLI, PISIS
HULRICUS HOEPLI
EDITOR BIBLIOPOLA

MDCCCLXXXXIII

Rec. June 6, 1902.

INDEX CHRONOLOGICUS

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCXXXV	1057	Februarii	X	15. GISULPHI	Emptio medietatis duarum terrarum in casali Veteri, ubi *Troccle* dicitur et *Gatto Morto,* per Ioannem, Sergium et Constantinum filios Ursi de Auro Atrianensis, a Ioanne cognominato Scinto.	X	112	1
MCCXXXVI	1057	Februarii	X	15. GISULPHI	Memoratorium concessionis terrae in loco qui dicitur *Ancilla Dei* ab Abbate Monasterii S. Archangeli de monte Corace in Cilento, Petro filii Petri pro tertia parte vini et frugum.	X	113	3
MCCXXXVII	1057	Februarii	X	15. GISULPHI	Lando et Alfanus filii quondam Petri de loco *Camella* in Cilento posito, et Mater ipsorum, et Laetitia cum duobus filiis suis Mauro et Petro, bona sua vendunt Monasterio Sancti Archangeli Montis Coracis.	X	114	4
MCCXXXVIII	1057	Februarii	X	15. GISULPHI	Petrus filius quondam Iaquinti medietatem solarii quod possidet Salerni, prope aquam dictam *Palma,* tradit Petro leviro suo, filio quondam Amati de loco Agella apud Nuceriam.	X	115	6
MCCXXXIX	1057	Februarii	X	15. GISULPHI	Venditio partis casae in loco Roccae S.Quirici sitae, a Ioanne filio quondam Ioannis a Mitiliano, Maioni, filio quondam Maraldi.	X	116	7
MCCXL	1057	»	X	15. GISULPHI	Locatio terrae in pertinentiis Castri Nuceriae, ubi *a lu Mercatu* dicitur, facta Ioanni ab Ademario, nomine Mansonis Comitis.	X	117	8
MCCXLI	1057	Martio	X	16. GISULPHI	Petrus filius quondam Iaquinti vendit medietatem domus intra Salernum, Grisomeno, filio quondam Leonis Graeci.	X	118	8
MCCXLII	1057	Martio	X	16. GISULPHI	Ioannes filius quondam Grimualdi Apuliensis, et uxor eius Deseia, filia quondam Grimualdi, vendunt quartam partem terrae cum castaneto in Mitiliano apud Cavam, ubi *Faitum* dicitur, Ioanni filio Iaquinti.	X	119	10

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCXLIII	1057	Majo	X	16. GISULPHI	Instrumentum, quo Leo filius quondam Mauronis Atrianensis, et Ioannes filius quondam Gutti et Maurus filius quondam Ioannis, dictus Calboruso, dividunt inter se terras, quas possident in Casali Veteri.	X	120	12
MCCXLIV	1057	Majo	X	16. GISULPHI	Eiusdem Instrumenti exemplar aliud.	XI	1	15
MCCXLV	1057	Majo	X	16. GISULPHI	Venditio duarum terrarum in loco Balnearia per Grusam et duas filias eius, Atrianensem, filiam quondam Ioannis qui cognominatus est *Magnanara*, Ioanni, qui cognominabatur Scinto.	XI	2	15
MCCXLVI	1057	Majo	X	16. GISULPHI	Mirandus filius quondam Maraldi vendit Desio et Ioanni filiis Grusae, terras, quas possidet in Cilento apud Camellam.	XI	3	17
MCCXLVII	1057	Majo	X	16. GISULPHI	Constantinus quondam Ioannis Caputi filius, res suas offert Monasterio S. Archangeli Montis Coracis.	XI	4	19
MCCXLVIII	1057	Iulio	X	16. GISULPHI	Ursus, filius quondam Iaquinti, Monasterio S. Archangeli Montis Coracis, offert medietatem terrarum, quas possidet in Cilento apud *Camellam*.	XI	5	19
MCCXLIX	1057	Octobri	XI	16. GISULPHI	Oblatio terrae in Cilento sitae, ubi dicitur *Ancilla Dei* per Laetitiam filiam Petri, qui dicitur Lazarus, Monasterio S. Archangeli in Monte Coraci.	XI	6	20
MCCL	1057	Novembri	XI	47. PANDOLFI	Prectius Alfani filius, terram quam possidet apud Abellinesem Civitatem, ubi *fontana tecta* dicitur, prope Ecclesiam S. Luciae, vendit Ioanni Clerico filio quondam Risi.	XI	7	21
MCCLI	1057	Novembri	XI	16. GISULPHI	Divisio terrarum in Transbonea inter Vivum Castaldeum quondam Petri, et Durantem quondam Guidonis, et Amatum filium quondam Ligorii.	XI	8	23
MCCLII	1057	Novembri	XI	16. GISULPHI	Domna Theodora filia Domni Gregorii Consulis, et Ducis Ro-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					manorum donant Ecclesiam S. Felicis de Fellino cum omnibus *stabilibus* et *mobilibus* eiusdem Ecclesiae, Romualdo presbytero filio Petri.	XI	9	25
MCCLIII	1057	Novembri	XI	16. GISULPHI	Vivus Castaldeus, Ioannes quondam Iaquinti, Durantis quondam Guidonis, aliique dividunt bona sua, quae possident in Transbonea.	XI	10	28
MCCLIV	1057	Decembri	XI	16. GISULPHI	De mandato Domni Leonis Abbatis Monasterii SS. Trinitatis, quod aedificatum est *extra hanc a Deo conservatam Civitatem Salernitanam*, in Metelliano, Ursus Monachus tradit excolendam terram Urso et Mauro, filiis quondam Petri.	XI	11	30
MCCLV	1057	Decembri	XI	16. GISULPHI	Litis compositio, et conventio inita inter Concilium filium Petri Clerici, et Cilentum filium quondam Accetti filii Laetitiae a Sancta Lucia, supra Quarta dictae Laetitiae, Uxoris Petri Clerici.	XI	12	32
MCCLVI	1057	Decembri	XI	16. GISULPHI	Concessio in perpetuum duarum terrarum in territorio Cavensi prope Monasterium SS. Trinitatis, per Dominum Leonem Abbatem, Ioanni filio Vineri ad medietatem vini et fructuum.	XI	13	34
MCCLVII	1058	»	XI	»	Ioannes Presbyter eiusque frater Anastasius, filiusque Argentus, Niceta et Basilio Ursini Comitis, eiusdemque uxori Sophia, aliisque consecrant fundos sitos in loco, ubi dicitur Marathosa, Monasterio S. Mariae Curizosimo.	a.a.	7	36
MCCLVIII	1058	Ianuario	XI	16. GISULPHI	Adelbertus, filius Petri Comitis, et eius Mater Gaitelgrima, filia quondam Landolfi Comitis, concedunt Ecclesiae S. Nicolai de *Gallo Canta*, cum omnibus mobilibus, quae describuntur, et stabilibus ipsi Ecclesiae pertinentibus, Theophilo Monacho.	XI	14	38

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCLIX	1058	Februario	XI	16. GISULPHI	Petrus filius quondam Sicelmanni de loco Montorio, et Uxor eius Grusa, Ecclesiae Sanctae Sophiae, cui Muscatus Abbas praeest, donant medietatem eorum bonorum.	XI	15	41
MCCLX	1058	Februario	XI	16. GISULPHI	Petrus Atrianensis, filius quondam Sergii, tarenis Amalfitanis centum et viginti, emit ab Urso Castaldeo terram in loco Veteri.	XI	16	42
MCCLXI	1058	Februario	XI	16. GISULPHI	Letus quondam Ursi, emit, a Durante quondam Guidonis terram et Vineam in Transbonea.	XI	17	44
MCCLXII	1058	Martio	XI	17. GISULPHI	Concessio terrae et domus intra Salernum ad annos viginti septem Mansae, filiae quondam Leonis Apuliensis, et viduae quondam Ioannis cognominati *Falcetra*, facta a Ioanne Abbate Ecclesiae S. Mariae.	XI	18	47
MCCLXIII	1058	Martio	XI	17. GISULPHI	Abbas Ecclesiae S. Mariae concedit ad annos viginti septem Mansae, filiae quondam Leonis Apuliensis, domum ligneam Salerni positam.	XI	19	48
MCCLXIV	1058	Martio	XI	17. GISULPHI	Musanda, vidua quondam Guidonis, donat terram cum vinea in loco Copercle, ubi *Padula* dicitur, Ioanni filio quondam Maraldi.	XI	20	49
MCCLXV	1058	Martio	XI	17. GISULPHI	Ioannes Abbas Ecclesiae S. Mathaei Apostoli, Salerni costructae, in Hortu Magno, et Leo Atrianensis, quondam Petri filius, inter se conveniunt de finibus designandis terrae in eodem loco sitae, et ita lis inter eos absoluta fuit.	XI	21	51
MCCLXVI	1058	Aprili	XI	17. GISULPHI	Guaiferius et Lambertus Comites, quondam Alferii Comitis filius, Rainaldo filio Mari, et Rodo filio Maraldi tradunt excolendam terram in loco Balnearia.	XI	22	59

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCLXVII	1058	Maio	XI	17. GISULPHI	Donatio duarum partium terrae et vineae in loco Saraniano, leviro suo Ioanni filio Radecisi, a Desidio filio quondam Petri de Calbanico.	XI	23	61
MCCLXVIII	1058	Iunio	XI	17. GISULPHI	De licentia Iudicis, Petrus aetate minor, vendit sextam terrae partem, quam possidet in loco Campiliano extra Salernum, Muscato Abbati Ecclesiae S. Sophiae.	XI	24	62
MCCLXIX	1058	Iunio	XI	17. GISULPHI	Permutatio medietatis domus cum integro catodeo, pro alia medietate domus inter Petrum et Uxorem eius Mirandam, et Grisimenum, et Nicola, cum germanis filiis quondam Nicolai Graeci.	XI	25	64
MCCLXX	1058	Iunio	XI	6. IOANNIS	Adelbertus et Landuarius Comites, germani filii bonae memoriae Domni Lamberti Comitis, donant Theophilo Monacho tertiam partem, quam possident de Ecclesia S. Nicolai de Gallo Canta et Petralena, de eiusdem bonis immobilibus et mobilibus, inter quae liturgica paramenta benemulta, nonnullosque codices.	XI	26	66
MCCLXXI	1058	Iulio	XI	17. GISULPHI	Sellicta filia quondam Cuncti vidua quondam Ioannis, una cum filiis suis concedit terram in Metiliano, ubi proprie Fanum dicitur, Sergio et Ioanni filiis quondam Maraldi.	XI	27	69
MCCLXXII	1058	Iulio	XI	17. GISULPHI	Concessio terrae et sylvae in loco *Tragiello* prope Ecclesiam S. Nicolai, facta per Romualdum Comitem filium Grimualdi Comitis, Petro Calcarario, et Mauro *da la fabbrica*.	XI	28	71
MCCLXXIII	1058	Augusto	XI	17. GISULPHI	Abbas Ecclesiae S. Maximi de Salerno concedit ad excolendas duas terras apud Mitillianum, ubi proprie *Cassiniano* vocatur, Ioanni filio quondam Ioannis cognominato Biellivoti.	XI	29	72

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCLXXIV	1058	Augusto	XI	1. IORDANIS	Maraldus, filius quondam Dauferi in Capuana Civitate degens, prope Ecclesiam S. Silvestri, vendit Maraldo, filio quondam Ariperti, terras, quas possidet apud Capuam.	XI	30	75
MCCLXXV	1058	Augusto	XI	17. GISULPHI	Diploma Gisulfi Salerni Principis, quo Castrum S. Adiutoris cum toto territorio Cavae, finibus designato, et pene multa privilegia et exemptiones, venerabili Abbati Leoni Monasterii Cavensis concedit.	A.M. a	38	77
MCCLXXVI	1058	Septembri	XII	17. GISULPHI	Bonifacius quondam Maraldi filius, nomine Ecclesiae S. Sophiae Salerni, remittit eidem Ecclesiae bona, quae possidet in loco Campiliano et quae habet Iufuni.	XI	31	81
MCCLXXVII	1058	Novembri	XII	17. GISULPHI	Sponsalia inter Amatum filium Romualdi Notario et Gemmam filiam Romualdi Iudicis, per Morgincaph eidem donatum.	XI	32	83
MCCLXXVIII	1058	Novembri	XII	17. GISULPHI	Divisio terrarum et casae ligneae inter Grifum et Leonem, filium quondam Ursi magistri comaccini, et Landonem et Gemmam et Maghenolfum aliosque pene multos, de consensu abbatis Cavensis, cui Maghenolfus iampridem bona sua obtulerat.	XI	33	83
MCCLXXIX	1058	Novembri	XII	17. GISULPHI	Ioannes Abbas Ecclesiae S. Mariae constructae in vertice montis supra Salernum, dat terras quas possidet in loco *Pastorano*, ubi ad *castanea panda* dicitur, Petro Castaldeo filio quondam Ioannis.	XI	34	85
MCCLXXX	1058	Decembri	XII	»	Donatio quartae partis bonorum facta Stephano, qui pro Launegilt dat *camiso* unum.	XI	35	87
MCCLXXXI	1058	Decembri	XII	17. GISULPHI	Ioannes, filius Romualdi, accepta pro Launegilt *grosina una*, donat Gemmae quondam Meli filiam, terram cum domo iuxta portam *Rotensem* Salerni.	XI	36	88

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCLXXXII	1058	Decembri	XII	17. GISULPHI	Divisio terrarum et domorum inter Ecclesiam S. Sophiae Salerni, et Guaimarium et Ioannem Comites.	XI	37	90
MCCLXXXIII	1058	Decembri	XII	17. GISULPHI	Eiusdem divisionis bonorum exemplar aliud.	XI	38	95
MCCLXXXIV	1059	Februario	XII	17. GISULPHI	Diploma Gisulfi Principis Salerni de donatione omnium bonorum vaxallorum Mitiliano Cavae, qui sine haeredibus obierint, vel extra provinciam fugere tentaverint: de qua potestate concessa omnibus hominibus Metiliani et Passiani offerendi venerabili Abbati Leoni, eiusque successoribus omnia bona sua, absque assensu Principis.	A.M. a	39	95
MCCLXXXV	1059	Februario	XII	17. GISULPHI	Intimatur a Ioanne Iudice Melo, filio Angeli Abbatis, et Ioanni Clerico, quondam Sergii Atrianensis, inter se litigantes de rebus in loro *Pasturano* et *lirino* sitis, ut ad ipsas pergerent, et secundum legem finem facerent liti.	XI	39	97
MCCLXXXVI	1059	Februario	XII	17. GISULPHI	Thofilus Abbas Monasterii S. Nicolai de *Gallocanta* emit vineam a Petro, filio Ioannis, et a Blacta uxore eius.	XI	40	98
MCCLXXXVII	1059	»	XII	17. GISULPHI	Divisio bonorum, quae sunt in loco *Capaczano*, inter Leonem filium quondam Landonis et Ioannem.....	XI	41	100
MCCLXXXVIII	1059	Martio	XII	18. GISULPHI	Ioannes Abbas Ecclesiae S. Maria Salerni concedit ad annos viginti novem, Leoni *Varrilario*, filio quondam Ioannis, terram cum casa *solerata* Salerni.	XI	42	100
MCCLXXXIX	1059	Majo	XII	18. GISULPHI	Divisio terrae cum casa in hortu Magno, Salerni, ad portam Elinis, inter Leonem Atrianensem, quondam Ioannis, et Ioannacium levirum suum, et filios ipsius.	XI	43	101
MCCXC	1059	Majo	XII	18. GISULPHI	Leo, Ioannes et Disius, filii quondam Marini, se obbligant de non vendendo bona sua, nisi Mansoni filio quondam Mastali.	XI	44	103

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCXCI	1059	Junio	XII	18. GISULPHI	Coram Rotelgrimum Comitem et Iudicem, et idoneos homines, Rolgrimus et Ioannes, filii quondam Roffredi, donant res suas Alfano et Ioanni nepoti eorum.	XI	45	104
MCCXCII	1059	Julio	XII	18. GISULPHI	Fideiussio defensionis terrarum et domorum extra Salernum, olim venditarum ab Aloara, vidua Petri Comitis, Ioanni Comiti, et inde a Purpura uxore dicti Ioannis venditorum Pandulfo Comiti, filio Guaimari Principis.	XI	46	106
MCCXCIII	1059	Julio	XII	18. GISULPHI	Sponsio data ab Alderisio filio quondam Godeni de sibi tollendam in legitimam uxorem Laetitiam, filiam quondam Petri, et de donando eidem Morgincaph.	XI	47	115
MCCXCIV	1059	Augusto	XII	18. GISULPHI	Rossemannus filius Albini medietatem bonorum vendit Landoni fratri suo.	XI	48	116
MCCXCV	1059	Augusto	XII	18. GISULPHI	Coram Maraldum Clericum et Medicum et Abbatem Ecclesiae S. Virginis Mariae constructae Salerni inter *murum* et *muricinum*, Ioannes Clericus concedit terras Bonomilo, filio quondam Abentii Ioannis, ad viginti annos.	XI	49	117
MCCXCVI	1059	Augusto	XII	18. GISULPHI	Mutuatio quadraginta auri tarenorum, facta a Carammalo filio quondam Basilii, Muscato Abbati Ecclesiae S. Sophiae Salerni per quattuor annos.	XI	50	119
MCCXCVII	1059	Septembri	XIII	18. GISULPHI	Mascinus Clericus et Adelarius, germani filii quondam Romualdi, declarant, Stephanum Atrianensem filium Constantini, qui nominatur Spiczacanzone, terras sibi vel genitori suo venditas, habere in Transbonea, ubi *Gattu Mortu* dicitur.	XI	51	121
MCCXCVIII	1059	Septembri	XIII	18. GISULPHI	Leo Cancellarius, quondam Constantini, emit ab Adelario, filio quondam Romualdi, terras cum silva in Mitiliano, ubi *Trasaria* dicitur.	XI	52	126

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCXCIX	1059	Septembri	XIII	18. GISULPHI	Ioannes Monachus coram Domnum Venerabilem Leonem Abbatem Monasterii Sanctae Trinitatis Cavensis, concedit in perpetuum, Urso *Boso* tres terras cum vineis in Metiliano.	XI	53	127
MCCC	1059	Novembri	XIII	18 GISULPHI	Divisio bonorum Romualdi comitis, inter Iaquintum, quondam Ioannis, et Mirandam, et Atam, filiam quondam Landolfi, uxorem Romualdi.	XI	54	129
MCCCI	1059	Decembri	XIII	18. GISULPHI	Photinus Graecus vendit Petro Neapolitano, quondam Stephani, casam et terram extra Salernum, et prope rivum, qui dicitur Busanola.	XI	55	129
MCCCII	1060	Ianuario	XIII	1. CONSTANTINI	Donatio vineae cum casa apud Luceriam facta Falconi a Rosemundo filio Lamberti, qui ab eo recepit in launegilt fasciolam sericam.	XI	56	131
MCCCIII	1060	Ianuario	XIII	18. GISULPHI	Petrus Comes filius Pandenolfi, concedit in perpetuum terram in Passiano, Praesbytero Ioanni, filio Alfani.	XI	57	132
MCCCIV	1060	Aprili	XIII	19. GISULPHI	Emptio terrae in loco Veteri per Leonem Amalfitanum, filium quondam Liguri de Lupo, a Ioanne Marchisano, filio Mansonis Atrianensis.	XI	59	134
MCCCV	1060	Maio	XIII	8. IOANNIS	Drosa filia Mastali Nasucacza et uxor Ioannis filii Pardi da *Terente* vendit Lupino, filio Domni Sergii de Lupino, terram, quam possidet supra montem *Alliola*.	XI	59	135
MCCCVI	1060	Maio	XIII	19. GISULPHI	Donatio bonorum, quae in Metiliano possidet Amanta, filia quondam Mari, vidua Piperati, quondam Leonis Amalfitani, cognominati *Baru*, Monasterio Cavensi.	XI	60	136
MCCCVII	1060	Iulio	XIII	19. GISULPHI	Vivus Castaldeus, filius quondam Petri, vendit terras in Transbonea, ubi *Fagitu* dicitur, Monasterio Cavensi.	XI	61	137

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCCVIII	1060	Iulio	XIII	19. GISULPHI	Morgincaph, quod Guisenolphus filius Alfani donat Gemmae Landonis filiae.	XI	62	139
MCCCIX	1060	Iulio	XIII	19. GISULPHI	Gisulphus Princeps Salerni per diploma confirmat consanguineis suis Ederado, filio Landemari Comitis, et Gaitae et Mariae filiabus Friderisii Comitis, possessionem bonorum, quae sunt intus et extra Salernum.	A.M. a	40	139
MCCCX	1060	Iulio	XIII	19. GISULPHI	Venditio tertiae partis terrae et unius molendini, quod extra Salernum in fluvio Lirino constructum est, facta Maraldo Clerico a Landolfo, filio quondam Guaiferii Comitis.	XI	63	140
MCCCXI	1060	Iulio	XIII	19. GISULPHI	Lando filius quondam Ioannis, terram et Avellanetum prope Ecclesiam S. Prisci, ubi *Vespolo* dicitur, donat Gemmae filiae suae.	XI	64	142
MCCCXII	1060	Augusto	XIII	19. GISULPHI	Conventio inter Muscatum Abbatem Sanctae Sophiae, Salerni, et Petrum et Realem, viduam Ioannis, de quibusdam terris.	XI	65	144
MCCCXIII	1060	Septembri	XIV	19. GISULPHI	Donatio et confirmatio *Catodei* de bonis intra Salernum supra Ecclesiam S. Martini de la *Palma* facta Ioanni filio Leonis Surrentini, et nepoti suo, a Constantino socero dicti Leonis.	XI	66	146
MCCCXIV	1060	Octobri	XIV	19. GISULPHI	Venditio terrae intus Castellum Montorii facta Urso, filio quondam Dilecti, a Petro Praesbytero et Abbate, et a Merigno germanis filiis quondam Petri, et a consubrino Imetanco filio quondam Grimoaldi.	XI	67	147
MCCCXV	1060	Octobri	XIV	19. GISULPHI	Conventio inter Pandonem filium Alferii et Sergium Abbatem Monasterii S. Archangeli in Monte Coraci, circa bona quae erant in loco, qui dicitur Ancilla Dei.	XI	68	148

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCCXVI	1060	Novembri	XIV	19. GISULPHI	Attestatio Leonis Abbatis Cavensis de rebus in loco *Citara*, confirmatis Mauroni Imperiali Protospathario, et de eorumdem quarta parte confirmata Mastalo, filio quondam Godeni Amalfitani.	XI	69	150
MCCCXVII	1061	Ianuario	XIV	19. GISULPHI	Polissena, quondam Adalferii, uxor Ursi filii quondam Sergii Castaldei, qui dictus est Cafarello, vineam et terram in Transbonea vendit Mansoni, filio quondam Constantini.	XI	70	152
MCCCXVIII	1061	Februario	XIV	19. GISULPHI	Venditio terrae in Transbonea ab Adelario quondam Romualdi, et Gemma uxore eius, Monasterio Cavensi.	XI	71	154
MCCCXIX	1061	Majo	XIV	20. GISULPHI	Sergius fiiius Dalfini emit terras in loco *Sepi* a Iaquinto filio Madelmi, et a Ioannacio filio Desidei.	XI	72	155
MCCCXX	1061	Iunio	XIV	20. GISULPHI	Obligatio pro debito viginti novem solidorum, Radualdi filii Romualdi et Letitiae uxoris eius, facta Vivo et Petro, filiis Nicolai de Rubro.	XI	73	159
MCCCXXI	1061	Iulio	XIV	20. GISULPHI	Declaratio de terra prope flumen *Cetariae* et Ecclesiam S. Mariae de Ercla per Vivum Casteldeum et Leonem Abbatem Cavensem, Pantaleoni et Maraldo de Gutto, de Domna Blacta; exhibitis instrumentis divisionis terrarum in locis *Cetaria*, *Falertio*, et Carbonaria.	XI	74	161
MCCCXXII	1061	Septembri	XV	20. GISULPHI	Conventio inter Vivum Castaldeum, quondam Petri, Amalfitanum et Ioannem, filium quondam Leonis, qui vocatus est *Mannarini*, ut finem ponerent liti, quam habebant de terris apud Cetariam et Carbonariam.	XI	75	167
MCCCXXIII	1061	Octobri	XV	20. GISULPHI	Praeceptum, *utili anulo consignatum*, concessum Monasterio Cavensi cum sex cartulis per Vivum Castaldeum Salerni de rebus *Cetariae*, *Carbonariae*, *Ferruliti* et *Falertii* sitis.	XI	76	172

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCCXXIV	1061	Octobri	XV	20. GISULPHI	Concessio terrae *Salicti* apud Salernum, Mauro filio quondam Ioannis a Mauro Atrianensi.	XI	77	174
MCCCXXV	1061	Octobri	XV	20. GISULPHI	Confirmatio possessionis terrae in Metiliano, ubi Fanum dicitur, facta Sergio et Ioanni filiis Maraldi per *Reverendissimum* Leonem Abbatem Cavensem.	XI	78	175
MCCCXXVI	1061	Octobri	XV	20. GISULPHI	Adelarius, quondam Romualdi, vendit terram et castanetum in Transbonea, ubi *Traversa* dicitur, Leoni qui dictus est Cancellarius.	XI	79	177
MCCCXXVII	1061	Novembri	XV	20. GISULPHI	Vivus Castaldeus a Riso, quondam Petri, et a Petro, filio quondam Maraldi, emit bona stabilia in Mitiliano, et *septem arboribus* posita.	XI	80	178
MCCCXXVIII	1061	Decembri	XV	20. GISULPHI	Dauferius Archidiaconus, Iaquinto filio Martii, locat terras, quas possidet in agro Nucerino.	XI	81	179
MCCCXXIX	1061	Decembri	XV	20. GISULPHI	Venditio terrae et domus Salerni prope Ecclesiam S. Trofimenae, facta Petro qui vocatur *Spia*, filio quondam Lupeni Atrianensis, ab Anna filia quondam Sergii, qui vocabatur *de Dumeti*.	XI	82	181
MCCCXXX	1062	Ianuario	XV	3. CONSTANTINI	Petrus filius Constantini, et Bisantius, filius Kalolei, vendiderunt terram et vineam apud Luceriam, prope fluvium *Salsule*, Sellicto *Cebalupo* filio Benedicti.	XI	83	183
MCCCXXXI	1062	Ianuario	XV	20. GISULPHI	Conveniunt inter se ante Iudicem, Mascinus Clericus filius Romualdi, et Ioannes filius Leonis Atrianensis, circa fines terrarum, quas in Transbonea possident.	XI	84	185
MCCCXXXII	1062	Martio	XV	21. GISULPHI	Romualdus filius quondam Ioannis vendit Racho filio quondam Ioannis *Fricatese*, bona sua, quae possidet *a lu Matroniana*, ubi *a li Gabatari* dicitur, apud Nuceriam.	XI	85	185

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCCXXXIII	1062	Aprili	XV	21. GISULPHI	Donatio per Ademarium et Mirandum Germanos filios quondam Mirandi, terrae apud Nuceriam, ubi proprie dicitur *a lu Mercatu*, Visantio Clerico filio Visantii.	XI	86	186
MCCCXXXIV	1062	Aprili	XV	21. GISULPHI	Locatio terrarum in Transbonea per Vivum Castaldeum, quondam Petri, in personam Ursi filii Romualdi.	XI	87	188
MCCCXXXV	1062	Iunio	XV	21. GISULPHI	Ursus filius quondam Ioannis Atrianensis dictus *Curiale*, et Ioannes, et Lupenus germani sui dividunt inter se bona quae diversis in locis possident.	XI	88	190
MCCCXXXVI	1062	Iunio	XV	21. GISULPHI	Fideiussionem sibi invicem praestant Praepositus Monasterii Puellarum S. Archangeli et S. Stephani Salerni, et Manso *de Sfagilla*, circa fines terrarum in Mitiliano, de quibus inter eos orta fuerat quaestio.	XI	89	195
MCCCXXXVII	1062	Iulio	XV	21. GISULPHI	Concessio terrae, pertinentis ad Ecclesiam S. Sofiae intra Salernum, secus plateam, quae ducit ad *Fistulam*, a Muscato Presbytero et Abbate dictae Ecclesiae, Ioanni filio quondam Petri Massoti ad annos viginti.	XI	90	195
MCCCXXXVIII	1062	Septembri	I	21. GISULPHI	Concessio perpetua terrae, vineae, et castaneti in Passiano Cavae, cuidam Teupo, filio quondam Petri, ab Antocia uxore Petri Comitis, qui Teupus annuatim pro censu dare tenetur medietatem vini, fructuum et duas gallinas.	XI	91	197
MCCCXXXIX	1062	Octobri	I	21. GISULPHI	Terras, quae sunt extra Salernum, ubi proprie *Campiliano* dicitur, Muscatus, quondam Ioannis, et Purpura uxor eius, vendunt Ioanni scribae Palatii.	XI	92	198
MCCCXL	1062	Novembri	I	21. GISULPHI	Venditio terrarum et castaneti extra Salernum, ubi Transbonea dicitur, Reverendissimo Abbati Cavensi, a Sergio, filio quondam Maraldi, et Gemma uxore eius.	XI	93	200

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCCXLI	1062	Novembri	I	21. GISULPHI	Praedicti instrumenti aliud exemplar.	XI	94	202
MCCCXLII	1062	Decembri	I	21. GISULPHI	Donatio terrarum in Transbonea Domni Leonis Abbatis Cavensis, et Vivi Castaldei, filii Petri, Ecclesiae S. Nicolai Salerni, ab ipso Reverendissimo Abbate aedificatae.	XI	95	202
MCCCXLIII	1062	Decembri	I	25. LANDOLFI	Venditio medietatis vineae, quae est in loco *ubi dicitur Candida*, et desuper rivum *Cauda*, a Grimualdo filio Domnandi, qui fuit Presbyter, facta germano suo Amato.	XI	96	204
MCCCXLIV	1063	»	I	»	Domna, uxor demortui Ioannis filii Candidi, et Nicolaus eius Cognatus, aliique consanguinei donant terras a paterna haereditate sibi perventas, Ecclesiae S. Theodori, et Domno Theophilacto Presbytero Monasterii de *Zosimo*. (Graeca Membrana).	a.a.	8	205
MCCCXLV	1063	Februario	I	21. GISULPHI	Concessio ad vitam Monasterio S. Martini de Passiano Cavae cum bonis omnibus eidem pertinentibus, a Petro Comite filio Alfani, Urso Monacho, pro censu cerei duorum cubitorum, et duarum oblatarum. Describuntur in hac pergamena bene multae sacrae vestes, et utensilia quam plurima praedicto Monasterio spectantia.	XI	97	208
MCCCXLVI	1063	Martio	I	22. GISULPHI	Sesamus, quondam Dumnelli filius, vendit Ioanni filio Lamberti, terram sitam in loco, qui vocatur *Balnearia*.	XI	98	212
MCCCXLVII	1063	Martio	I	11. IOANNIS	Venditio Pastini in Cetaria per Annam, filiam Ioannis de Leone de Domna Blacta Pantaleoni, germano suo.	XI	99	214
MCCCXLVIII	1063	Aprili	I	22. GISULPHI	Divisio terrarum in Transbonea et in Passiano inter Petrum atrianensem, qui vocatur *Granita*, filium quondam Ioannis, et Ioannem Notarium, filium Ademarii.	XI	100	215

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCCXLIX	1063	Aprili	I	22. GISULPHI	Grusa, filia quondam Ioannis et vidua Sergii Atrianensis, vendit terram cum vinea in Transbonea, Ioanni Atrianensi, filio quondam Mastali.	XI	101	217
MCCCL	1063	Maio	I	»	Sellictus *Cebalupo*, a Ioanne Grimaldo emit vineam apud Luceriam ultra flumen *Perticata*.	XI	102	221
MCCCLI	1063	Iunio	I	22. GISULPHI	Leo, qui dicitur *Cancellarus*, emit terram in loco Transbonea intra fines Cavae, ab Adelario filio quondam Romualdi.	XI	103	223
MCCCLII	1063	Iunio	I	22. GISULPHI	Donatio terrae in loco *Vetranto* intra fines Cavae, per Ioannem Atrianensem, filium quondam Ursi, et *Tandam uxorem eius, filiam quondam Mauri Amalfitani de Pantaleone de Mauro de Comite Pantaleonis*, una cum sex chartulis, Leoni Abbati Cavensi.	XI	104	224
MCCCLIII	1063	Iulio	I	25. LANDOLFI	Ioannes *Sparani* terras, quas possidet diversis in locis, scilicet *Scrofeta* et ubi *Gualdo* dicitur, apud Avellinensem Civitatem, donat Bernardo filio quondam Deusdedit, a quo recepit mantellum pro Launegilt.	XI	105	227
MCCCLIV	1063	Iulio	I	22. GISULPHI	Petrus, filius quondam Ioannis Presbyteri, terras in Cetariae montibus positas, vendit Vivo Castaldeo.	XI	106	228
MCCCLV	1063	Septembri	II	22. GISULPHI	Oblatio terrae et vineae in loco *Iovi* intra fines Lucaniae, et alterius terrae, ubi *Trisino* dicitur, sitae, per Sergium, filium quondam Ioannis Amalfitani, Reverendissimo Leoni Abbati Cavensi.	XI	107	230
MCCCLVI	1063	Septembri	II	22. GISULPHI	Conventio inter Melum, filium Angeli Abbatis, et Ioannem Clericum, filium quondam Mirandi, aliosque, de rebus, quas possident in locis *Pastorano* et *Lirino* vocatis.	XI	108	233

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCCLVII	1063	Octobri	II	22. GISULPHI	Divisio domus et terrae Salerni, iuxta plateam, quae est *Mercatum*, inter Melum, filium Angeli Abbatis, et Ursonem, quondam Stephani.	XI	109	250
MCCCLVIII	1063	Octobri	II	22. GISULPHI	Emptio terrarum in Metiliano, ubi *Fanum* dicitur, per Sergium, filium Maraldi.	XI	110	252
MCCCLIX	1063	Novembri	II	22 GISULPHI	Remissio servilis conditionis, qua tenebantur ex testamento Romualdi, filii quondam Sicanolfi Notarii, Maria, Maralda, Alfreda, et Petrus, inserviendi Amato Romualdi filio, ab eodem Amato iisdem facta, religionis habitum induto in Monasterio S. Mariae et S. Benedicti Salerni.	XI	111	256
MCCCLX	1063	Decembri	II	22. GISULPHI	Permutatio bonorum inter Ioannem filium quondam Ursi, et Monasterium S. Archangeli de Monte Corace in Cilento.	XI	112	259
MCCCLXI	1063	Decembri	II	22. GISULPHI	Confirmatio donationis terrarum et molendinorum prope flumen Lustra, et in locis *Persicito*, et in *Castello Cilenti*, per Golferium filium quondam Radualdi, Monasterio S. Magni.	XI	113	260
MCCCLXII	1063	Decembri	II	22. GISULPHI	Eiusdem declarationis et confirmationis aliud exemplar.	XI	114	268
MCCCLXIII	1064	Ianuario	II	22 GISULPHI	Obligatio Ioannis, filii quondam Ursi, de restitutione tarenorum auri quadraginta octo, Petro filio Iaquinti.	XI	115	268
MCCCLXIV	1064	Ianuario	II	22. GISULPHI	Gemma uxor Martii, terram donat intra fines Nuceriae sitam, ubi *Barbaciano* dicitur, Ioanni filio quondam Petri.	XI	116	270
MCCCLXV	1064	Ianuario	II	22. GISULPHI	Rendena, filia quondam Maronis, et vidua Iaquinti, quartam partem, quam per Morgincaph habuit, vendit Mariae *Monachae*.	XI	117	272
MCCCLXVI	1064	Ianuario	II	22. GISULPHI	Traditio memoratorii, per quod data fuit Mansae, filiae			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					quondam Leonis Apuliensis, et viduae Ioannis *Falcearia*, portio de terra, et de domo, Salerni, ad annos viginti septem, a Ioanne Abbate, et inde ab ipsa Mansa et Petro filio eius, donata Maraldo Abbati Ecclesiae S. Mariae de Domno.	XI	118	273
MCCCLXVII	1064	Ianuario	II	22. GISULPHI	Declaratio circa possessionem terrarum ultra flumen Lirinum, ubi *Pratora* dicitur, Ferrando filio quondam Truppualdi, pertinentem, per Guaimarium Comitem, quondam Guaimarii Comitis, et Ademarium filium Ursi.	XI	119	275
MCCCLXVIII	1064	Ianuario	II	22. GISULPHI	Gemma filia quondam Mauri Atrianensis, dicti *Maliomazza* et vidua Leonis Atrianensis, qui nuncupatus est *Pellulus*, vendit Ioanni qui dicitur *Scintus*, quartam partem terrarum, quas possidet in loco *Baniaria* et *S. Adiutoris*.	XI	120	277
MCCCLXIX	1064	Ianuario	II	22. GISULPHI	Emptio duarum terrarum in Transbonea per Ioannem Atrianensem, qui dicitur *Boccapiczola*, a Vivo qui fuit Castaldeus.	XII	1	278
MCCCLXX	1064	Ianuario	II	22. GISULPHI	Vivus Castaldeus, terras in *Cetaria*, *Falerzo* et *Carbonaria* positas, emit a Maione, filio quondam Raimi et a Sepetana uxore istius.	XII	2	279
MCCCLXXI	1064	Februario	II	22. GISULPHI	Donatio terrarum intra fines Nuceriae, facta Ecclesiae S. Martini et S. Mariae de *Pau*, per Ioannem Ciceri, et Gemmam uxorem eius, simul ac per Ioannem et Dardonum filios Petri.	XII	3	281
MCCCLXXII	1064	Februario	II	22. GISULPHI	Venditio terrae in Casali *Pastorano* per Guisum, filium Petri, et Ursonem fratrem, Petro filio Machenolfi, et Ittae uxori eius.	XII	4	282
MCCCLXXIII	1064	Februario	II	22. GISULPHI	Sententia Iudicis in componenda lite inter Mascinum clericum, filium quondam Mauri,			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					circa bona, quae sunt Albolae et Transboneae.	XII	5	284
MCCCLXXIV	1064	Martio	II	23. Gisulphi	Petrus, filius quondam Ioannis Presbyteri, vendit Adualdo Comiti, filio quondam Alferii, medietatem bonorum quae possidet in monte *Falerzo.*	XII	6	296
MCCCLXXV	1064	Martio	II	23. Gisulphi	Conventio inter Alfanum Abbatem Ecclesiae S. Matthaei Apostoli, et S. Ioannis, Salerni, et Ratelgrimum Comitem et Iudicem, et germanum eius Petrum, filios Grimualdi, qui Petrus postea fuit Monachus Cavensis, de bonis dictae Ecclesiae.	XII	7	297
MCCCLXXVI	1064	Martio	II	23. Gisulphi	Ursus et Ioannes, filii Desii Presbyteri, Ioanni filio Grimualdi, vendunt terram in *Castello Laurino.*	XII	8	303
MCCCLXXVII	1064	Aprili	II	23. Gisulphi	Testamentum, quo Petrus Alfani Comitis filius, de rebus suis, quas diversis in locis possidet, disposuit in favorem Ademarii eius filii naturalis, et Landelaicae sororis suae, et in favorem Alfani istius filii.	XII	9	304
MCCCLXXVIII	1064	Maio	II	23. Gisulphi	Ademarius Clericus, filius quondam Dauferii, qui vocatus fuit *da la Sala*, et uxor eius Aloara, vendunt Litto, filio quondam Musandi, terram cum domo intra Castellum Nucerinum.	XII	10	306
MCCCLXXIX	1064	Maio	II	23. Gisulphi	Memoratorium de composita lite inter Petrum filium Landonis, et Petrum, olim Iudicem, filium quondam Grimualdi, circa res, quas uterque possidet in loco *Casolla*, in agro Nucerino.	XII	11	307
MCCCLXXX	1064	Maio	II	23. Gisulphi	Venditio terrae cum vinea in *Cerbaricia*, extra Salernum, facta Petro *Sfagilla* a Petro, filio quondam Petri Comitis, et a Miranda uxore eius.	XII	12	309
MCCCLXXXI	1064	Iunio	II	23. Gisulphi	Ioannacius, quondam Ioannis, qui dictus fuit *Gualpa*, et			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					Blacta uxor eius, vendunt Constantino et Petro germanis fratribus supradicti Ioannacii, terram et vineam in loco *Iovi*.	XII	13	311
MCCCLXXXII	1064	Iunio	II	23. GISULPHI	Donatio duarum terrarum in casale Transbonea, ubi *Fagitu* dicitur, Truppualdo, filio Ursi, per Vivum Castaldeum, et Romanam eius uxorem, qui acceperunt ab eodem Truppualdo *Grasenam* in Launegilt.	XII	14	313
MCCCLXXXIII	1064	Iunio	II	23. GISULPHI	Guaimarius Comes, filius Guidonis, et Adeltruda, quae Mira vocatur, donant Benedicto Presbytero pro servitiis ipsi Guaimario, morti proximo, praestitis, terram quae ad *Cliurum* dicitur, apud Nuceriam.	XII	15	314
MCCCLXXXIV	1064	Iunio	II	23. GISULPHI	Huiusmodi Instrumenti exemplar aliud, quo praedicta donatio roboratur.	XII	16	316
MCCCLXXXV	1064	Septembri	III	23. GISULPHI	Ursus filius Romualdi vendit Reverendissimo Abbati Cavensi, terram in Mitiliano, ubi *Veteri* dicitur, in qua dictus Abbas novam Ecclesiam aedificavit in honorem Beatissimi Leonis Papae.	XII	17	316
MCCCLXXXVI	1064	Novembri	III	23. GISULPHI	Mulier nomine Romelgaita, vidua Ademarii, filii quondam Ioannis Curzone, et Ioannes et Ademarius, germani, filii dictorum Ademarii et Romelgaitae, infantuli, fame compulsi, vendunt, iuxta legem Longobardorum, Litto, filio quondam Musandi, domum in Castello Nucerino.	XII	18	318
MCCCLXXXVII	1064	Novembri	III	23. GISULPHI	Sententia Iudicis, qua tuetur ius possessionis terrarum in loco Albole, in favorem Ioannis Atrianensis, filii Mauri, contra Mascinum Clericum.	XII	19	320
MCCCLXXXVIII	1065	Februario	III	23. GISULPHI	Emptio unius terrae in Transbonea, ubi Lempe dicitur, facta per Stephanun Amalfitanum a Iaquinto filio Madelmi.	XII	20	332

CODEX CAVENSIS DIPLOMATICUS

MCCXXXV

A. D. 1057

✝ In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense februarius, decima indictione. Ante me Rotelgrimum comitem et Iudicem, Iohannes, qui cognominatus est scintu, filius quondam iohanni presbiteri coniunctus est cum iohannes, et sergii, et constantino atrianensis germani et filii Ursi de auro, et per ipsum iohannes scintu ostensa est una cartula, que scripta est per romoaldum notarium presenti mense et indictione, continentem; qualiter marinus atrianensis filius quondam leonis coniunctus fuerat cum ipso iohannes scintu, et ipse marinus venumdederat eidem iohanni integra medietate de due pecias de terra cum vinea et insites·et vacuum uno teniente foris ac cibitate in loco beteri, ubi proprio troccle et gattu mortu dicitur, qui inter ambas suprascriptas pecias vias discernit, et in una de ipse pecie casa et palmentum fabricate abunt; prima de ipse pecie per fines et mensuras: a parte occidentis finis via est rectum mensuratum per ipsa via passi centum tridecim et medium; a parte septemtrionis est finis alia via, et passi octuaginta, et abinde revolvit in parte occidentis passi trigintaduo, et revolvi in parte orientis, sicut medio limes discernit, passi quinquaginta nobem, et revolvi in septemtrione passi viginti quattuor, et revolvi, et ascendit per ipsa via, que est inter ambo suprascripte pecie in parte orientis, passi tridecim et medium, intus ipsa terra prope ipsa via mensurati; et revolvi et ascendit in parte meridie per ipsa via intus ipsa terra, mensurati prope ipsa via passi decem; et revolvi in parte quasi meridie passi octo et cubitum; et revolvi et ascendi in parte occidentis passi quadraginta tres usque ipsa via priore fine. Ipsa alia pecia ibique per fines et mensurie; a parte meridie finis media sepe prope ipsa sepe rectum mensurati passi triginta sex: ab oriente fine vallone, et passi sedecim, a parte septemtrionis passi viginti; ab occidente finis ipsa via, et passi quindecim et cubitum, omnis suprascripta mensurati iusto passu ominis mensurati. Et sicut ipsi marini congruum fuerat, sua boluntate, per combenientia benumdederat suprascripti iohanni scinti integram ipsam medietatem de ambo suprascriptas pecias de terras per suprascripte fines et mensurie, sicut ipsa cartula continet, in qua ego testatus sum. Cum autem suprascripta cartula fuit ostensa, sicut ipsi iohannis congruum fuit sua boluntate, per hanc cartulam per combenientiam venumdedit suprascriptis germanis, iohannis

et sergii et constantini, integram ipsam medietatem de ambo suprascripte pecias de terras per suprascripte fines et mensurias et, qualiter illud ipse marinus venumdedit suprascripti iohannis, sicut ipsa cartula continet, cum omnia infra suprascripta venditione abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de ipse vie, et cum medietate binum, et organea que intus ipse casis est, et cum ipsa cartula et cum eaque continente, ea ratione, ut semper suprascripta venditione sit in potestate ipsorum germanis et illorum eredibus, et licead ipsis germanis et illorum eredibus de ea facere quod boluerint. Et propter confirmationem uius venditionis ipse iohannes suscepit a suprascriptis germanis centum nonaginta quattuor tari boni in omni deliberatione; et per convenientiam ipse iohannes guadiam ipsis germanis dedi, et fideiussorem eis posuit manso cognatum suum filium quondam iohannis, et per ipsam guadiam ipse iohannes obligavit se et eius eredes semper defendere suprascriptis germanis iohannis, et sergii, et constantini, et ad illorum eredibus integram suprascriptam venditionem ab omnibus ominibus et partibus; ea ratione, ut quando ipsis germanis et illorum eredes quesierint ipse iohannes et eius eredes abere defensores de suprascripta venditione, tunc ipsis germanis et illorum eredibus dent suprascripti iohannis et illius eredibus ipsa suprascripta cartula salba, ad abendum illas ipsi iohannes et eius heredibus diebus sexaginta, et ipse iohannes et eius eredes defendant ipsis germanis et illorum eredibus integram suprascriptam venditionem ab omnibus ominibus, sicut suprascriptum est, et post completos ipse dies per omnes vices cartula ipsa salva, quale illam eidem iohanni et illius eredibus data fuerit, dent ipsis germanis et illius eredibus, ad habendum illam ipsis germanis et illorum eredibus in suprascripta ratione. Et tribuit eis licentiam, ut quando ipsis germanis et illorum eredibus boluerint suprascripta venditionem per se defendere, potestatem habeant, qualiter boluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas de ea ostenderint; et si, sicut superius scriptum est, ipse iohannes et eius eredes ipsis germanis et illorum eredibus non adimpleberint, et suprascriptam, vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipse iohannes obligavit se et eius eredes componere ipsis germanis et illorum eredibus centum auri solidos constantinianos, et suprascripta adinplere, et duas cartulas unius tenoris, hanc quam ipsis germanis retinunt, et alteram quam inde retinet ipse iohannes; et tibi romoaldo notario scribere precepi.

† Ego qui supra Rottelgrimus Comes et iudex.

MCCXXXVI

A. D. 1037

✝ In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri Gysulfi gloriosi principibus, mense februarius, decima indictione. Memoratorium factum a me iaquintus abbas monasterii sancti arcangeli, quod situm est in mons coraci de cilento, quoniam tradidi ad petrus filius quondam petri una cum pando advocatori eiusdem monasterii una pecia de terra rebus eiusdem monasterii in loco qui dicitur ancilla dei nato nascente in tertiam pars per as mensura. A pars orientis passi triginta: A pars meridie sunt passi triginta quattuor: A pars occidentis per ora ipso rio, qui per imber aqua decurrit, sicut ascendit et trabersat per ipsa bia, sunt passi quinquaginta opto: a pars septemtrionalis sunt passi quadraginta, et coniungit in prima fine ad iusto passu, ut liceat te tuisque heredibus nato nascente in ipsa predicta rebus residere, et orto facere, et fobere, laborare binea et salices, et poma pastinare, et omnis vestre utilitatis hibidem facere, et licentiam habeatis vos et vestris heredibus in rebus predicti monasterii introire et iusta ratione arbores incidere pro clusuria, et pedamen, et hereditum bobis facere, et quicquid vinum vel fruge inde exierit amodo usque anni septem, vobis vestrisque heredibus sint potestati, sine omni contrarietate mea et pars ipsum monasterium et de meis successoribus; post completi predicti anni quicquid vinum vel fruge inde exierit nato nascente factum paratum ad palmentum detis michi et ad meos posteriores et ad pars ipsum monasterium tertiam pars, vobis vestrisque heredibus abeatis ipse due partes, et amodo et semper defensemus illud nobis et nostris successoribus, et pars ipsum monasterium, et ab nostris heredibus illud defensemus da omnis humana persona cum aquis, finis et vice de biis, et cum omnia intra ipsa rebus habentibus. Nam si ego vel meos posteriores et pars ipsu monasterium vos et vestris heredibus exire quesieritis, a nos licentia habeatis exinde excutere omnia vestra mobilia, et portare ubi volueritis, et si usque tres anni iterum in eodem loco rebersi fueritis, iterum ipsa clusuria, qualiter eam inbeneritis, vobis vestrisque heredibus redeat potestati in supradicta ratione illud abendum. Quod si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine ego iamdictus abbas meisque posterioribus et pars ipsum monasterii tibi petri et ad tuis heredibus non adimpleberimus, et remobere vel contrare aliquid inde voluerimus, per quolivet ingenium vel rationem obligo me ego predictus iaquintus abbas, et meos successores, et pars ipsum monasterium ad componendum vobis petri et ad tuis heredibus, et cui scriptum istum pro vice vestra in manus paruerit, viginti solidi aurei costantini. Unde pro cuncta que supra legitur adimplendum guadiam

tibi petri dedi una cum pando advocatori eiusdem monasterii, et fideiussorem tibi posui leo filio quondam iohannis visinianise, et unc brebem scribsi ego landus presbiter et notarius. Actum cilento et interfui.

✝ Signum manus pandi castaldi.

MCCXXXVII

A. D. 1057

✝ In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri Gysulfi Gloriosi principibus, mense februario, decima indictione. Ideoque nos landus alfano germani et filii quondam petri de locum qui dicitur camella actus cilentus, quam et nos mulieribus nomine purpure relicta supradicti petri mater istorum lando et alfano, quam et ego letitia relicta iohannis filius supradicti petro, cum duobus filii mei mauri et petri, Clarefacimus habere unam inclita sortio in ipso monte, sicut preceptum continet de camellisi; et congruum nobis est per combenientia una cum iohannes filii quondam ursonio advocatori nostro, venumdare inclita predicta nostra sortio de predicto monte, sicut prefatum preceptum declarat, tibi domno iaquintus abbati monasterio sancti archangeli, quod situm est in mons coraci de cilentus; unde nos prefate mulieribus notitiam fecimus ad tribus nostris propinquis parentes, et balde eos deprecabimus, ut in ac venumdatione nobis consentiens esse; ipsi autem benigne nos exinde audierunt, velut eis deprecate simus, et una cum ipsi et cum ipsi supradicti filii et mundoaldi nostri direximus ante pandus iohannes castaldus, qui nos diligenter nos ceperint inquirere, ne aliquit violentia essemus patute ab ipsi mondoaldi nostri vel a cuiqua hominibus, nos autem professe vel manifeste simus, quod nulli violentia sumus patute a cuiqua hominibus, set spontanea est nostra boluntas illud venumdare; et iterum quia holim tempus una cum suprascripti nostri biribus habuimus illud benumdatum, set ipsi nostri biribus antequam hoc videlicet scriptum firmaret iminente peccatis illis dies mortis preoccupati sunt. Nos autem cum predicti, qualiter supra computati sumus, mater et filii una cum iamdicto nostro adbocatori firmare exinde ec cartula quesibimus in predicto monasterio. Ipsis iamdictus castaldus talia audientibus et per hos testibus quorum fides ammittitur, qui talis rem testificaberit, nobis licentiam tribuerit hoc hopus perficiendum. Nos autem iamdicte mulieribus post accepta licentia ab ipsi castaldi et da ipsi nostris parentibus

una cum ipsi filii nostri et adbocatori, quorum supra nomina computati sumus, venumdedimus atque remisi tibi eidem domni iaquinti abbati inclita predicta sortio, qualiter ipsius petri de iamdicto monasterio pertinuit, sicut iamdictum preceptum continet, ut tu iamdictus iaquintus abbas tuosque successores et pars ipsum monasterium inclita predicta nostra venumdatio abeatis et dominetis, et faciatis que bolueritis cum omnia infra se habentibus, et vice de biis. A securiter et firmiter hamodo et semper tu predictus iaquintus abbas, tuisque successoribus, et pars ipsum monasterio illud habendum, possidendum, dominandum, et omnia inde faciendum quod volueritis. Et pro firma stabilitate recepimus nos toti supranominati mater et filii a te prefatus iaquintus abbas auri tari quattuordecim in omni deliveratione, sicut inter nos combenit. De qua per combenientia nos iamdicti viri et mulieribus una cum eidem nostro adbocatori ante prefati castaldi guadiam tibi domno iaquinto abbati dedimus et fideiussorem tibi posuimus petri filii quondam granato de loco camella. Et per ipsam guadiam obligamus nos et nostris heredibus hamodo et semper defensandum ad pars ipsum monasterium et rectores eadem ecclesia da omnis humana persona, et quando per vos ipsos et pars prefatum monasterium voluerit inde esse autores vel defensores, licentiam abeatis cum omni monimine et ratione, quas inde habueritis, qualiter volueritis, exinde causetis et finem faciatis, et quando vultis finis et sortionem exinde agnoscendum, ut per nos et per nostris heredibus ostendamus vobis ipsum preceptum, ut agnoscatis finis et supradicta sortio, quod apud vos abebitis. Quod si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine vos qui supra nominati viri et mulieribus tibi eidem iaquinto abbas et ad tuis successoribus et pars ipsum monasterium non adimpleberimus, et retroare vel remobere quesierimus, per nos vel per apposita persona, aut per quolivet ingenium vel ratione, per ipsam guadiam obligamus nos iam, qualiter nomina computati sumus, viribus et mulieribus et nostris heredibus ad componendum tibi qui supra domno iaquintus abbas et ad tuis successoribus, et ad pars ipsum monasterii, et cui scriptum istum pro vice vestra in manus paruerit, quinquaginta solidos aurei costantini, et quod supra legitur, firmum et stabile permaneat, et taceamus per inbitis. Et taliter scribsit ego landus presbiter et notarius. Actum cilento et interfui.

† Ego iohannes castaldus.

† Signum manus pando castaldus.

MCCXXXVIII

A. D. 1057

✝ In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri gisulfi glorioso principe, mense februario, decima indictione. Coram me rottelgrimo comite et iudice petrus filius quondam iaquinti coniunctus est cum petro cognato suo filio quondam amati de loco agella, et ipse petrus filius iamdicti iaquinti per combenientia, pro parte mirande uxori sue filia suprascripti amati, tradidit ipsi petro cognato suo inclita medietate in parte meridie de toto uno solario fabrito de casa fabrita, quod ipse filius iaquinti abet intus hanc salernitanam cibitatem subtus et propinquo aqua, que dicitur palma, pertinente de ipso filio iamdicti iaquinti, venundedit tres partes de suprascripta casa, in quo ipsa miranda quarta pars ei pertinebat per suum scriptum morgincap ei datum a suprascripto viro suo. Cum omnibus intra ipsam traditionem abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de via sua, et cum vice de scalis fabritis ipsius case ascendente et descendente cum omnibus illorum congruitatibus, iusta ratione. Ea ratione, ut integra suprascripta traditio semper sit in potestate ipsius mirande et eredum eius; et liceat illam et eius heredes de ea facere quod voluerint. Et per combenientia ipse filie predicti iaquinti guadiam ipsi petro cognato suo pro parte ipsius mirande dedit, et fideiussorem ei pro illius parte posuit seipsum; et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi mirande et illius heredibus integram suprascriptam traditionem ab omnibus hominibus. Et ipse filius iaquinti tribuit licentiam suprascripto filio amati, ut quando ipsa miranda et suos heredes voluerint, potestatem abeant suprascriptam traditionem per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo hostenderint, Et si, sicut superius scriptum est, ipsi petrus filius iaquinti et suos heredes ipsi mirande et illius heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserit, per ipsam guadiam obligavit se ipse filius iaquinti et suos heredes componere ipsi mirande et illius heredibus triginta auri solidos costantinos, et suprascripta adimplere. Verumtamen hoc memorare facio, ut ipsa miranda et suos heredes et homines quos voluerint, per ipse scalis ascendere et descendere cum omnibus illorum congruitatibus, iusta rationem, potestatem abeant, qualiter voluerint, et de ipsa traditione faciant ipsa miranda et suos heredes quicquit vellent, et quod superius inter virgulis scriptum est, legitur: in parte meridie. Et taliter tibi iohanni notario imperavi scribere.

✝ Ego qui supra Rottelgrimus Comes et Iudex.

MCCXXXIX

A. D. 1057

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri gisulfi glorioso princeps, mense februarius, decima indictione. Ideoque ego iohannes de locum mitilianum filium quondam iohanni, eo quod ante presentia petri iudici, voluntarie sue, et per anc cartulam venumdedit, adque ad semper abendum, confirmo tibi maioni cognatus meus filius quondam maraldi de locum rota inclita sortione mea de una casa fabrita conciata et cooperta, quod abeo intus atrana de ipsa rocca sancti quirici. Ideo inclita suprascripta sortione mea de ipsa casa, cum autem de casa et andita sua illud tibi predicto maioni venumdedit, unde nullam michi nec quartam sice uxori mee, nec unquam hominibus nichil exinde nobis rextiti, nec dicimus remanere sortione, set, sicut diximus, inclita ipsa sortione mea exinde tibi venumdedit, securiter et firmiter, amodo et semper, tu et tuis heredibus eos abendum, possidendum, omnia exinde faciendum, quod volueritis, absque omni contrarietate mea et de predicta uxore mea vel de meis heredibus, et propter firmandam et stabiliscendam hanc suprascripta mea vindictione, nunc a presentis recepi ego a te statutum pretium, i sunt auri tari boni triginta in omni deliberatione, sicut inter nobis conbenit; de qua per combenientia guadia ego supradictus iohannes tibi predicto maioni dedi, et meipsum tibi mediatorem posui, etiam et ipsa sica uxore mea, et per ipsa guadia obligamus et nostris eredibus, amodo et semper defensemus tibi tuisque eredibus inclita suprascripta mea vinditione, ut superius legitur, a pars iamdicte uxori mee, et da omnis cui per nos eam datum, aut obligatum, vel alienatum paruerit; et quando tu et tuis heredibus de suprascripta nostra vendictione per vos ipsis exinde volueritis esset auctores et defensores, licentiam et potestatem abeatis vice vestra in omnibus exinde causare et finem facere, qualiter volueritis, cum ista cartula, et quale alia ratione inde abere potueritis; quod si taliter omnia suprascripta ego et meis eredibus tibi tuique heredibus non adimpleverimus, et aliquit exinde removere aut contrare quesierimus, per supradicta guadia componere obligo me et meis heredibus tibi predicti maioni, et ad tuis heredibus. aut cui cartula ista in manum paruerit, triginta hauri solidos costantinos, et suprascripta nobis adimpleamus, et taliter scribere rogabi te petrum iudicem et notarium.

† Ego qui supra petrus.

MCCXL

A. D. 1057

Summarium.

Locatio unius terrae in pertinentia Castelli Nuceriae, ubi proprie *a lo Mercato* dicitur, ad medietatem *de vindemia et ad terraticum secundum consuetudinem ipsius loci.* Truppoaldus notarius instrumentum exaravit. Testes sunt Iohannes notarius, Amatus notarius. Anno XV Gisulphi, mense . . . . . . Indictione X.

MCCXLI

A. D. 1057

✝ In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis mense martio, decima indictione. Ante me iohannem iudicem petrus filius quondam iaquinti coniunctus est cum grisomeno filio quondam leonis greci, et per ipsum grisomenum hostensa est una cartula, que continebat: In nomine domini, quintodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense septembri, decima indictione. Ante me iohannem iudicem petrus filius quondam iaquinti coniunctus est cum grisomeno filio quondam leonis greci, et sicut ipsi petro congruum fuit, sua voluntate, per convenientia per hanc cartulam vendidit ipsi grisomeno pro parte sua, et pro parte nikolay greci filii suprascripti leonis integram terram illius cum catodeo de casa fabricam solarata, que est intra hanc salernitanam civitatem in plaga montis, prope aquam, que dicitur A la palma, per fines et mensuras, iusto pede manus hominis mensuratas. A parte orientis est finis via publica, et per eam mensurati pedes undecim et medius usque medium parietem fabricam, que est a parte septemtrionis. A parte septemtrionis est finis media ipsa pariete. A parte occidentis est finis media paries fabricam, et mensurati intra ipsam terram, iuxta ipsam parietem, pedes decem minus unciis tribus. A parte meridie est finis aliorum, sicut medium clusamen discernit, cum omnibus que intra ipsam terram cum catodeo usque solarium de ipsa casa sunt, cunctisque eis pertinentes, et cum vice de ipsa via. Ea ratione, ut semper sit in potestate ipsorum germani grisomeni et nikolay et eredum illorum; et liceat illis et eorum heredibus de eo facere, quod voluerint. Et propter confirmationem huius

venditionis ipse petrus suscepit ab ipso grisomeno pro parte sua et ipsius nikolay germani sui statutum pretium auri solidos triginta in omni deliberatione. Veruntamen hoc memorare facio, quia ipse petrus ab ipso solario, quod super ipso catodeo factum est in supra de ipsa casa ipsi grisomeno vel nikolao non vendidit, nec scalas fabrica que ad ipsum solarium adscendunt, et per convenientiam ipse petrus guadia ipsi grisomeno pro parte sua et ipsius nikolay dedit, et fideiussorem ei pro sua et illius parte posuit seipsum; et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsis germanis, et eorum heredibus integrum illud, quod ei, sicut suprascriptum est, vendidit ab omnibus hominibus et partibus, et tribuit licentiam, ut quando ipsi germani et eorum heredibus voluerint, potestatem habeant illud per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus, et rationibus, quas de eo hostenderint. Nec non per convenientiam per suprascripta guadia ipse petrus obligavit se et suos heredes, ut si quolibet tempore de ipsa casa ab ipso solario, quod superius dictum est in supra, et in ipsis casis daturum, aut venditurum habuerint ipsis germani grisomeno et nikolao et eorum heredibus illud vendant, et dent pretio quo iuste fuerit appretiato; et faciant ipsos germani et eorum heredes scire pro eo emendo per tertio constituto usque dies triginta et sex, et si illud, sicut suprascriptum est, emere noluerint, liceat ipsum petrum et eius heredes post ipsorum dierum constitutum de eo facere, quod voluerint. Nam si ante ipsa constituta cuicumque illud vel ex ipso dederint sine solutione ipsorum germani vel heredum illorum, sicut de eorum potestate videatur esse subtractum, tunc sine pretio rebertatur ad potestatem ipsorum germani et eredum illorum, faciendum ex eo, quod voluerint, et ipse petrus et eius heredes semper illud eis defendant ab omnibus hominibus, et si, sicut superius scriptum est, ipse petrus et eius heredes ipsis germanis et eorum heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam per convenientia obligavit se et suos heredes componere ipsis germanis et eorum heredibus centum auri solidos costantinos, et, sicut superius scriptum est, adimplere, et taliter te grimoaldum notarium, qui interfuisti, scribere precepi. Ego qui supra iohannes Iudex. Cum autem supradicta cartula fuit hostensa, sicut ipsi petro congruum fuit, sua voluntate per convenientia per hanc cartulam vendidit ipsi grisomeno pro parte sua et suprascripti nikolay germani sui integram medietatem in parte septemtrionis de predicto solario ipsius case, per suprascriptas fines et mensurias, quemadmodum suprascripta cartula continet, et qualiter ipsa medietas conciata et edificata est cum omnibus, que intra eam sunt, cunctisque eius pertinentiis, et cum vice de ipsa via et cum suprascriptis scalis fabritis, quantum de eis ad ipsam medietatem coniuncta est. Ea ratione, ut semper sit in potestate ipsorum germanorum grisomeni et nikolay et eredum illorum, et liceat illos et illorum heredes de eo facere, quod voluerint. Tantum potestatem habeant ipse petrus et eius

heredes, et homines quos vuoluerint per ipsas scalas adscendere et descendere cum omnibus illorum congruitatibus iuxta rationem usque ad aliam medietatem de ipso solario. Et propter confirmationem huius venditionis ipse petrus suscepit ab ipso grisomeno statutum pretium, pro parte sua et ipsius nikolay, tarenos bonos amalfitanicos quadraginta octo in omni deliveratione. Et per convenientiam ipse petrus guadiam ipsi grisomeno pro parte sua et ipsius nikolay dedit, et fideiussorem eius pro sua et illius parte posuit seipsum. Et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsis germanis et eorum heredibus integram suprascriptam venditionem, quemadmodum superius legitur, ab omnibus hominibus. Et tribuit ipsi grisomeno licentiam, ut quando ipsi germani et eorum heredes voluerint, potestatem habeant eandem venditionem, sicut suprascriptum est, per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de ea hostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse petrus et eius heredes ipsis germanis et eorum heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsis germanis, et eorum heredibus triginta auri solidos constantinos, Et, sicut superius scriptum est, adimplere. Quod autem superius disturbatum est, legitur: verumtamen hoc memorare facio. Et taliter te grimoaldum notarium et advocatum qui interfuisti scribere precepi.

† Ego qui supra iohannes Judex.

MCCXLII

A. D. 1057

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense martio, indictione decima. Ante me ursus castaldeus et iudex iohannes filius quondam grimoaldi de locum mitiliano, et mulier nomine deseia filia quondam grimoaldi, que est uxor suprascripti iohannis, Coniuncti sunt cum iohannes filius quondam iaquinti apuliense, et ipsi iohannes et deseia vir et uxor, Clarificaverunt se habere integram quartam partem de una pecia de terra cum castanie, et insitetum de eodem loco mitiliano ubi faitum dicitur, et dixerunt ipsam totam terram esse per fines et mensuras, iusto passu hominis mensuratas. A parte septemtrionis finis torum, inde sunt per ipso torum mensurati passi centum octo. A parte occidentis passi biginti unum fine ipsius iohannis filii ipsius iaquinti, et rebolbenti et descendenti

usque medio flubio, qui dicitur sabuculo, passi septuaginta nobem, et per ipso flubio descendente passi centum biginti unum. A parte meridie passi sexaginta tres. De iamdicta vero pecia dixerunt eorum pertinere integram quartam partem, et de ipsam quartam partem dixerunt pertinere ipsi deseia quartam pars ei data a suprascripto viro suo, reliquas vero tres partes dixerunt pertinere ipsi iohannis, et nolebat illut communiter benumdare suprascripti iohannis, et observantes ea que in langobardorum regum edicta scripta sunt de mulieres, que res suas communiter cum biro suo benundare voluerit, fecerunt notitia ad duos parentes, qui ipsi mulieri propinquiores sunt; et in presentia ipsorum parentum et mea ipsa deseia biolentia se pati non reclamavit, nisi voluntate sua suprascripta quartam parte de ipsa quartam partem de tota suprascripta rebus se dixit benundare, ut ab oc die omni tempore hoc quod vendiderit, stabilem debeat permanere; et ego in hanc cartulam manum ponam, quam petrum scriba cum notitia ipsorum parentum et mea scribit. Et ideo ipsi iohannis et deseia, sicut eis congruum fuit sua voluntate, per anc cartulam coram mea presentia, et coram presentia bibonis castaldei de ipso locum mitiliano, communiter benumdederunt ipsi iohanni filii suprascripti iaquinti integram suprascriptam quartam partem de tota suprascripta rebus per suprascriptas fines et mensurias, cum omnibus que intra ipsam quartam partem sunt, cunctisque ei pertinentiis, et cum bice de viis suis. Ea ratione ut semper sit in potestate ipsius iohannis filii iamdicti iaquinti et eredum eius; et liceat illum et eius heredes de ea facere quod voluerint. Et propter confirmationem uius benditionis ipsi vir et uxor communiter susceperunt ab ipso iohannes statutum pretium auri tarenos bonos triginta duo in omni deliberatione. Et per combenientia ipsi vir et uxor communiter guadiam ipsi iohanni dederunt, et fideiussorem ei posuerunt iaquintus de eodem loco filius quondam alfani, qui dicitur da paradiso; et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi iohannis et illius heredibus integrum illut, quod ei, sicut suprascriptum est, benumdederunt ab omnibus hominibus et partibus. Et tribuerunt ei licentiam, ut quando ille et eius heredes voluerint, potestatem habeant illut per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo hostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsi vir et uxor et illorum heredes ipsi iohannis et illius heredibus non adinpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredibus componere ipsi iohanni et illius heredibus triginta auri solidos constantinos, et, sicut superius scriptum est, adinplere. Verumtamen suprascriptam quartam partem de tota suprascripta rebus ipsi vir et uxor ipsi iohanni, sicut suprascriptum est, communiter benundederunt, reliqua alia quartam partem de tota ipsa rebus dixerunt pertinere ipsi iohanni filii predicti iaquinti per sua rationem. Et omnia suprascripta fecit ipsa deseia per consensum

ipsius viri sui, et una cum illum in cuius mundium se dixit esse. Et taliter te petrum notarium scribere precepi.

† Ego qui supra ursus castaldeus et iudex.

† Ego qui supra bibo castaldeus.

MCCXLIII

A. D. 1057

† In nomine domini, sextodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense maio, decima indictione. Ante me ursonem Castaldeum et Iudicem Leo filius quondam mauroni atrianensis Coniunctus est cum iohannes atrianensem filium quondam gutti, et cum mauro filio quondam iohannis, qui dictus fuit calboruso, et per ipsum leo filio predicti mauri hostense sunt scripte ita continentes; Ego leo filius quondam mauri feci tres sortes de rebus de locum beteri, quas communiter abeo cum iohanne filio quondam gutti, qui fuit germanus suprascripti genitoris mei, et cum mauro filio quondam iohannis: primum dibisi terram cum salices in qua molinum constructum fuit, et feci ex ea tres sortes; prima sorte fecit in parte meridie per finis et mensuras: A parte orientis est finis flubius, qui boneia dicitur, et rectum mensuratum intra istam sortem prope ripa ipsius fluvii, passi quattuordecim et medium. A parte septemtrionis est finis eadem sortis, et passi quattuordecim et medium. A parte occidentis est fine terra meaque leonis, et passi duodecim, et qualiter ab ipsis passibus badit usque in medium ipsum fluvium; et adiunxit in istam sortem pars a septentrione de terra vacua, et silba in eodem loco per fines et mensurias. A parte orientis est fine bia puplica, et passi sedecim: a parte meridie est fine illut, quod in secunda sorte adiungendum est: A parte occidentis est fine media arcaturiam, per quam fluit aquam de ipsa boneia, et per eam rectum mensuratum passi sedecim: A parte septemtrionis est finis terra aliorum: et pars ab occidente de iscla, que est in eodem loco per finis et mensuras: A parte occidentis est finis ipse fluvius, et passi triginta sex: A parte septentrionis est finis illud, quod in secunda sorte adiungendum est, et passi nobem: A parte orientis est finis illud, quod in tertiam sortem adiungendum est, et passi decem; et est ibidem lata ista sorte usque iamdictum fluvium in parte occidentis passi quattuor et medium, et ab ipsis decem passibus badit in parte meridie, erga illud quod in ipsa tertia sorte adiungendum est, passibus undecim, et est ibidem lata ista sorte in parte occidentis usque in iamdicto

flubio, passibus quattuor; et ab ipsis undecim passibus badit secus illud, quod in ipsa tertia sorte adiungendum est, passibus tredecim; et qualiter ab ipsis passibus badit usque in medium ipsum flubium, et pars que in medio facta est de terra cum silba, que est in plaia montis, in eodem loco per fines et mensuras: A parte occidentis finis bia, et passi octo: A parte orientis est finis rupis, et passi septem: A parte meridie est finis illud, quod in secunda sorte adiungendum est. A parte septentrionis est finis illud, quod in tertiam sortem adiungendum est; et est per longitudine in omni loco ab ipsa bia in parte orientis usque iamdicte ripis, de toto isto feci esse primam sortem cum bice de viis suis. Ipsam secundam sortem feci per finis et mensuras: A parte meridie est fine suprascriptam primam sortem. A parte occidentis est fine terra meaque leonis, et passi septem: A parte septemtrionis est finis tertiam sortem, et passi quindecim et medium usque ripa ipsius fluvii: A parte orientis est finis ipsius fluvii, et passi septe; et qualiter ab ipsa ripa badit in partem orientis usque in medium ipsum flubium, et adiunxi in ista sorte de ipsa terra cum silba in eodem loco per fines et mensuras: A parte septemtrionis est finis illud, quod in suprascripta primam sortem adiunctum est: A parte orientis est finis ipsam bia puplica, et passi biginti septem: A parte meridie est fine illud, quod in tertia sorte adiungendum est, qualiter rectum descendit in iamdictum medium fluvium: A parte occidentis est fine medium ipsum fluvium aliquantum et media arcaturia, qualiter coniungit in suprascripta prima fine, et pars a septemtrione de ipsa terra, que iscla in eodem loco per fines et mensurias: A parte septemtrionis est fine aliorum: A parte meridie est finis illud, quod in suprascripta prima sorte adiungendum est, et finis illud, quod in ipsa tertia sorte adiungendum est: A parte orientis est finis media ipsa arcaturiam, et rectum mensurati passi octo: A parte occidentis est finis medium ipsum fluvium, et passi octo, et pars a meridie de ipsa terra cum silba, que est in plaia ipsius montis per fines: A parte septemtrionis est finis illud, quod in suprascripta primam sorte adiunctum est: A parte occidentis est fine ipsa bia: A parte meridie est fine terra aliorum: A parte orientis est finis ipsorum rupu: ex oc feci esse secundam sortem cum bice de viis suis. Ipsa tertia sors fecit per fines et mensuras. A parte meridie est fine suprascripta secundam sors. A parte occidentis est fine terra meaque leonis: A parte quasi orientis est fine medium ipsum flubium, et adiunxi in ista sorte pars ab oriente de ipso iscla que est per fines: a septemtrione est fine illud quod in suprascripta secundam sortem adiunctum est: Ab oriente est finis media ipsa arcaturia: Ab occidente est finis illud, quod in suprascripta prima sorte adiunctum est, et pars a meridie de ipsa terra cum silba, que est in eodem loco per fines: A parte septemtrionis est finis illud, quod in suprascripta secunda sorte adiunctum est: A parte orientis est fine ipsam bia puplica: A parte meridie est finis terra

aliorum: A parte occidentis est finis medium ipso fluvius. Et pars a septemtrione de ipsa terra cum silba, que est in plaia ipsius montis per fines et mensuras: A parte occidentis est finis ipsam bia et passi septem: Ab oriente est finis ipsarum rupum et passi septem: A parte septemtrionis est finis terram ipsius iohannis; a parte meridie est finis illud, quod in suprascripta secundam sortem adiunctum est, et ex oc feci esse tertiam sortem cum bice de viis suis, quantum ego et mei heredes omni tempore abeamus bia per suprascriptam primam sortem de terra cum saliceto, in quam molinum constructum fuit, unde aptum fuerit. Et per pedes de ipsa terra cum silba, que in ac sorte adiuncta est, iusta ipsum flubium unde aptum fuerit, per quam ego et meis heredes, et omines quos voluerimus ingredi et regredi possamus, cum omnibus nostris et illorum congruitatibus, iuxta ratione, et omni tempore ego et meis eredes et omines, quos ibi miserimus, licentiam abeamus ex ipsis sortibus de ipsa terra cum salicetos, in qua, ut dictum est, molinum constructum fuit, quas ipsis iohannes et maurus compreenserint salices abscidere, quos in eis sunt, per annum apto tempore, quando meruerit; et omnes ipsos salices licentiam abeamus ex eis extraere et facere ex eis, quod boluerimus, absque contrarietate ipsorum iohannis et mauri, et eredum illorum et ille, qui ipsam primam sortem compreenserit; et eius heredes omni tempore dent bice de bia per ipsam terram bacua et silba, unde aptum fuerit, illis et illorum heredes, qui ipsas secundam et tertiam sortem compreenserit ab ipsa bia, que est in parte orientis pergendo in parte occidentis usque in media ipsa arcaturia, et ille et eius heredes, qui ipsam secundam sortem compreenserit, dent bicem de biam per ipsam terram que est iscla a media ipsa arcaturia pergente, unde aptum fuerit, usque in eadem ex ipsa iscla in ipsa primam sortem, et secundam adiuncta est, per quas ego et illi et mei et illorum eredes, et omines quos voluerimus et boluerint, ire et redire possimus, et possint cum omnibus nostris et illorum congruitatibus iuxta ratione, suprascriptis mensuriis, iusto passu ominis mensuratis; et cum fuerunt lecte ipse scriptionibus de iamdictis vero tribus sortionibus, prius inde compreenserunt ipsi iohannes et mauro ipsa secundam et tertiam sortem, qualiter superius facte sunt, cum omnibus, que intra eas sunt, cunctisque earum pertinentiis, et cum bice de viis suis, ad faciendum de eo illis et illorum heredibus, quod boluerint; et ipse leo conpreensit ipsam primam sortem, qualiter superius facta est, cum omnibus, que intra eas sunt cunctisque eius pertinentiis et cum bice de viis suis, ad faciendum de ea ille et eius heredes quod voluerint; et per combenientia ipse leo quadiam ipsi iohanni et mauro dedit, et fideiussorem eorum posuit sergio filio quondam landolfi curialis; et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes omni tempore permanere cum ipsis iohanni et mauri et cum illorum heredibus in suprascripta dibisione, quemammodum supra legitur; et si taliter in suprascripta divisione,

quemammodum supra legitur, ipse leo et suos heredes cum ipsis iohanni et mauri et cum illorum heredibus semper firmiter non permanserint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere, aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipse leo obligavit se et suos heredes componere ipsis iohannis et mauri, et ad illorum heredibus quinquaginta auri solidos costantinos, et, sicut superius scriptum est, adimplere; et in suprascripta divisione, quemammodum supra legitur, ille et suos heredes cum ipsi iohannis et mauri et cum illorum heredibus semper firmiter permanerent. suprascriptum disturbatum dicit: parte orientis usque in medium ipsum flubium. Et taliter te iohannem notarium scribere precepi.

† Ego qui supra ursus castaldeus et iudex.

MCCXLIV

A.D. 1057

Aliud exemplar praecedentis Instrumenti.

MCCXLV

A. D. 1057

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense magius, decima indictione. Ante me Iohanne Iudicem grusa atrianensis filia quondam iohannis, qui cognominatur magnanara relicta quondam stefani atrianensis qui cognominatur pellulu, et gemma et constantina germane et filie ipsorum gruse et stefani; et rigemundo atrianensis filius quondam stefani que ipsa gemma uxor predicti regimundo est romana lege bibentes coniuncti sunt cum iohannes, qui cognominatur scintu filius quondam iohanni presbiteri, et per ipsis grusa et gemma et constantina mater et filie ostensa est una cartula continente: Vicesimo primo anno principatus domni guaimarii principis, mense februarius, octaba indictione; qualiter sergius atrianensis filius ursi boccafaldola ante testes per convenientia vice sua et vice iohanni germani sui tradiderat ad tenendum et laborandum remedii et iaquinti et mirandi germani filii stefani de loco vaniara ubi forma dicitur, duobus pecie de terris cum arbustis de eodem loco vaniara, ubi ad ipsa forma dicitur, quod ante os annos ipse sergii et

leo germanis eius et petrus atrianensis filii iohanni illud dividerat cum stefanus et cum iohannes et cicerus filii benedicti; et convenientibus inter eis tradiderat eis pro vice sua et ipsius iohanni germani sui de ipsa rebus quod illis in sortem obbenerat da ipsum stefanus et de aliis; et erat per finis et mensurias: A parte occidentis erat fine de ipsis germanis et de eredes benedicti et passi nonaginta quattuor; de subter parte fine illorum et passi triginta tres et medium; ab oriente fine ipsius petri filii predicti iohanni et passi octuaginta septem, et in capite similiter fine illorum et passi sedecim. Seu et tradiderat eis integra medietate de alia una pecia de terra cum arbustis ibique per fines et mensurias: de subtus fine via et passi duodecim, de alia parte et passi quadraginta quinque, de super fine illorum et ipsius petri et passi duodecim; de alia parte fine via et passi quadraginta quinque, totum mensuratum fuit ad iusto passo ominis, et ipse sergii pro vice sua et ipsius iohanni germani sui tradiderat ipsorum remedii et iaquinti et mirandi ad laborandum integra suprascripta pecia priore per suprascriptas fines et mensuras et integram ipsam medietate de ipsa posteriore pecia per suprascriptas fines et mensuras in illo ordine et ratione, sicut ipsa cartula continet, que scripta est per alfanus notarius, et in ea subscripti iohannes et iaquintus notarii. Cum autem suprascripta cartula fuit ostensa, sicut ipsis gruse et gemme et costantine congruum fuit bona illorum boluntate secundum ipsam legem et consuetudinem romanorum venumdederunt ipsi iohanni scintu integrum illud, qualiter ipsis matri et filie pertinet per ipsam cartulam et integra terram cum abellanietum et insitetum qui ipsi mater et filie dixerunt sibi pertinere in suprascripto loco in plaia montis de eodem loco ubi ad sanctu archangelu dicitur, et nichil sibi ibidem coniunctum dixerunt remanere cum omnia que intra illud sunt cunctisque eis pertinentiis et cum vice de viis suis et cum integra pertinentiam que in suprascripta cartula sibi dixerunt pertinere, ea ratione, ut semper suprascripta venditione sit in potestate ipsius iohanni scintu integram suprascripta venditio, qualiter supra legitur, sit in potestate suprascripti iohanni scintu et eredum eius; et licead illum et heredum eius de ea facere quicquit boluerint. Et propter confirmationis uius venditionis ipsis mater et filie susceperunt a suprascripto iohanne statutum pretium tari de moneta de amalfi sexaginta in omni deliberatione. Et per convenientiam ipsis mater et filie guadiam ipsi iohanni dederunt et fideiussorem ei posuerunt se ipse et suprascripto regimundo, et per ipsam guadiam obligaberunt se et illorum eredes semper defendere suprascripti iohanni et heredum eius integra suprascripta venditione, sicut suprascriptum est, ab omnibus ominibus et partibus, ea ratione quando ipse iohannes et eius eredes quesierint abere defensores ipsis mater et filie et illorum eredibus de suprascripta venditione, tunc ipse iohannes et eius eredes deant eis ipsa suprascripta cartula

salba abendas illam ipse mater et filie et illorum eredibus per omnes vices diebus sexaginta; et per omnes vices ipse mater et filie et illorum eredibus defendant eidem iohanni et illius heredibus integram suprascripta venditio ab omnibus ominibus et partibus, sicut suprascriptum est, et post completos ipsos dies per omnes vices cartulas ipsas salbas qualem eis date fuerint, retdant at ipsius iohanni et illius heredibus, abendum illam ipse iohannes et eius eredes semper in suprascripta ratione. Et tribuerunt ei licentiam, ut quando ipse iohannes et eius heredes boluerint suprascripta venditione per se defendere, potestatem abeant qualiter buluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas de ea ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsis mater et filie grusa, et costantina et gemma et illorum eredibus ipsius iohanni et eius heredibus non adimpleberint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumperint, per ipsam guadiam ipsi mater et filie obligaberunt se et illorum eredes componere ipsius iohanni et illius eredibus quinquaginta auri solidos constantinos, et, sicut superius scriptum est, adimplere. Et per convenientiam ipse regimundo obligavit se et eius eredes si suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, componere ipsi iohannis et illius eredibus quinquaginta auri solidos constantinos et suprascripta semper firmiter permanerent. Et taliter tibi romualdo notario scribere precepi.

† Ego qui supra iohannes iudex.

MCCXLVI

A. D. 1057

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense maius, decima indictione. Declaramus nos iohannes pandus castaldi, quoniam cum perbenerimus cum domno landolfus glorioso comes in locum qui dicitur camilla actus firmitatem cilentus, perbenerit ante supradicto seniore quedam hominibus disius et iohannes qui sunt filii gruse et querebant lex super toti hominibus eodem locis abitatori, qui fecerant preceptum da supradicta potestati, et incluserant rebus que sunt pertinentes eidem disiius et iohannes intus eadem preceptum. Ipsis namque iamdicti abitatori de supradicto loco, quorum nomina sunt mirando filius quondam maraldo, et balsamus filius quondam iohanne abbate, et urso presbitero

filius quondam lando, et leo, iohannes, petri germani filii quondam ursi musiriccla, et iohannes iemmato et urso et leo germani, et maraldo germani et filii quondam petri musiricla, et andrea et petri germani et filii quondam iohanne, custantino filio quondam iohanne, et urso, maraldo et leo germani filii quondam iohanne et iemma relicta petri cum filii sui, et iemma relicta iaquinti cum filii sui, et iemmato filio quondam disius, et iohannes filius quondam martino, et mirando filius quondam leo, et iemma relicta nicola cum filii sui, et maraldo presbiter filius quondam iohanni et petri casolla qui sunt toti consortes: de prefatum preceptum, huno hore responderunt atque manifestaberunt ante prefatum seniore, quod hoc quod supra dicitur bera essent, qui dum prefatus comes fecit toti suprascripti qui continunt eadem preceptum guadiam dare ut retderent sortio qui fuit iamdicti disideo et iohannis, et nobis precepit ut exinde hanc cartulam firmaret. Ipsis namque toti predicti consortibus eadem preceptum, sicut supra nomina computati sunt perbenerit exinde in bona combenientia et ammiserit de cuncte rebus que continet ipsum preceptum una sortione ad iamdicto disideo et iohannes qualis et unusquisque de toti consortibus perbenire debet. Simulque una alia tale sorte manifestaberit dardano filio quondam disideo, sicut hunus qui supra de predictis consortibus recipere debet cum omnia infra se habentibus et vice de biis. Et pro firma stabilitate receperit toti supranominati consortes a predicto disideo iohannes dardani auri solidos quattuordecim in omni deliberatione, sicut eorum complacuit ana quattuor tari per solidos. Unde per combenientia toti, qualiter supra computati sunt, guadiam dederunt ad iamdictum disideo et iohannis et dardano, et fideiussorem exinde posuerunt iohannes filius quondam marino musuriccla, et per ipsam guadiam obligaberunt se toti iamdicti consortibus et suis heredibus, ut per nullam quoque ingenium non fuerit melioratum unus aut alius de consortibus sortione apud ipsis disius et iohannes et dardani de illorum sortionibus. Quod si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine ipsis iamdictis pertinentibus supradicto precepto et illorum heredibus ad ipso disiio et iohannes et dardano et ad eorum heredibus non adinpleberit et aliquid, quod supra sortiones declarate sunt, minuare boluerit, per ipsam guadiam obligaberunt se toti iam suprascripti hominibus pertinentes ipsum preceptum, qualis hunusquisque prenominati sunt super computati sunt et illorum heredibus ad componendum ad ipsis disideo et iohannes et ad dardano et ad eorum heredibus, et cui scriptum istum pro vice ipsorum in manus paruerit, quinquaginta solidos aurei costantini; et quod supra legitur, firmum et stabile permaneat. Et taliter scribsit ego landus presbiter et notarius per iussione supradicti glorioso comitis et interfui.

† Ego iohannes castaldus.

† Signum manum pando castaldus.

MCCXLVII

A. D. 1057

Summarium.

Oblatio facta monasterio S. Archangeli, quod situm est in monte Coraci de Cilento, rerum pertinentium Costantino filio quondam Ioannis Caputi, sextodecimo anno principatus domni Gisulfi, Mense Maio, decima indictione.

† Signum manus qui supra pandus castaldus.

MCCXLVIII

A. D. 1057

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri gisulfi glorioso principis, mense iulio, decima indictione. Ideoque ego urso filio quondam iaquinti qui sum habitante de camilla, clarifico me habere terris cum vineis et vacuis et cum arboribus in iamdicto loco camilla et per aliis locis, quantum michi pertinet a pars genitoris et genetricis mee, et quantum pertinet eis in precepto de camilla; et, sicut michi congruum fuit, pro salute anime gemme genitricis mee, offero in monasterio sancti archangeli medietatem de omnibus rebus, sicut superius declaratum est, quam michi, ut dictum est, pertinere clarificabi cum omnibus que intra res sunt, cunctisque suis pertinentiis et cum vice de viis suis, ea ratione, ut integra ipsa offertione quemadmodum superius scriptum est, sit semper in potestate predicti monasterii, ad faciendum de eo pars ipsi monasterio quod voluerint. Et per convenientia ego ursu guadia tibi domno iaquintus abbas ipsius monasterii dedi et fideiussorem tibi posui leo filius quondam iohanne, et per ipsa guadia obligavi me et meos heredes semper defendere tibi predicto abbati pro pars ipsi monasterii integrum illud quod superius declaratum est. Et si, sicut superius scriptum est, non adimpleverit et per suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserit, per ipsa guadia obligo me et meos heredes componere tibi domno abbati, et cui hoc scriptum pro pars monasterii in manum paruerit, viginti auri solidos costantini, et quod superius scriptum est, firme et stabile permaneat. Et taliter scripsi ego landus presbiter et notarius.

† Signum manus pandus castaldus.

† Ego iohannes castaldus.

MCCXLIX

A. D. 1057

✝ In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri gisulfi glorioso principibus, mense octubri, undecima indictione. Ideoque ego mulier nomine letitia filia quondam petri qui lazaro supranominatur positum habuit, Clarefacio me habere rebus in loco qui dicitur ancilla dei unde et nos sumus abitatori; et congruum michi est una cum urso filio quondam iaquinti qui est vir meus mihi consentiente Donare exinde una pecia de vinea quod retineo a predicto meo genitore, que est clusuria et terra bacua et cum binea et poma tibi domno iaquintus abbas monasterio sancti archangeli quod situm est in mons coraci de cilentus, et habet has mensuras. A pars orientis abet passus triginta quinque; a pars meridie sunt passi decem et septem: A pars occidentis abet passos viginti sex et cubita dua; et a pars septentrionis sunt passi duodecim et cubita dua et iunget in prima fine ad iusto passu. Interea ego que supradicta mulier, de sicut me vone voluntatis conplacuit, ante subscripti ydoneis hominibus, per hanc cartulam per largietatem predicti vir meus donabo atque at semper habendum confirmabo inclita predicta rebus cum iamdictis passus tibi eidem domno iaquintus abbate cum omnia intus ipsi passi abentes et vice de biis, ad securiter et firmiter hamodo et semper tu prefatus iaquintus abbas et tuos successores et pars ipsum prephatum monasterium illud habendum, dominandum, possidendum, et omnia exinde faciendum quod volueritis, et pro firma stabilitate ego iamdicta letitia una cum eidem urso biri meus recepimus a te domno iaquintus abbas una bacca pro solidis sex, et pro donum et launegild mantello uno in omni deliveratione, sicut inter nos stetit. De qua per combenientia ego iamdicta letitia una cum eidem vir meus guadiam tibi domno iaquintus abbas dedimus et fideiussorem tibi posuimus lia filia quondam pauli de predicto mons coraci, et per ipsam guadiam obligo me ego iam nominata mulier, et meis heredibus tibi prefato iaquinto abbati et at tuos successores et ad pars prefati monasterii defensandum inclita predicta rebus, sicut de super tractabimus, da omnis humana persona. Nam si taliter omnia, ut dictum est, nos vobis non adimpleberimus et amplius de rebus et causis nostris quesierimus, nisi quantum in ipsum launegild abuimus receptum, Tunc, sicut in lex langobardorum de donum et launegild continet, ita nobis persolbamus iustitia. Et, quando per vos et pars ipsius monasterii quesieritis inde esse autores vel defensores, licentiam habeatis cum omni monimine et ratione quas inde abueritis qualiter volueritis exinde causetis et finem faciatis. Quod si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine ego iamdicta letitia et meis heredibus tibi iamdicto iaquintus abbas et ad

tuos posteriores et ad pars ipsum monasterium non adimpleberimus et retroare vel remobere quesierimus per quolivet ingenium vel ratione, per ipsam guadiam obligo me ego predicta mulier et meis heredibus, et per largietatem ipsius predicti vir meus, in cuius mundium me palam facio esse, ad componendum tibi iaquintus abbas et ad tuos successores et ad pars ipsum monasterium et cui cartula ista pro vice ipsum monasterium in manum paruerit, viginti solidi aurei costantini, et quod supra legitur, firmum et stabile permaneat; et taliter scribsit ego landus presbiter et notarius, intus cilentus et interfui.

† Ego Maraldus presbiter.

† Signum manus leo.

MCCL

A. D. 1037

† In nomine domini quadragesimo septimo anno principatus domni nostri pandolfi gloriosi principis, et vicesimo anno principatus domni landolfi filii eius, mense nobember, undecima indictione. Ego prectius filius cuiusdam alfani eo quod intus civitatem abellini ante nobiliorum subscriptorum testium declaro me abere una pecia de rebus que est terra cum vinea et as pro uno teniente in loco, ubi fontana tecta dicitur, propinquo hecclesia sancte lucie pertinente mihi per meam rationem. Et congruum mihi est illa vindere iohanni clerico filio cuiusdam risi. Quapropter ego qui supra prectio: Ideo sicut michi congruum est bona etenim mea voluntate et per anc quoque videlicet cartula vendidi tibi iamdicto iohanni clerici totam et integram ipsa iamdicta pecia de rebus mea quod superius patefeci pertinente abere in iamdicto loco ubi fontana tecta dicitur, propinquo iamdicta hecclesia sancte lucie, sicut videtur esset per hec finis, sicut hic suptus per ordinem legitur: de uno latere et de super capite fine rebus dauferi filii cuiusdam adelferi, sicut limite et propria sepe de ista rebus mea dicernit: de alia parte fine rebus potoni et iohanni germani et filii cuidam madelfrid, sicut termiti ficti sunt, et abinde descendit usque in fine rebus iohanni germani meo filio supradicti alfani, et descendit per fine rebus iamdicti iohanni germani meo, sicut termiti decernunt usque in fine rebus supradicti risi genitori tuoque iohanni clerici quod eidem risi est pertinente da mulier nomine grima genitrice meaque preczii, sicut una cartula eius continet: de alia parte fine ipsa iamdicta rebus supradicti risi genitori tuo, sicut termiti ficti sunt et media ratatoria decernit abinde, qualiter badit

et coniungit se in prioras fines. Infra omnis iamdictas finis, sicut superius legitur, totam et integram ipsa iamdicta pecia de rebus mea tibi iamdicto iohanni clerici vendidi, Una cum inferius et superiusque, cum viis et anditis suis, cum aquis et cum omnibusque suis pertinentiis. Simulque vendidi tibi iamdicto iohanni clerici ipsa portionem meam de ipsa moniminas ex predicta pecia de rebus pertinente et continentem, ut pro defensionem illam abeatis, sicut hic supter legitur. Ad semper abendum et possidendum tu qui supra iohannes clerici quam et tuis heredibus et faciendum exinde omnia quomodo et qualiter volueritis, sine contradictionem meaque preczii et de meis heredibus, aut sine cuiuscumque requisitionem. Unde pro cuncta eadem mea venditione confirmandum adque constabiliscendum continuo recepit exinde pro parte tuaque iohanni clerici da sparanus clericus et notarius pretium tareni aurei boni numero decem et hocto qui inter nobis combenit finita est ipsa mea venditio. Et unde obligo me ego qui supra prectio et meis hobligo heredibus tibi iamdicto iohanni clerici quam et ad tuis heredibus obligo me integram predicta mea venditione, velut prelegitur, antistare et defendere nos vobis ab omnibus hominibus ab omnibusque partibus et da parte de ipsam uxorem meam et da omnis homines qui pro parte eius exinde vobiscum causaberint; denique et quando volueritis per vos ipsis exinde fieri auctori vel defensori, sciatis exinde per vos auctori et defensori cum ista cartula et cum ipsa monimina ex ipsam rebus pertinente et continente vel cum qualemcumque monimen exinde abere potueritis, et liceat vos exinde cum vestris causatoribus causare et contendere et per vos defensori essere, et per vos ipsis illut vobis defendite, sicuti nos facere debuissemus, et securiter possidete. Et si in qualiscumque homo suspectum abueritis, ut monimen ex predicta rebus abeat, potestatem abeatis cum illut causare et contendere et per vos ipsas moniminas aput vos recolligere et pro defensionem illam abeatis, sicut superius legitur. Et omnem combenientiam vel diffinitionem quod de ipsa iamdicta rebus et de ipsa monimina feceritis omni tempore firmum et stabilem esset permaneat, sine mea et de meis eredibus requisitionem. Quod si taliter, ut dictum est, ego et meis heredibus illut tibi tuique heredibus non defensaberimus, aut si nos ipsis per quolibet ingenium inde vel exinde tecum predictus iohannes clericus, aut cum tuis heredibus causare aut contendere quesierimus per quabis modis. Ideo ante omnia viginti solidi aurei costantini boni ego qui supra prectio et meis eredibus tibi iamdicto iohanni clerici quam et ad tuis heredibus pena componere obligabi, et in antea per inbitis illut vobis defensemus semper, velut prelegitur, per iamdicta pena obligata. Quam te sparanus clericus et notarius taliter scribere rogabi in abellino; mense et indictione feliciter.

† Ego godini diaconus.

† Ego adelferi.

MCCLI

A. D. 1057

✝ In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense nobembri, undecima indictione. Ante me petrum notarium et alii idoneis hominibus bibo castaldeus filius quondam petri coniunctus est cum iohannes filius quondam iaquinti et cum durante filio quondam guidonis, et cum amatus filius quondam ligorii; Ipse amatus pro parte sua et pro parte iohannis germani suo filio suprascripti ligori ad comprehendens inter se sortes de terra cum castanietum et silba quod illis inter se commune abunt in locum transboneia, et est totam ipsa terra per fines et mensuras: a parte septentrionis fine bia que pergit ad sabuculum et passi quinquaginta quattuor: A parte orientis fine media balle, et per eam mensurati passi ducentos sex: A parte meridie est fine qualiter incipit a media ipsa balle ab eo loco ubi area de planellum dicitur, et rectum ascendit in media serra montis passi centum quattuordecim: A parte occidentis sunt passi ducentos sexaginta duo. De suprascripta res per suprascriptas fines et mensuras dixerunt ipsi iohanni filii iaquinti pertineret medietatem et reliqua alia medietas dixerunt ei pertinere integram tertiam partem et de aliam tertiam partem dixerunt ei pertinere tres partes. Nam ipso aliud dixerunt pertinere ipsi bivo et durante et ad ipsi filii ligori, et, sicut inter illos conbenit, ipse iohannes filius iaquinti divisit tota ipsa rebus, et fecit inde due sortis. Unam sortem fecit esse in parte septemtrionis et alia in parte meridie. Ipsam sortem da parte septemtrionis fecit per fines et mensuras: Ab ipsa parte septemtrionis fine ipsa bia mensurati passi quinquaginta quattuor: A parte orientis fine media ipsa balle passi centum tres: A parte meridie fine alia sors, qualiter ascendit da media ipsa balle usque in media ipsa serra. A parte occidentis passi alii centum tres. De totum istut fecit esse primam sortem cum bice de ipsa bia. Alia sorte ipsa da parte meridie fecit per fines: Ab oriente fine ipsa balle: A meridie fine aliorum: Ab occidente fine media ipsa serra: A parte septemtrionis fine ipsa primam sortem. De totum istut fecit esse secunda sorte cum bice de via sua. Unde prius ipsi bibo et durante et amato comprehenserunt ad dividendum ipsam secundam sortem, et ipse iohannes pro sua sorte semper abendum comprehensit ipsam primam sortem, qualiter superius facta est cum omnia intro se habentibus, et suis pertinentiis et cum bice de ipsa bia, ad faciendum ea ille et eius heredes quod voluerint. Et ipsam secundam sortem quod ipsi omnes suprascripti comprehenserunt ad dividendum, sicut inter eos combenit, ipse bibo divisit illam in quinque sortis: Unam sortem fecit esse in parte septentrionis et alia in parte meridie, et tres sortis fecit esse

ibique in media ipsa sorte; da parte septemtrionis fecit per fines et mensuras: A parte orientis fine media ipsam balle passi biginti septem: Ab ipsa parte septemtrionis est finis illut quod ipse iohannes filius iaquinti superius comprehensit: A parte occidentis est finis media ipsam serra et passi quadraginta octo, et per longitudo da ipsa media balle usque ipsam serra; de totum istut fecit esse primam sortem cum bice de bia sua. Alia sorte fecit per fines et mensurias. Ab ipsa parte orientis fine media ipsam balle, inde sunt passi biginti quinque minus cubitum; a parte septemtrionis fine ipsam primam sortem: A parte occidentis est finis media ipsam serram et passi triginta nobem, et per longitudo da media ipsa balle usque ipsam serram, de totum istut fecit esse secunda sorte cum bice de bia sua. Alia sorte fecit per fines et mensuras. A parte orientis fine media ipsam balle, inde passi octo et cubitum unum: A parte septemtrionis est finis ipsa secunda sorte: A parte occidentis est finis mediam ipsam serram et passi tridecim, et per longitudo da media ipsam balle usque media ipsam serra, de totum istut fecit esse tertiam sorte cum bice de via sua. Alia sorte fecit per fines et mensuras: A parte orientis finis media ipsam balle, inde sunt passi decem et octo: A parte septentrionis finis ipsa tertiam sortem: A parte occidentis est finis media ipsam serra, inde sunt passi biginti quattuor, et per longitudinem da media ipsa balle usque media ipsam serra. De totum istut fecit esse quarta sorte cum bice de bia sua. Ipsam sortem de parte meridie fecit per fines et mensuras: A parte orientis fine media ipsam balle, inde sunt passi biginti quinque: A parte septentrionis est finis ipsa quarta sorte: A parte occidentis fine media ipsam serra, inde sunt passi triginta quinque: et per longitudo tota suprascripta sorte da media ipsa balle usque media ipsa serra. De totum istut fecit esse quintam sorte cum bice de via sua totis suprascriptis mensuriis iuxto passu hominis mensuratis. De iamdictis vero quinque sortionibus de suprascripta rebus prius inde comprehensit ipse iohannes filius predicti iaquinti ipsam primam et secundam sortem, qualiter superius facte sunt, cum omnibus que intra ipsam primam et secunda sorte sunt cunctisque earum pertinentiis et cum bice de viis suis, ad faciendum de eas ille et eius heredes quod voluerint. Et ipse durante compresit ipsa tertiam sorte, qualiter superius facta est, cum omnibusque intra eam sunt cunctisque eius pertinentiis et cum bice de via sua, ad faciendum de ea ille et eius heredes quod voluerint. Et ipsi amato pro parte sua et de ipsum germano suo comprehensit ipsam quartam sortem, qualiter superius facta est cum omnibusque intra eam sunt cunctisque eius pertinentiis et cum bice de bia sua, ad faciendum de ea ille et ipsum germano suo et illorum eredes quod voluerint. Et ipsi bibo comprehensit ipsam quintam sorte, qualiter superius facta est, cum omnibus que intra eam sunt cunctisque ei pertinentiis et cum bice de via sua, ad faciendum de ea ille et eius heredes quod voluerint. Et per combenientia ipsis bibo

et durante et amato pro parte sua et de ipsum germano suo guadiam ipsi iohanni filio predicti iaquinti dederunt et fideiussorem ei posuerunt lando filio quondam ursi sculdais ipse amatus pro parte sua et de ipsum germano suo, et per ipsa guadia obligavit se ipse bibo et durante et amato et illorum heredibus omni tempore permanente cum ipsum iohannes et cum eius heredes in suprascripta divisionem, quemammodum supra legitur. Et si taliter in suprascripta divisionem, sicut supra legitur, illis et illorum heredibus cum ipsum iohannes et cum eius heredes semper firmiter non permanserint et suprascripta, vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se ipsi bibo et durante et amato et illorum heredibus componere ipsi iohanni et illius heredibus centum auri solidos costantinos. Et in suprascripta divisione illis et illorum heredibus omni tempore cum ipsum iohannes et cum eius eredes, sicut supra legitur, firmiter permanerent. Et ipse amatus et eius eredes semper faciant permanere ipsum iohannes germano suo et illius heredes cum ipsum iohannes filii iaquinti et cum eius heredes in suprascripta divisione, quemammodum superius legitur per suprascriptam guadia, et obligatio pena. Verumtamen hoc memoramus quot ipsi omnes suprascripti reserbaverunt bia per media ipsam balle, ut omni tempore illis et illorum heredibus et omines quod voluerint, per partes inde ingredere et regredere possant cum omnis illorum congruitatis iuxta rationem da ipsam bia que pergit ad sabuculo usque ad ipse sortis sine una pars de alias contrarietate per suprascripta guadia et obligata pena. Quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCCLII

A. D. 1057

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense nobembri, undecima indictione. Memoratorium factum a nobis romualdus presbiter filius quondam petri et romoaldus presbiter, qui sumus pater et filius, eo quod coram presentia domne theodore filiae domni gregorii consuli et ducis romanorum, que fuerat uxor paldulfi filii bone recordationis domni guaimarii principis, et idoneis hominibus interessent iohannes clericus filius quondam ursi presbiteri pro parte ipsius domne theodore et pro parte guaimarii et gregorii et

guido, et iohannes filii ipsorum paldulfi et domne theodore tradidit nobis ecclesia vocabulum sancti felicis, quod ipsi mater et filii abunt in rebus illorum de locum felline propinquo anc civitatem, cum omnibus rebus stabilibus et mobilibus ipsius ecclesie pertinente est ipsa rebus stabilem per nominatibis: locis in primis una pecia de terra cum binea in qua ipsa ecclesia constructa est per finis et mensurie: A parte meridie passi quinquaginta quattuor, et rebolbit in parte meridie passi sidecim, et rebolbit in parte orientis passi triginta quattuor. A parte orientis fine medio ballone, unde aqua decurrit, passi centum triginta quattuor. A parte septemtrionis passi quadraginta: A parte occidentis passi centum sexaginta duo, et una pecia de terra cum arbustis et binea in locum selecta ubi trulianum dicitur, et una pecia de terra cum arbustum et castanietum in locum propiciano ubi capano dicitur, et alia pecia de terra ubi bico dicitur et milito vocatur. Et alia pecia de terra cum arbustum et castanie et abellanietum De locum rota ubi aquarola dicitur, et una pecia de terra de caput aquis ubi frabitola dicitur; et alia pecia alle ballecelle, et alii ibique a lu erbaru, et alia ad sancta barbara ubi a lu albano dicitur, et terra cum casa de intus anc salernitanam civitatem allu scuru, et ipso mobile est per nominatibis: in primis est ara dua in duo bolumina, liber comite unum, antifanarium unum diurno et alio nocturno, orationalem unum, omelia unam que sunt quaterni decem et septem, calice et patina de argentu de unci quattuordecim. Alio calice de stagnu, crux unam de argentu super inaurata. Alia crux minore dupla de argentu, planete due de serico de panni de africa, Alia planeta de lino, corda oralum unum de serico cum aplictum. Alio orale de linum cum lecte, Ammictum unum, Manule de siricum unum cum liste in fresa. Alium manuale de siricum diarodanu cum cruce et orna de siricu, sindone tres de siricum, coperturu unum de siricum super altare, muricello sindones de linu tres, sicelellum unum ereum, turibulum ereum unum, psalterium unum, campana una, orale unum. Ec autem suprascripta ecclesia cum omnis rebus stabile et mobile, sicut supra diximus, inclitam illam nobis ipse iohannes pro parte de ipsius domne theodore et per eius absolutionem, et pro parte de ipsi filii eius nobis tradidit cum bice de biis et anditis suis, Ut amodo et dum nos suprascripti pater et filii bibi fuerimus, ad nostra sint potestate illut teneamus, et in cellis et predicta casa residamus, et omnis nostre utilitatis iusta rationem ibidem faciamus, et ipsis rebus ipsius ecclesie lavoremus, et ad lavorandum demus per absolutionem ipsorum mater et filii et una cum illis et cum illorum heredes, ut proficiat et non dispereant et semper vonum pareat lavoratum; et ipsa ecclesia et predicte cellis semper coperiamus, et cum ipso mobile faciamus nostre utilitatis iusta rationem et salbum illut semper abeamus, sicut meruerit; et quanta luminaria et censum et sepultura et dationem da ipsa traditione tollere et abere potuerimus, diebus bite nostre, totum illut nobis

abeamus, faciendum inde quod voluerimus. Ego predictus romoaldus presbiter tollat medietatem et romoaldus filius meus medietatem. Et per censum de suprascripta traditione per omnis annum in nativitas domini et in pasca resurrectionis . . . . dirigamus in ec cives ad ipsi mater et filii et ad illorum heredibus unum parium de oblate bone et unum cereum duplice de uno cubitum. Et per ipsa ecclesia semper officiemus et officiare faciamus, sicut meruerit ecclesia billana, et si in ipsa ecclesia intraverit talem causa que ad ornamentum sit . . . . ecclesia aut animalia biba, semper sit de ipsa ecclesia, et nos illut teneamus et regamus sicut ipso alio mobilem, et si unus ex nos obierit, ille qui bibus fuerit, teneat tota suprascripta traditionem in omni ordine et ratione, sicut supra legitur. Et per combenientia ipse iohannes clericus pro parte ipsorum mater et filii guadiam nobis dedit, et fideiussorem nobis posuit urso ballense filio quondam maghenolfi gastaldi. Et per ipsam guadiam ipsa domna theodora cum boluntate de mundoaldi sui obligavit se et suos heredes amodo et cunctis diebus vite nostre defensare nobis suprascripti pater et filii inclita suprascripta traditione in suprascripta ratione ab omnibus hominibus. Ad ovitum nostrumque pater et filii inclita suprascripta traditione cum illut quod ibi intraberit, sicut diximus, quod ad ornamentum sit de ipsa ecclesia, totum remittamus ad ipsi mater et filii et ad illorum eredibus, faciendum inde quod voluerint. Et liceat eredes nostras inde excutere omnem . . . . mobile, et portare illut ubi voluerint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsa domna theodora et suos heredes vobis non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumserint, per ipsam guadiam cum voluntate de ipsi mundoaldi sui componere obligavit se et suos heredes, nobis suprascripti pater et filii quinquaginta auri solidos constantinos. suprascriptum disturbatum legitur in primis; et quod superius inter virgulos scriptum est dicitur: et unum cereum duplice de uno cubitum. Verumtamen hec omnia iusto passu ominis fuit mensuratas et omnia suprascripta feci ego predictus romoaldus per absolutionem istius genitori meo. Quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego ademari me subscripsi.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCCLIII

A. D. 1057

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense nobembri, undecima indictione. Ante me petrum notarium et alii idoneis ominibus bivo castaldus filius quondam petri coniunctus est cum iohannes filius quondam iaquinti, et cum durante filio quondam guidonis, et cum amatus filius quondam ligori. Ipse amatus pro parte sua et pro parte iohannis germano suo filio suprascripti ligori ad comprehendendas inter se sortes de terra et castanientum et silba quod illis inter se commune abunt in locum transvoneia, et est totam ipsam terram per fines et mensuras: A parte septemtrionis fine via que pergit ad sabuculum et passi quinquaginta quattuor: A parte orientis fine media vallem, et per eam mensurati passi ducentos sex: A parte meridie est fine, qualiter incipit a media ipsa balle ab eo loco ubi area de planellum dicitur, et rectum ascendit in media serra montis passi centum quattuordecim: A parte occidentis sunt passi ducentos sexaginta duo. De suprascriptas res per suprascriptas fines et mensurias dixerunt ipsi iohanni filii iaquinti pertineret medietatem et reliqua alia medietas dixerunt ei pertinere integram tertiam partem. Et de alia tertiam partem dixerunt ei pertinere tres partes; nam ipso aliter dixerunt pertinere ipsius durante et ad ipsi filii ligori. Et, sicut inter illos conbenit, ipse iohannes filius iaquinti divisit tota ipsa rebus et fecit inde due sortis, unam sortem fecit esse in parte septemtrionis et alia in parte meridie. Ipsam sortem da parte septemtrionis fecit per fines et mensuras: Ab ipsa parte septemtrionis fine ipsam bia mensurati passi quinquaginta quattuor: A parte orientis fine media ipsam balle, et per eam mensurati passi centum tres: A parte meridie fine alia sors, qualiter ascendit da media ipsa balle usque in media ipsam serram. A parte occidentis passi alii centum tres. De totum istut fecit esse primam sortem cum vice de ipsam bia. Alia sorte ipsa da parte meridie fecit per finis: Ab oriente fine ipsam balle: A meridie fine aliorum: Ab occidentis fine media ipsam serra: A parte septemtrionis fine ipsam primam sortem. De totum istud fecit esse secunda sorte cum vice de bia sua. Unde prius ipsi vibo et durante et amatus comprehenserunt ad dividendum ipsam secundam sortem. Et ipse iohannes pro sua sorte semper abendum compreensit ipsam primam sortem, qualiter superius facta est, cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis et cum vice de ipsam via, ad faciendum de ea ille et eius heredes quod voluerint. Et ipsa secunda sorte, quod ipsi omnes suprascripti comprehenserunt ad dibidendum, sicut inter eos conbenit, ipse vibo divisi illam in quinque sortes: Una sorte fecit esse in parte septemtrionis,

et alia in parte meridie; et tres sortis fecit esse ibique in medium. Ipsa sorte da parte septemtrionis fecit per fines et mensuras: A parte orientis fine media ipsam balle passi biginti septem: Ab ipsa parte septemtrionis est finis illut quod ipse iohannes filius iaquinti superius comprensit. A parte occidentis est finis media ipsam serra et passi quadraginta octo, et per longitudo da ipsa media balle usque ipsam serra, de totum istut fecit esse primam sorte cum vice de bia sua. Alia sorte fecit per fines et mensuras: Ab ipsa parte orientis fine media ipsa balle, inde sunt passi biginti quinque minus cubitum: A parte septemtrionis fine ipsam primam sortem: A parte occidentis est finis media ipsa serra, et passi triginta nobem, et per longitudo da media ipsa balle usque ipsas serra, de totum istut fecit esse secunda sorte cum vice de via sua. Alia sorte fecit per fines et mensuras: A parte orientis fine media ipsa balle, inde sunt passi octo et cuvitum unum: A parte septemtrionis est finis ipsa secunda sorte: A parte occidentis est finis media ipsam serram et passi tridecim, et per longitudo da media ipsa balle usque media ipsa serra. De totum istut fecit esse Tertia sorte cum bice de via sua. Alia sorte fecit per fines et mensuras: a parte orientis finis media ipsa balle, inde sunt passi decem et octo: A parte septemtrionis finis ipsa tertiam sortem: A parte occidentis est finis mediam ipsa serram, Inde sunt passi biginti quattuor. Et per longitudo da media ipsa balle usque media ipsa serra. De totum istut fecit esse quarta sorte cum bice de bia sua. Ipsam sortem da parte meridie fecit per fines et mensuras: A parte orientis fine media ipsa balle, inde sunt passi biginti quinque: A parte septemtrionis est finis ipsa quarta sorte: A parte occidentis finis media ipsa serra, inde sunt passi triginta quinque; et per longitudo tote suprascripte sortes da media ipsa balle usque media ipsam serra: De totum istut fecit esse quintam sorte cum vice de via sua, totis suprascriptis mensuriis iuxto passu hominis mensuratis. De iamdictis vero quinque sortionibus de suprascripta rebus prius inde comprehensit ipse iohannes filius predicti iaquinti ipsam primam et secundam sortem, qualiter superius facte sunt, cum omnibusque intra ipsam primam et secundam sortem sunt cunctisque earum pertinentiis et cum bice de viis, ad faciendum de eas ille et eius heredes quod boluerint. Et ipse durante comprensit ipsam tertia sortem, qualiter superius facta est, cum omnibus que intra eam sunt cunctisque eius pertinentiis et cum bice de bia sua, ad faciendum de ea ille et eius heredes quod voluerint. Et ipsi amato pro parte sua et de ipsum germano suo comprensit ipsa quarta sorte, qualiter superius facta est, cum omnibus que intra eam sunt, cunctisque eius pertinentiis et cum vice de bia sua, ad faciendum de ea ille et ipsum germano suo et illorum heredes quod voluerint. Et ipsi vibo comprensit ipsa quartam sortem, qualiter superius facta est, cum omnibus que intra eam sunt cunctisque eius pertinentiis et cum bice de bia sua, ad faciendum de ea ille et eius heredes quod voluerint. Et per combenientia ipsi

bivo, et iohannes, et durante guadiam ipsi amato dederunt pro parte sua et pro parte de ipsum iohanne germano suo, et fideiussorem ei posuerunt pro sua et illius parte lando ballense filius quondam ursi sculdais; et per ipsam guadiam obligavit se ipsi bivo et iohannes et durante et illorum heredibus omni tempore permanendum cum ipsi amato et iohanne et cum illorum heredibus in suprascripta divisione, quemammodum supra legitur. Et si taliter, sicut dictum est, in suprascripta divisione illis et illorum heredibus cum ipsi amato et iohannes et cum illorum heredibus semper firmiter non permanserint, et suprascriptam vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipsi bibo et iohannes et durante obligaberunt se et illorum heredibus componere ipsorum amati et iohannis et ad illorum heredibus centum auri solidos costantinos, et in suprascripta divisione, sicut supra legitur, illis et illorum heredibus cum ipsi amato et iohannes et cum illorum heredibus semper firmiter permanere. et ego predictus amatus et meos heredes semper faciamus permanere ipsum iohannes germano meo et eius heredes cui ipsis omnes suprascripti et cum illorum heredibus in suprascripta dibisione, quemammodum superius legitur. Verumtamen hoc memoramus, quia ipsi bibo et durante et iohannes et amato reserbarent bia per media ipsa balle, ut omni tempore illis et illorum heredibus et homines quod voluerint pro partes, inde ingredere et regredere possat cum omnis illorum cengruitatis iusta rationem da ipsa bia que pergit ad subuculum usque ad ipsa sortis fine una pars de alias contrarietate per suprascripta guadia et obligata pena. quod scripsi ego superius dictus petrus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCCLIV

A. D. 1057

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense decembri, undecima indictione. Memoratorium factum a nobis urso et mauro filii quondam petri, eo quod ante presentia domni leoni gratia dei abbas monasterii sancte trinitatis quod edificatum est foris anc a deo conserbatam salernitanam civitatem in loco mitiliano, et ibique adesset subscripti idoneis testes una cum advocatore iamdicti monasterii per demandatione suprascripti

domni abbati tradidi illud nobis ad tenendum et laborandum ursus monachus de iamdicto monasterio terra cum binea et insitetum et pomis, quod pars predicti monasterii abet in ipso loco mitiliano, et est per fines: de una parte fine iamdicti monasterii, sunt inde passi biginti unum et cubitum: de longitudo et passi septuaginta quinque, de capite sunt inde passi viginti et septem; da parte septemtrionis media bia que pergit ad amalfi et passi sexaginta octo minus cubitum unum, totum mensuratum ad iusto passu ominum. Tali ordine ipse ursus monachus per domandatione suprascripti domni abbati illud nobis tradidi, ud amodo et semper suprascripta traditio in nostra et de nostris eredibns esset potestatis illud teneamus, et casa lignea ibi faciamus, et unum de nos ibidem residamus et abitemus, fobeas omnesque nostras utilitates iusta rationem ibi faciamus, et ipsa binea per annum apto tempore laboremus, potemus, propaginemus, scalcemus et, ubi meruerit, illud pastenemus, et ipsa binea impalemus et leghemus et zappemus vona, sicut meruerit, et ipso insitetum ubi meruerit, insites ibidem pastenemus et surghamus, et unde meruerit, illud clusamus et clusum et salbum illud abeamus, ud per omnis annum ipsa binea et ipso insitetum bonum paread laboratum et operatum et cultatum, et unde meruerit clusum, ud in melius proficiat et non dispereat, et per omnis annum per tempore de bindemie faciamus scire ipsum abbas seu pars predicti monasterii, ud ibidem pergat aut dirigat missum, et nos et nostris eredibus ipsa binea apto tempore bindemiamus, et poma quando meruerit, inde colligamus, et ommis vinum et poma ibique ad palmentum procuramus et dibidamus inter nos per medietatem; pars predicti monasterii prius inde tollat medietatem, et nos et nostris heredibus tollamus inde aliam medietatem. sortio de binum quod ad pars iamdicti monasterii da nobis ebenerit, portemus ad cellarium suum in ipso locum mitiliano de ipso monasterio, et reponamus illud in organeo da binum quod pars iamdicti monasterii nobis adsignare fecerit, et ipso horganeum per nos et per nostris heredibus semper flant bona conciata et studiata et reposita intus ipso cellarium de ipso monasterio, et ipso insitetum per annum colligamus et seccemus bone, sicut meruerit, et integram medietatem de ipse insites in pars iamdicti monasterii ei demus, et medietatem nobis abeamus, et de quo per annum in tota suprascripta traditione seminaberimus, terraticum exinde in pars iamdicti monasterii demus, sicut est consuetudo in ipso locum, et per annum palmentateca in pars iamdicti monasterii demus, sicut est consuetudo. Missum da parte predicti monasterii per annum per bindemie et pro ipsa frudia recipiendum ibidem steterit, nos autem illum nutriamus secundum nostra fuerit possibilitas; et quale tempore si nos iamdicti germani et nostris heredibus suprascripta rebus tenere et laborare noluerimus, aut non potuerimus in suprascripto ordine, inclita suprascripta traditio ipsa binea bona laborata et operata et surta, et ipso insitetum surtum et operatum et cultatum et unde me-

ruerit ipsa rebus clusa et ipsa casa et palmentum salbum remictamus in pars iamdicto monasterio, et sic licead nos et nostris eredibus inde exire et excutere inde omnia causa nostra mobilia sine contrarietate da pars iamdicti monasterii, et per combenientia per demandatione suprascripti domni abbati guadiam nobis ipse ursus monachus dedi et fideiussorem nobis posuerunt maio filius quondam almundi comitis; et per ipsam guadiam ipse abbas obligavit se et pars iamdicti monasterii amodo et semper suprascripta traditio nobis nostrisque eredibus defensare cum bice de bia sua da omnis omines; et si, sicut dictum est, ipse abbas et successores suos et pars iamdicti monasterii nobis nostrisque eredibus non adimpleberimus, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserit, per ipsam guadiam obligavit se componere nobis et ad nostris eredibus triginta auri solidos costantinos. ec suprascripta feci ipse ursus monachus per demandatione suprascripti domni abbati et pro parte iamdicti monasterii, et taliter scripsi ego petrus notarius.

† Ego qui supra leo abbas.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCLV

A. D. 1057

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri Gysulfi gloriosi principis, mense nobember undecima indictione. Declaramus nos pandus iohannes castaldi, quoniam intus cilentus coram nos coniuncti sunt causatores omines de sancta lucia petrus clericus filius quondam iohannaci et filio eius concilio, et cilento filio quondam accetto, super petrus filius quondam stefano de quarta letitie uxoris petri clerici et de illa res quem olim ipsa letitia tota abuit da kaloiohanne et ab andrea, sicut finis et passi continet cartula ipsius letitie que dum predictus petrus locutus est ut exinde cartula firmationis ab ipsa letitia aberet et ipso cilentus; ygitur dicebat quod a predicta letitia de ipsa quarta sua cartam exinde aberet quod ei concessa fuit ipsius mulieri da michahel presbiter, et inguadiare eos per partes fecimus, ut adduceret ipse monimine et ipsa letitia, qualiter de hanc rem diceret et per lex inter se utraque pars illud diffiniret. Ad die autem constituta ante nos sunt parati atque coniuncti, et cum eis pariter venit

ipsa letitia que stetit coram eis et ante nos locutaque dicentes, ut de ipsa emtionis kaloiohanne et andrea, sicut ipsa letitia emtum ab eis habuit ut promisisset illud securare ad ipsum concilio et ad filii qui procreasset ab ipsum petro clerico, et postmodum talia non comparuit eis peragendum quia nulla vonitas dicebat ei faciendum, set quia vonum ei faceret ita ipsa res ei securaret; ipsum vero petrus vene dicebat sentire, et inclita illa res ei securavit et ipsa cartula que ipsa res continuit. De quarta vero quod cilentus altercabat firmabat quod a preteritis anni traditam aberet ad accecto filio ipsius letitie pater de predicto cilento et minime exinde cartula firmabi; postmodum vero iste petrus, unde multo magis vene sentibit, dicebat quod exinde cartula firmaret, et dum post manifestum audientem iudicavimus, ut si quis per lex illut firmaret, ipsa res aberet et ipsa letitia secundum lex faceret. Set antequam per lex illud diffiniret, per locutionem vonorum hominum inter eis orta est combenientia dicentes ut sacramenta exinde non fleret; et sicut sunt proximi parentes et ipsa letitia esset uxor petro clerico et abia ipsius cilento et abia gemme uxorem petri, pro unde rebersi sunt in combenientia et per partes ipsum petro clerici et concilio filio eius et ipsum cilento de prefate rebus ammiserunt omnia calunnia ad ipsum petrum cum quibus causaverat, et per eadem convenientia petrus clericus concilio filio eius cilentus uniter guadiam ad ipsum petro dederunt, et fideiussorem ei posuerunt petrus filius quondam mauri de sancta lucia, et per ipsam guadiam obligaverunt se et eorum heredibus, ut de scriptas res, neque per monimen, neque per testes, neque per vice de moniminibus, neque per nulla quaque inventa ratione cum supradicto petro vel cum eius heredibus minime causaret; et si per qualiscunque ingenium vel rationes de ille res quod letitia ipsius petri facta abuit, quod per roboreum scriptum retinet ipsu petro clerico, concilio, cilentus illorumque heredibus cum ipso petro vel cum eius heredibus causare vel contrare voluerit ut primis omnium questio vel causatio eorum exinde fleret taciti et bacui, et ad compositionem se hobligaberunt unusquisque per capud cum suorum heredibus et cum summissas illorum, ad componendum predicto petri et ad eius heredibus, et cui scriptum et combenientia vice ipsius petro et de eius heredibus in manus paruerit, quinquaginta solidos aurei costantini, et supradicta combenientia semper firmiter permaneat, et, sicut dictum est, de ipsa quarta letitie sic itaque firmatum est ipsius petri, ut mobilem et immobentibus per supradicta combenientia firmiter illud retineat et suis heredibus, ad faciendum quod eorum placuerit, sine omni contrarietate de totis supradictis qui fuerunt causatores et de eorum heredibus, quod scribsi ego landus presbiter et notarius intus cilentus et interfui.

† Ego iohannes castaldus.

† Signum manum pando castaldi.

MCCLVI

A. D. 1057

✝ In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense decembri, undecima indictione. Ego salepertus monachus et prepositus de ecclesie sancte trinitatis, eo quod ante presentia domni leonis gratia dei abbas monasterii sancte trinitatis, quod situm . . . . salernitanam cibitatem in pertinentia mitiliano, et ibique adesset subscripti idoneis testes, per iussionem ipsius domni abbati tradidi ad tenendum et laborandum una cum advocatore predicto monasterio Iohannes de ipso locum mitiliano filio quondam vineri terra cum vinea et arbustum et insitetum et pomis pertinentes ipsius monasterio quod habet in ipso locum mitiliano super ipso monasterio, et est per finis et mensuria: A parte meridie fine ipsius monasterii, sicut cilium de ripa discernit et passi quadraginta sex: A parte orientis fine predicti monasterii, inde sunt passi triginta duo: A parte septemtrionis fine iamdicti monasterii, inde sunt passi alii quadraginta sex: A parte occidentis fine ipsius monasterii, inde sunt passi triginta sex. de suprascripta mensura tradidi ipsius iohanni inclita medietate in parte occidentis, seu et tradidi ipsius iohanni una pecia de terra cum arbustum et insitetum ibique cuniunctum, et est per fines: A parte meridie finis via que discernit a suprascripta rebus et passi triginta duo: A parte septemtrionis fine medio vallone qui dicitur giniulu et passi triginta quattuor, et per medium ipsa rebus mensurati per latitudine passi alii triginta sex et duobus partibus de passo, et per longitudinem da ipsa via et usque in medio ipso vallone. Totum mensuratum ad iusto passu ominum. Tali ordine, ud amodo et semper suprascripta medietate de ipsa terra cum binea in parte occidentis, qualiter superius legitur, et tota ipsa alia pecia de terra cum arbustis et insitetum in sua et de sui eredibus esset potestatis illud tenere et casa lingnea ibidem facere, et ibidem residere et abitare, fobeas omnesque suas utilitates iusta rationem ibi facere, et ipsa binea per annum apto tempore laborare, potare, propaginare, scalciare et inpalare, et leghare et zappare vona, sicut meruerit, et ipso arbustum suo tempore de super et de supter apto tempore laborare potare et propaginare et, ubi meruerit, infra ipso arbusto arbores et bites ibidem plantare et surgere, et in ipso insitetum, ubi meruerit, insites ibidem plantare et surgere et, unde meruerit, tota suprascripta tradictio illud cludere et clusum et salbum illud abeant. Ita omni anno tota ipsa traditio vona pareat laborata et operata et cultata et surta et clusa, quatenus proficiat et non dispereat; et omni anno per tempus vindemiarum ipse iohannes et suos herede faciant scire pars predicti monasterii, ut ibidem pergant aut dirigant missum, et

ipse iohannes et suos heredes ipsa vinea et ipso arbustum apto tempore bindemiare, et poma quando meruerit, inde colligere, et omnis vinum et poma quam inde exierit, ibidem ad palmentum procurare het dividere per medietatem; pars predicti monasterii prius inde tollat medietatem, et ipse iohannes et suos heredes aliam medietatem: sortionem de vinum quod pars predicti monasterii evenerit, ipse iohannes et suos heredes portent ad cellarium ibique in ipso monasterio et reponant illud in bucte, quod pars predicti monasterii illis adsinnaberit, salbum et ipsa bucte per annum illud conciare et studiare, sicut meruerit Insites vero que per annum ibi sunt, ipse iohannes et suos heredes per annum apto tempore colligere et seccare inclita medietate in pars predicti monasterii illud deant, reliqua medietas ipse iohannes et suos eredes illis ibi abeant, et de quod per annum in tota ipsa traditione seminaberint, terraticum exinde in pars predicti monasterii deant, sicut est consuetudo. Missum da parte predicti monasterii per annum pro vindemie et per ipsa frudia recipiendum ibidem steterit, ipse iohannes et suos eredes pars predicti monasterii nutriant secundum suam fuerit possibilitatem, et per omne palmentateca in parte predicti monasterii deant, sicut est consuetudo, et quale tempore si ipse iohannes et suos eredes suprascripta rebus tenere het laborare noluerint aut non potuerint in supradicto ordine, inclita supradicta traditio vona laborata, et operata, et surta et, unde meruerit, clusa et ipso insitetum surtum remictant in pars predicti cum ipsa casa et sic licead ipse iohannes et suos eredes inde exire cum omnia causa sua movilia, sine contrarietate pars iamdicti monasterii; et per combenientia ipse iohannes guadiam michi dedi et fideiussorem michi posuit seipsum, et ego ipsam guadiam suscepi per demandatione suprascripti domni abbati, et per ipsam guadiam ipse iohannes obligavit se et suos eredes, ud si taliter, sicut dictum est, in pars iamdicti monasterii non adinpleberit et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserit, per ipsam guadiam ipse iohannes obligavit se et suos eredes componere in pars predicti monasterii triginta auri solidos costantinos; et taliter scripsi ego petrus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

† Ego grimoaldus notarius et advocator.

MCCLVII

A. D. 1058

† σίγνον χειρος ιωαννου πρεσυυτερος ο του χαφυρου ιος του εν μακαρία τη λίξη. † σίγνον χειρος αναστασου αδελφου αυτου. † σίγνον χειρος αργεντου υιος αυτου. † σίγνον χειρος νικητου ο του υανδοφορου. † σίγνον χειρος υασιλειος υιος ουρσίνου τοῦ κομιτὰ. † σίγνον χειρος σοφία συμβιος αὐτοῦ. † σίγνον χειρος δάφνης. † σίγνον χειρος μουλαὶ γαμβρὸς τοῦ πρεσβυτερου δανιηλ. † σίγνον χειρὸς φίλιππος γαμυρὸς σεργίου του υανδωφόρου. † σίγνον χειρος μαρίας συμβιος αυτοῦ. † σίγνον χειρὸς δόμνας θυγάτηρ υιος σεργίου του υανδοφορου.

Εν ονοματι του πατρος καὶ τοῦ υιου καὶ τοῦ αγίου πνευματος. επειδεὶ καὶ πνευματικοις νόμοις ακολουθουντες προτο μὲν τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν ἀτάραχον καὶ ἀνεπερέαστον διαφυλαττειν ὠφίλωμεν συγκρωτοῦσαν καὶ περίεπουσαν τα ημέτερα καί πολλὰ επισπομενη την ἀπο τοῦ θεοῦ ρωπὴν καὶ έννοιαν ης ἡμάς, δέων ηλικρινοί τη καρδία τοὺς δια τον θεὸν εὐαρεστησάσιν καὶ γνησίως λατρεύουσιν το αυτο κινδυνων ἐχέτω διότι ταῦτα καὶ ἡμεῖς οἱ προγεγραμμένοι η τους τιμίους καὶ ζωοποιους σταυρους ποιησαντες. φενωμεθα ἀφιερόνωντες τα χωραφια τα ἅπερ καὶ εχωμεν ης τόπον λεγομενης μαραθῶσας τὴν αναμυρίαν μας· εν τῶ πανσεπτο ναὸν τῆς υπεραγίας θεοτοχου καὶ του ευλαυεστατου καθηγουμενου κυρου θεοφυλακτου μονης του επιλεγομενου ζωσίμου· υπερ λυτρου καὶ αφεσεως τὸν γωναίων μας· τοῦ εν μακαρία τη λίξη τοῦ ουρσίνου καὶ σεργίου· καὶ νικολαου καὶ δανιήλ ἱερεως παὶ ιωαννου πρεσβυτερου· καὶ απελατου καὶ κοσταντινου καὶ κο-

† Signum manus Ioannis presbyteri filii Caphyri beatae memoriae. † Signum manus Anastasii fratris eius. † Signum manus Argenti eius filii. † Signum manus Nicetae Vexillarii. † Signum manus Basilii filii Ursini de Comita. † Signum manus Sophiae eius uxoris. † Signum manus Daphnes. † Signum manus Mulae generi presbyteri Danielis. † Signum manus Philippi generi Sergii Vexillarii. † Signum manus Mariae uxoris eius. † Signum manus Domnae filiae Sergii Vexillarii.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Quoniam divinis legibus inhaerentes primum quidem ecclesiae constitutionem ab omni molestia et danno immunem praestare debemus, utpote quae res nostras tuetur et conservat, ac divinam miserationem et benevolentiam nobis ubertim conciliat; idcirco necesse est, ut qui puro corde Deo placuerunt, eique sincere serviunt, ab omni periculo vindicentur. Quare nos suprascripti, qui signa sanctae et vivificae crucis exaravimus, offerimus venerabili ecclesiae sanctae Deiparae, et piissimo domino Theophylacto praefecto monasterii dicti de Zosimo, terras, quas habemus in loco, ubi dicitur Marathosa, pro sua quisque portione, pro redemptione et remissione genitorum nostrorum beatae memoriae Ursini, et Sergii, et Nicolai, et Danielis presbyteri, et Ioannis presbyteri, et Apelati, et Costantini, et Columbae, et Sigtae,

λούνμυα καὶ σιγτα· μαρια καὶ υασιλειου φιλιππου σεργιος. απελατου υασιλου· αννα· καὶ ελενη· κάνδιδα καὶ λεῶ· καὶ ιωαννης καὶ νικολαος καὶ υπερ εμὰς τους αμαρτολους· καὶ ουρσα· η δε περιορησμοῖ τοῦ αυτοῦ χοραφιου ησὶν ουτοι κατα μεν ανατολάς του ευλαυεστάτου καθηγουμενου θεοφιλακτου. κατα μὲν δυσμὰς ως εκγενναται τὸ τέρμονα καὶ κρίπτη ης τα κρυμνὰ τῆς μαραθώσας ταμικρᾶ ὅπου δὲ καὶ τὸ σταυρω επιξαμεν ης το δενδρῶν· καὶ ανευέννη ἧς την ὄλιθα· καὶ απανδίδη ης τα κριμνὰ τῆς μεγάλης μαραθωσας· τοῦ μι έχειν μας εξουσίαν ἄπο τη σήμερον ημεςαν επιζητεῖν το τοιοῦτο χωραφιον μητε ημεις οἱ προγεγραμμενοι μητε υιος μου· μητε ἴδιος μητε άλλος τίς ἀλλα ἄπο του νὺν ξενη γενομεθα εκ τα τιαυτα χωρκφια και οστις φανὴ ζητησιν τα τιαυτα χωςαφια τα ἅπερ καὶ αφιερωσαμεν εις την αγίαν τοῦ θεοῦ εκκλησίαν τῆς υπεραγίας θεοτοχου καὶ τοῦ αγιου μεγαλομαρτυρος θεοδώρου ας εχη τουτο υπεραγίαν θεοτοκον καὶ του ἄγιου θεοδωρου διαδικαν καὶ των αγιων τί καὶ ή αγιων θεοφορων πατςων καὶ έστω αφορισμενος εκ τῆς αγίας τοῦ θεοῦ κοινωνίας καὶ εχει μέρος εκ της αγχόνης του προδοτου ἴουδα· καὶ τήν λέπραν γιέζη του πεδαριου καὶ το μερος τον κραζοντων ἆρων ἅρω σταυρωσον· ως εξομώσαμεν τῆν του θεου παντωκράτορος καὶ τῆς υασιλικῆς σωτηριας· καὶ τοῦ υασιλαιος ημων τοῦ αγίου· εν ὧ τους τιμίους καὶ ζωοποιους σταυςους καθυπογςάψαμεν· κατενοπιον των π[illegible]ευρεθεντων αξιοπίστων μαρτυρων· γραφὲν δια χειρὸς χρησαφιου ἵερεος ἐκ προσταξεως χρυσωιωαννου καὶ ταυουλαριου ετει ͵ςφξς· ηνδικτιωνος ια·.

† θεοδοτος ο του σίνάτωρ μαρτυρ.

† νικολαος ο του γεμιλλου μαρτυρ.

† ανδρέας ὁ του πόθου μαρτυρ.

† ο τορνίκης μαρτυρ.

† λέο υιος νικολαου νοταρης μαρτυρ.

† λέο της καννιτὶάνας υιος μαρτυρ.

† κοσταντινος τον χαρζαλεγαμβιος μαρτυρ.

Mariae, et Basilii, Philippi, Sergii, Apelati, Basilii, Annae, et Helenae, Candidae, et Leonis, et Ioannis, et Nicolai, et pro nobis peccatoribus, ac Ursa. Sunt vero fines eiusdem territorii: ad orientem piissimus monasterii praefectus Theophylactus; ad occidentem ut incipit terminus et desinit in praeruptae parvae Marathosae, ubi crucem in arbore signavimus, et ascendit ad saxa, et pergit ad praerupta magnae Marathosae. Ut ex hac die nullam potestatem habeamus repetendi huiusmodi territorium, nec nos suprascripti, neque filii aut coniuncti nostri aut quisquam alius; sed a praesenti tempore extranei reputemur in huiusmodi praediis: et quicumque petiturus sit haec praedia, quae obtulimus sanctae Dei ecclesiae *(sub titulis)* SS. Deiparae ac sancti martyris Theodori, ipsam SS. Deiparam et sanctum Theodorum ultores experiatur, sanctosque tercentos octo et decem divinos Patres, separatus sit a sancta Dei communione, et habeat laqueum Iudae proditoris, et lepram Giezi puellae, partemque cum iis, qui clamaverunt: Tolle, tolle, crucifige eum; quemadmodum nos iuravimus per Deum omnipotentem, et per Imperatoris salutem, ac ipsum nostrum sanctum Imperatorem, simulque sanctas et vivificas cruces signavimus, in praesentia fide dignorum testium, qui forte interfuerunt, Scriptuus manu Chrysaphii presbyteri de mandato Chryso ioannis tabularii, anno 6566, indictione XI.

† Theodotus filius Senatoris testis.

† Nicolaus filius Gemelli testis.

† Andreas filius Puthi testis.

† Tornices testis.

† Leo filius Nicolai notarii testis.

† Leo Caunitianae filius testis.

† Costantinus de Charzalegambi testis.

MCCLVIII

A. D. 1058

✝ In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense ianuario, undecima indictione. Memoratorium factum a me theophilo monacho et sacerdote filio quondam Ieorgii eo quod coram subscrivendis testibus adelbertus filius quondam petri comitis et gaitelgrima filia landolfi comitis que fuerat uxor adelberti comitis, filii quondam landoari, tradiderunt michi integram medietatem quam ipsa gaitelgrima et landoarius filius eius et ipsius adelberti comitis habere dixerunt de ecclesia, que constructa est foris hac civitate in loco ubi gallucanta et petra lata dicitur, non multum longe a mari ad ecclesia beatissimi confessoris nicolai cum integram medietatem de casis, et cellis, et atriis, et rebus stavilibus et mobilibus ipsi ecclesie pertinentibus ei quam et medietatem de molino quod constructum est in loco veteri ab apraxio monacho et abbate ipsius ecclesie et cum medietate de rebus mobilibus ipsius ecclesie pertinentibus et omnis..... mobiles de quibus ipsa medietate michi tradiderunt inferius describentur: Calicem argenteum deauratum et patenam........ super auratam; Calicem et patenam de stagno; turibulum argenteum et aliud ereum; Sindonem sericam investutam et alias duas sindones sericas et aliam sindonem seriaticam adintaliatum, et duas sindones despara magna cum botanis de panno, sindonem unam ad acum, sindones africactiana sericas quinque, sindonem de zendato auro textam, sindonem de zendato... botana, parium guaraldi serici diocitrici de saburro, planetam despara magna, oralem unum adintaliatum, amittum unum de lino, duos manules ad acum, duos orales cum dextris auro textis, oralem unum cum vultum ad acum, oralem unum ad ragiolum, amittum unum, duas planetas cordatas et aliam planetam de zendato albo, sindonem unam cum cruce, faccitergium unum plomatum; duos manules seriaticos, trelices lineas duas, zonam unam que dicitur ad nudum, curtinam unam cum crucibus laboratam, velamen alium lineum suptilem, condacim unum, evthologia du[illegible], evangelium unum, lacnisteri unum, evangelium et apostolium unum, prophitico unum, theodoritum unum, triodi unum, ergadiu unum, spalterium unum, biblion panigiricon unum, catanicticon et anastasimon duos, tetra angelum unum, quaternos quinquaginta unum cum canonas et unum preceptum de . . . . . in Salerno; scrineum unum, arcellam unam, cruciclas argenteas tres, unam ex eis cum catenulis argenteis, cruciclas ereas tres, cruces argenteas quattuor, duas ex eis cum gemmis, cruces ligneas tres auro depictas, quattuor ceraptata deargentata, conam argenteam gemmis et auro laboratam, et musio unam, conas undecim constantinopoleas depictas auro, conas alias nobem,

candelabra duo erea, candelabras vitreas constantinopoleas viginti septem, quattuor candelas vitreas parvulas, quattuor oba de sturzio, tintinnavulum ereum, tres pateras ligneas cum auro depictas, tres bettes serreos, archiscamnum, cathedram, mensam cum pedibus et aliam mensam, scamna quinque, predulas tres, barrilem, tinellam et aliam tinam, pistorium scavineum ligneum, parium unum molis manualibus, catinas decem, pistoreum ligneum parvulum in rebus de salitto, buttes duas, unam de saumis decem et aliam de nobem saumis. In suprascripta salernitana civitate buttes duas unam de saumis decem et nobem, et aliam de quattuordecim saumis. In suprascripta ecclesia buttes sex unam de saumis undecim, et aliam de decem, et duas de decem, et octo, et aliam de septem, et aliam de tribus. In rebus de priato buttem de saumis duodecim; bobem, asinum, obes septem, capras quattuordecim, quinque cartulas pastenationis de ipsis rebus de salitto, cartulas pastenationis tres de loco albole. De iamdicta vero ecclesia et cellis et casis et atriis et de omnibus rebus stabilibus, ipsi ecclesie quomodocumque pertinentibus, et de ipso molino cum pertinentiis eius et de omnibus suprascriptis rebus mobilibus ipsi gaitelgrima et adelbertus tradiderunt michi integram medietatem: ipsa gaitelgrima ex ipsa medietate tradidit quartam partem, et ipse adelbertus pro parte ipsius landoari filii ipsius gaitelgrime tradidit reliquas tres partes, hac ratione, ut amodo et dum vixero, integram suprascriptam traditionem mea potestate teneam, et dominem, et regam, et gubernem, et iusta rationem salvam faciam, et in ipsa ecclesia diurnis et nocturnis horis cotidie divinum officium peragam et peragere faciam, sicut decet presbiteris grecis et ipsam ecclesiam diem et noctem illuminem et illuminare faciam, sicut meruerit, et ipsas res stabiles quas michi tradiderunt, sicut suprascriptum est, laborem apto tempore ubi meruerit, infra eas laborare et pastenare faciam et ad laborandum et pastenandum dem, dum vixero, ut in melius proficiat et non dispereat, et ut semper bona videatur esse laborata et surta, et ipsam ecclesiam in iamdictas cellas et casas et atria, quando meruerit, cooperire et conciare faciam, sicut decet. Et de omnibus frugiis quod ex ipsis rebus exierit, et censibus et dationibus quas ex eis ego tulero, et quicquid in ipsa ecclesia oblatum fuerit, et quod ex ipsa medietate ipsius molini tollere et habere potuero, et de eo quod pro sepulturis tulero, dum vixero, michi habeam et faciam ex eo quod voluero. preterea si, deo favente, in ipsa ecclesia res stabiles aut animalia viba vel talem causam oblatum fuerit, que ad ornamentum ipsius ecclesie pertinet, semper sit de ipsa ecclesia, et ego illud regam et gubernem et iusta ratione salvum faciam et frudiem, sicut et ipso alio. et omni anno, dum vixero, in resurrectione domini et in nativitate eius et in festivitate sancti nicolai per unamquemque ex ipsis festivitatibus portem vel dirigam ipsorum gaitelgrime et landoarii et illorum heredibus tres paria de oblatis cum ana nobem cereis; sic tamen, ut ipsa gaitelgrima et eius heredes habeant ex eo

quartam partem, et ipse landoarius et eius heredes tres partes. Et ego per totum istum venturum annum dem ipsi gaitelgrime et landoario et illorum heredibus viginti quattuor auri tarenos bonos de amalfitana moneta, et a completo isto anno usque sex annos dem eis per omnem annum auri tarenos triginta de salernitana moneta. Sic tamen, ut si illi et illorum heredes invenerint ad hereditatem emendum, emant eam pro parte ipsius ecclesie ex ipsis tarenis quos eis dare debeam, sicut suprascriptum est, et ego eas frudiem et laborem, sicut et illud quod sicut suprascriptum est, michi tradiderunt, et de ipsis tarenis ipsa gaitelgrima et eius heredes habeant quartam partem, et ipse landoarius et eius heredes tres partes, et ego non habeam potestatem alios dominos habere, solummodo ipsos gaitelgrimam et landoarium et illorum heredes, et petrum, et adelbertum, et landoarium, comites filios quondam lamberti comitis et illorum heredes habeam, sicut decet. Et per convenientiam ipsi adelbertus et gaitelgrima, tamen ipsa gaitelgrima cum voluntate ipsius filii et mundoalt sui cum qua omnia, que in hac carta scripta et scrivenda sunt, fecit, guadiam michi dederunt et fideiussorem michi posuerunt grimoaldum filium quondam iohannis. et per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes amodo et dum vixero, defendere michi integram suprascriptam traditionem cum vice de viis et anditis suis ab omnibus hominibus, et non eam michi tollere aut contrare querant aut ipse landoarius et eius heredes. Ad obitum vero meum ipsam medietatem iamdicte ecclesie cum medietate de ipso molino et de ominibus suprascriptis rebus stabilibus et de ipsis cellis et casis et atriis bene constructis et laboratis et medietatem de ipsis rebus mobilibus rationaviliter salvis et medietatem de eo quod deo auxiliante, ibi accreberit, cum medietate de omnibus rebus et causis quem illo tempore habuero, sit in potestate ipsorum gaitelgrime et landoarii filii sui et heredum illorum quarta pars ex eo ipsi gaitelgrime et heredum eius et tres partes ipsi landoario et heredum illius. et ego non habeam potestatem de predicta traditione et de eo quod, ut dictum est, ibi accreverit, alienare, vel de rebus meis ad obitum meum cuicumque per quemlivet modum dare. Et si, sicut superius scriptum est, ipsi adelbertus et gaitelgrima et illorum heredes michi non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere michi triginta auri solidos constantinos et, sicut superius scriptum est, adimplere. Verumtamen a completo isto anno per omnem annum usque completos ipsos annos dem eis ipsos triginta auri tarenos bonos de quali moneta in hac civitate per caput ierit. Et taliter scriptum est per romoaldum notarium

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

† Ego landolfus notarius me subscripsi.

MCCLIX

A. D. 1058

✝ In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense februario, Undecima indictione, dum petrus filius quondam sicelmanni habitator de loco, muntoro et grusa uxor eius, ut habet casus humane fragilitatis, egrotarent, quamquam in lectulo iacerent, viverent et recte loquerentur, pro animabus eorum coram me petro iudice per hoc scriptum iudicaverunt quod de rebus eorum fieret. Et ipse petrus dixit ipsi uxori sue dedisse ex omnibus rebus suis integram quartam partem, quando eam sibi in coniugio sociaverat, et ex ea genuisse sobolem boniczum nomine, quem heredem sibi instituit. Primum denique ipsi vir et uxor iudicaverunt rolegrimo nepoti eorum unam peciam de terra in suprascripto loco muntoro ubi banzanum dicitur, que de tribus partibus coniuncta est cum terra suprascripti rolegrimi et de uno capite mensurata passi duodecim, de alio vero decem, et per longitudinem passi viginti sex iusto passu hominis, ad faciendum ex ea ipse rolegrimus et eius heredes quod voluerint. Et iudicaverunt ipsi vir et uxor in ecclesia sancte sophie, que constructa est intra hanc civitatem secus plateam que pergit ad rotensem portam, in qua muscatus abbas preest, integram medietatem de omnibus terris et casis et rebus stavilibus, que ipsis petro et gruse quomodocumque fuerunt et sunt pertinentes, tam intra castellum de suprascripto loco muntoro, quam et foris per tota fine et pertinentia et vocavula suprascripti loci extra suprascriptam peciam cum omnibus que intra ipsam medietatem sunt cunctisque eius pertinentiis et cum vice de viis, et anditis suis et cum medietate muniminibus ex eo continentibus, Ut semper sit in potestate ipsius domni muscati et successorum eius et partis ipsius ecclesie Ad faciendum ex eo ipse abbas et successores eius et pars iamdicte ecclesie quod voluerint, et semper illi et illorum heredes integrum illud, qualiter in iamdicta ecclesia iudicaverunt, ipsi abbati et successoribus eius et pars ipsius ecclesie defendant ab omnibus hominibus et partibus. Et quando voluerint potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Aliam vero medietatem iudicaverunt ipsi soboli eorum cum omnibus que intra eam sunt cunctisque eius pertinentiis et cum vice de viis et anditis suis et cum reliqua medietate ipsorum muniminum; Ut ille et filii et filie eius, qui de legitimo coniugio horti fuerint et ex eis legitime descendentibus haberent, et ipsi filii et filie ipsius bo-

niczi et ex eis ut dictum est descendentibus, post ipsius boniczi obitum licentiam habeant ex eo facere quod voluerint. Et si ipse boniczus absque filiis filiabus legitimo coniugio creatis obierit, tunc integra medietas que ei ut prefatum est iudicaverunt perveniret in potestate partis ipsius ecclesie cum ipsis muniminibus et cum omnibus intra se habentibus et cum vice de viis et anditis suis, Ad faciendum ex eo pars ipsius ecclesie quod voluerint. Et illi et illorum heredes semper illud parti ipsius ecclesie defendant ab omnibus hominibus et partibus, et quando pars ipsius ecclesie voluerit potestatem habeat illud per se defendere, qualiter voluerint. Et per convenientiam ipsi vir et uxor, tamen ipsa uxor cum voluntate ipsius viri sui cum cuius voluntate omnia que in hac cartula scripta et scrivenda sunt fecit, obligaverunt se et suos heredes, si sicut superius scriptum et parti ipsius ecclesie non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, componere parti ipsius ecclesie centum auri solidos constantinos, et sicut superius scriptum est adimplere. Et taliter te romoaldum notarium scribere precepi.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

MCCLX

A. D. 1058

✝ In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense februarius, undecima indictione. Ante me petrum iudicem Ursus castaldus et iudex coniunctus est cum petrus atrianensis filius quondam sergi atrianensis, qui dictus fuit sfagilla; Et sicut ipsi ursonis congruum fuit sua vona boluntate per anc cartulam benundedit ipsi petro una pecia de terra sua quod abebat foris hanc salernitanam civitatem in loco beteri, quam dixit esse per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas: A parte orientis fine ipsius petri; A parte meridie fine mare; A parte occidentis fine ipsius ursi, qualiter incipit ab ipso mare et rectum ascendit in parte septemtrionis per medio plesco immobile quod dicitur forca alfani, et dimittit ipsum plescum, et badit usque in bia puplica et per ipsam bia puplica est de latitudo suprascripta terra per ipsam bia mensurati passi biginti sex usque fine predicti petri sicut discernit petra inmobile iuxta et subtus ipsam bia et iusta fine predicti petri, et abinde ubi incepti sunt mensurando ipsi biginti sex, passi dimittit ipsam bia et rectum ascendit in ipsa parte septemtrionis

passi decem iuxta finem predicti ursi. et ab ipsi decem passi rebolbit in parte occidentis iuta finem ipsius ursi, quod datum abet in ecclesia sancte marie de eodem loco pertinente ipsius ursi et de consortis eius passi quindecim. et ab ipsi quindecim passi rebolbit in ipsa parte septemtrionis iuxta finem aliorum sicut murice de petre discernit et vadit in ipsa parte septemtrionis usque in pede de pistellu quod est ipsum pistellum in parte occidentis, et rebolbit per ipso pistellu in ipsa parte occidentis, et rebolbit in parte septemtrionis iusta fine ipsius ursi et iohanni germano suo, sicut murice de petre inmobile discernit per ipsam finem ipsorum germanis passi quaddraginta. et abinde rectum badit in parte quasi occidentis usque cilium de ripa que est ipsa ripa superior et coniuncta ad rebus de eredes maurisculi, et qualiter vadit per ipso cilium usque in cripta que est super ipse ripe et super rebus de eredes iohannis curialis, et ab ipsa cripta rebolbit in ipsa parte orientis usque ad fine suprascripti petri, et per ipsam finem suprascripti petri descendit in parte meridie passi centum sex, et est ibi lata suprascripta rebus a completi ipsi centum passi, et usque ubi sunt finiti ipsi quadraginta quattuor passi, passi sexaginta. Et ab ipsi centum sex passi descendit in ipsa parte meridie rectum iuxta finem predicti petri passi quadraginta quattuor, et coniungit in spelunca que est in pistellum suprascripti petri, et ab ipsa spelunca descendit in parte meridie iusta finem predicti petri usque suprascriptam bia, et dimittit ipsam via et badit iusta suprascripta primam petra iusta finem predicti petri usque ipso mare. Iamdicta terra per iamdictas fines et mensuras ipse ursus castaldus et iudex filius quondam iannaci castaldi, sicut diximus, inclitam illam ipsi petro benumdedit. Seu et benumdedit ei a foras ipsas mensuras in parte septemtrionis quantum eidem ursi ibi coniunctum pertinet cum omnibus que intra ipsam terram sunt cunctisque eius pertinentiis et cum bice de via sua. Ea ratione ut semper sit in potestate ipsius petri et eredum eius, et liceat illum et eius heredes de ea facere quod voluerint. Et propter confirmationem uius benditionis ipse ursus suscepit a predicto petro statutum pretium auri tari centum biginti ex moneta amalfitanorum in omni deliberatione. Et per combenientiam ipse ursus guadiam ipsi petro dedit et fideiussorem ei posuit maurus atrianensis filius quondam iohannis de lupino. Et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi petro et illius heredibus integram suprascripta benditione ab omnibus hominibus: et tribuit ei licentia ut quando ipse petrus et eius heredes voluerint, potestatem habeant suprascriptam venditionem per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de ea ostenderint. Et sicut superius legitur ipse ursus et suos heredes ipsi petro et illius heredibus non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsi petro et illius heredibus centum auri solidos constantinos. et sicut superius scriptum est adinplere. Et taliter te petrum notarium scribere precepi.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

MCCLXI

A. D. 1058

✝ In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense februario, undecima indictione. Ante me Johannem iudex et notarius durante filius quondam gaidonis coniunctus est cum leto presbitero filio quondam ursi, et per ipsum durante hostensa est una cartula, Que continebat: In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense ianuario, undecima indictione. Ante me iohannem iudicem bibo kastaldeus filius quondam petri coniunctus est cum durante filio quondam gaidonis ad compreendendum inter se sortem de terra cum arbusto, et insiteto, et quertie, et vinea, et pomis, et vacuum, et silba quod illis commune habunt in locum transboneia, quod ipsi durante pertinent due partes et ipsi bibo tertiam pars; et per ipsum bibo ostense sunt scripta ita continentes: ego vibo kastaldus filius quondam petri divisi tota terra cum arbustum et insitetum et quertie et vinea et pomis et vacuum et silba quod comune habeo cum durante filio quondam gaidonis in locum transboneia. primitus quidem divisi Una pecia de terra cum arbustis ubi a li scontrati dicitur et feci exinde tres sortes, unam sortem fecit esse in parte occidentis; Alia in parte orientis; Alia ibique in meridie. Ipsa sorte a parte occidentis fecit per fines et mensuras. A parte septemtrionis fine via que pergit in ipsa suprascripta terra. Aliam terram quod in ista sorte et in aliam ipse sortes adiungente est et passi quattuordecim. A parte occidentis fine media sepe et passi septuaginta septem: A parte meridie passi triginta et medium. A parte orientis est finis alia sors et in medium per traversum passi duodecim; et adiunxit in istam sortem partem illam da occidente terra cum insirtetum ibique . . . . est cum ipsa bia per fines et mensuras: A parte meridie fine ipsam bia passi nobem minus palmum, A parte orientis fine alia sors; a parte septemtrionis fine ipso ballone quod descendit in flumen boneia et passi decem et septem et tertiam partem de unum passum. A parte occidentis est finis aliorum, est per longitudo de ambabus partibus da ipsum ballonem usque ipsa viam, et adiunxit in istam sortem inclita terra cum silba nostra et aliquante insites de eodem loco da medio torum indeque qualiter descendit in partem septemtrionis usque ipsum flubium quod dictum est boneia; et integra pars nostra de terra cum insiteto quod commune habemus cum nostris consortibus in predicto locum transboneia ubi maianum dicitur, que coniuncta est cum rebus sancte marie nostra pertinentia de eodem loco. de totum istum feci esse primam sortem cum vice de viis

suis. Ipsam sortem: A parte orientis feci per fines et mensuras: Ab ipsa parte septemtrionis fine ipsam viam et passi quattuordecim, A parte occidentis fine ipsam sortem medianam: A parte meridie fine media sepe passi hocto et medium. A parte orientis est finis aliorum et passi nonaginta quinque, et in medio per traversum passi duodecim. et adiunxit in istam sortem partem illam da oriente de ipsa terra cum insirteto, ibique coniunctum est cum ipsam viam per fines et mensuras. A parte meridie fine ipsam viam passi nobem minus palmum unum: A parte occidentis est finis alia sors. A parte septemtrionis est finis medium ipsum ballonem et passi decem et septem et tertiam partem de unum passum. A parte orientis est finis aliorum et per longitudinem de ambobus partibus de ipsum ballonem usque ipsa via. et adiunxit in istam sortem integram medietatem de terra cum vinea et quertietum da parte orientis de eodem loco ubi ipsi scontrati dicitur qualiter descendit da medio ipso toru in parte meridie usque medio ballone que est ab ipsa parte meridie. de totum istud feci esse secundam sortem cum vice de viis suis. Ipsam vero sortem mediam feci per fines et mensuras: Ab ipsa parte septemtrionis est finis ipsam via: A parte occidentis est finis ipsa prima sorte. A parte meridie est finis media sepe: A parte orientis est finis ipsa secunda sorte. et adiunxit in istam sortem partem illam medianam de ipsa terra cum insirtetu quod coniunctum est cum ipsa via per fines et mensuras: A parte meridie fine ipsa via passi hocto: A parte orientis fine ipsa secunda sorte: A parte septemtrionis fine medio ipso ballone passi decem et septem et tertiam partem de unum passum; A parte occidentis fine ipsa prima sorte. et adiunxit in istam sortem partem illam da occidente ipsa terra quod est medietate, qualiter descendit da medio ipso toru in parte meridie usque medium ipsum ballonem de ipsa parte orientis; de totum istud feci esse tertiam sortem cum vice de viis suis. Totis suprascriptis mensuriis iusto passu hominis mensuratis. Et cum fuerunt lecte ipse scriptiones de iamdictis vero ipse tribus scriptionibus prius inde compreensit ipse durante ipsam primam et tertiam sortem qualiter superius facte sunt cum omnibus que intra eas sunt cunctisque eius pertinentiis et cum vice de viis suis, Ad faciendum de eis ille et eius heredes quod voluerint. Et ipse vibo compreensit ipsam secundam sortem qualiter superius facta est cum omnibus que intra eam sunt cunctisque eius pertinentiis et cum vice de viis suis, Ad faciendum de ea ille et eius heredes quod voluerint. Et per convenientia ipse vibo guadiam ipsi durante dedit et fideiussorem ei posuit lando ballense filius quondam ursi sculdais, et per ipsam guadiam ipsi vibo obligavit se et suos heredes semper permanere cum ipsum durante et cum eius heredes in suprascripta divisione quemammodum supradictum est. Et si taliter in suprascripta divisione semper firmiter non permanserit et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipse vibo obligavit

se et suos heredes componere ipsi durante et illius heredibus centum auri solidos costantinos et in suprascripta divisione quemammodum supra legitur cum ipsum durante et cum illius heredes semper firmiter permanerent. et quod superius inter suprascriptis virgulis scriptum est, dicit medium ipsum ballonem et passi decem et septem et tertiam partem de unum passum. A parte orientis est finis. Et taliter te petrum notarium scribere precepi. Ego qui supra iohannes iudex. Hostensa igitur atque perlecta suprascripta cartula, ipse durante, sicut ei congruum fuit sua voluntate per convenientia per hanc cartulam vendidit ipsi leto presbitero integras ambas suprascripta primam et tertiam sortes, quas sicut suprascripta cartula continet compreensas per suprascriptas fines et mensuras qualiter superius facte esse videntur, cum omnibus que intra eas sunt cunctisque earum pertinentiis et cum vice de viis suis, exscepto integro illo quod eidem durante pertinet de predicta terra cum insirteto commune ubi maianum dicitur, quod sicut in suprascripta declaratur cartula cum rebus ecclesie sancte marie de eodem loco coniunctum est. Ea ratione ut integra ipsa venditio semper sit in potestate ipsius leti et heredum eius. Et liceat illum et eius heredes de ea facere quod voluerint. Et nichil aliud ipse durante de eo quod ei per suprascriptam cartulam pertinuit, sibi remanere dixit, nisi illud de predicta terra cum insirtetum commune ubi maianum dicitur. Et propter confirmationem huius venditionis ipse durante suscepit ab ipso leto statutum pretium auri solidos de moneta amalfitanorum quadraginta quinque in omni deliberatione. Et per convenientia ipse durante guadiam ipsi leto dedit et fideiussorem ei posuit suprascriptum landonem ballensem filium quondam ursi sculdais et per ipsam guadiam ipse durante obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi leto et illius heredibus integrum illud quod ei sicut suprascriptum est vendidit ab omnibus hominibus. Et tribuit ei licentiam, ut quando ipse letus et eius heredes voluerint, potestatem habeant, sicut suprascriptum est, illud per se defendere qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo hostenderint. Et si sicut superius scriptum est ipse durante et eius heredes ipsi leto et illius heredibus non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per convenientia per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsi leto et illius heredibus centum auri solidos costantinos, et sicut superius scriptum est adimplere. Et taliter te grimoaldum notarium et advocatum scribere precepi.

+ Ego qui supra iohannes iudex.

MCCLXII

A. D. 1058

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense martio, undecima indictione. Ego iohannes clericus et abbas ecclesie sancte marie et filius quondam agenolfi, eo quod ante subscriptos idoneos homines per convenientia ad tenendum et residendum tradidit mulier quedam nomine mansa filia quondam leonis apuliense relicta quondam iohannis, qui cognominatus fuit falcetra, inclita sortione mea de terra cum casa lignitia solarata, quod concessam paratam abuit da ipsa mansa et petro et lando qui sunt germani et filii ipsius manse et iohannes falcetra, que est ipsa terra cum casa intus hanc salernitanam civitatem super propinquo ipsius ecclesie que da parte meridiei et da parte occidentis coniuncta est ipsam casam ad plateis, et qualiter nunc conciata et hedificata qualiter usque nunc illud tenent ipsa mansa cum scala lignea posita iusta ipsam plateam da ipsa parte occidentis. Taliter illut ipsa mansa tradidit per absolutionem ipsorum petri et landoni filii sui. Cum quibus omnia que in anc cartam scripta vel scrivenda sunt, feci. Tali tinore ut amodo et usque viginti et septem anni completi ad sua et de suis heredibus esset potestatis, fobee et omnis illorum utilitatis ibi faciant iusta rationem, et ibidem residere et avitare et ad residendum dent cui vellent, et omnis pedes et seditura quod inde tollere et avere potuerint usque ipsi anni completi totum illut sue sint potestatis faciendum quod voluerint. Tantum pro censum de ipsa venditione per omnes annos de suprascripto mense dent michi meique heredibus ipsa mansa et eius heredes octo aureos tarenos vonos, ut per caput et sine iuncta illis dare possamus, et quicquid in ea casa necessum fuerit conciare vel cooperire que ipsi anno completo ipsa mansa et eius heredes faciant conciare vel cooperire. Ad mensem igitur secundum, Completi vero ipsi viginti et septem anni, licead ipsa mansa et eius heredes et homines quod ibidem ad residendum miserint inde exire cum omnis illorum causa movilia et ire ubique voluerint sine nostra contrarietate, et ipsa traditione clusa et cooperta cum regias et claves, qualiter modo conciata et hedificata est, remittant illut ad potestatem mea vel de meis heredibus faciendum ex eo quod voluerit. Et per convenientiam guadia michi ipsa mansa dedi et fideiussorem michi posuit iohannes calzolario filio quondam iaquinti apuliensis, et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes si, sicut superius scriptum est, michi meique heredibus non adimpleverint et ali-

quit de suprascriptis contradixerint, per convenientia per ipsam guadiam obligavit se ipsa mansa suosque heredes componere michi meique heredibus triginta auri solidos costantinos et suprascripta adimplere. Quod scripsi ego iohannes notarius.

✝ Ego ademarius notarius me subscripsi.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCLXIII

A. D. 1058

✝ In nomine domini septimo decimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense martio, undecima indictione. Memoratorium factu a me mulier mansa nomine filia quondam leonis apuliense relicta quondam iohannis qui cognominatus fuit falcetra Coram subscriptos idoneos homines per convenientia per voluntate petri et landonem filii mei, Cum quo omnia que in anc cartulam scripta vel scrivenda sunt, feci, ad tenendum et residendum tradidit michi Iohannes clericus et abbas ecclesie sancte marie et filii quondam agenolphi inclita sortione sua de terra cum casa lignitia solarata de intus hanc salernitanam civitatem super et propinquo ipsa ecclesia, quod ante os annos iohannes clericus et abbas da me et da ipsi filii mei ipsam terra cum casa comparatam habuit, que da parte occidentis et da parte meridie coniuncta est ad plateis, et qualiter nunc conciata et edificata est et qualiter usque nunc illam tenui cum scala lignea . . . . . . ipsa platea da parte occidentis taliter illam michi modo tradidit, Tali tinore ut amodo ut usque viginti et septem anni completi ad mea et de meis heredibus sint potestatis, fobee et omnis utilitatis ibi faciamus iusta rationem, et ibidem resideamus et avitemus et ad residendum illut demus cui voluerimus, et omnis pedes et seditura, quod de ipsa traditione tollere et avere potuerimus, usque ipsi anni completi totum illut nobis abeamus. Tantum pro censum de ipsa traditione ego et meos heredes per omnes annos usque ipso constitutum completum demus ipsius iohanni clerici et abbati et ad eius heredes de suprascripto mense octo aureos tarenos vonos ut per caput et sine iunctione badant, et quicquit in ipsa casa necessum fuerit conciandum vel coperiendum usque ipsi anni ego et meos heredes faciamus similiter conciare ad omne nostrum expendium. Completi vero ipsi viginti septem anni licead me et meos heredes et omines, quod ibidem ad residendum miserimus, inde exire cum omnis causa

nostra movilia et ire ubi voluerimus. Et ipsa traditione clusa et cooperta, cum regias et claves, qualiter modo conciata et hedificata est ipsius iohanni clerici et abbati et heredibus suis adsignemus, faciendum ex eo quod voluerit. Et per convenientia guadia michi Ipse iohannes abbas et clericus dedi et fideiussorem michi posuit alfano clerico filio quondam ademari; et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes defensandum michi meique heredibus inclita suprascripta traditione cum vice de ipsis plateis usque ipsi anni completi ab omnibus hominibus in suprascripto tinore, et non querad illut nobis tollere vel contrare usque ipsi anni completi. Et si taliter illut nobis non defensaverint et aliquit de suprascriptis contradixerint, per ipsam guadiam et convenientiam obligavit se ipse Iohannes clericus et heredum suorum componere michi meique heredibus triginta auri solidos constantinos et suprascripta adimplere. Quod scripsi ego iohannes notarius.

✝ Ego qui supra iohannes Abbas.

✝ Ego Ademarius notarius me subscripsi.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCLXIV

A. D. 1058

✝ In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosus princeps, mense martius, undecima indictione. Ego mulier nomine musanda relicta quondam guidoni et filia quondam *(deest nomen)* ante presentia amati sculdais et ivique adesset idoneos homines clarifico habere rebus in locum copercle ubi padule dicitur, una pecia de terra cum arbustis et aliis arboribus et est per fines et mensurias iusto passu hominis mensuratas: A parte occidentis fine via et passi triginta duo et medium; a septemtrione passi quinquaginta quadtuor; Ab oriente fine ribus punticellum quod currit inter ac terra et terra iohanni notari filii quondam maraldi notari et passi triginta duo: A meridie passi quinquaginta unum; et congruum est michi integram suprascriptam peciam de terra cum arbustis et aliis arboribus per suprascripte finis et mensurias cum boluntate de mundoalt meum donare suprascripti Iohanni notario filio pre-

dicti maraldi notario. et ideo ego iamdicta musanda cum boluntate de mundoalt meum et per absolutionem suprascripti domni principi quam michi dandum direxit per ipsum amatus sculdais coram presentia ipsius amati donabit tivi suprascripti iohanni notario integram suprascriptam pecia de terra per suprascripte finis et mensurias cum omnia infra ipsa mea donatione habentibus homnibusque suis pertinentiis et cum bice de via sua, et cum integram partem mea de omnibus muniminibus ex ipsa mea donatione continentibus, hea ratione ud integram suprascriptam mea donatione semper sit in potestate tuaque Iohanni notari et de tuos heredes faciendum exinde omnia quod volueritis, absque omni mea et de meis heredibus contrarietate. et probter confirmationis uius donationis cum boluntate de mundoalt meum suscepi a te iamdicto Iohanne notario secundum langnobardorum regum edicto auri tari boni amalfitaniski triginta et unum auri tari et pellicia una in omni deliveratione, sicut inter nos combenit. et per combenientia ego iamdicta musanda cum boluntate de mundoalt meum guadiam tivi suprascripti Iohanni notario dedi et fideiussorem tivi posui meipsa et Iohannes filius quondam Iohanni. et per ipsam guadiam obligo me et meos heredes amodo et semper defendere tivi suprascripto Iohanni notario et ad tuis heredibus integram suprascripta mea donatione, qualiter suprascriptum est ab omnibus hominibus. quod si minime suprascripta mea donatione ego et meos heredes tivi suprascripto iohanne notario et ad tuis heredibus minime defendere potuerimus, tunc sicut in lex langnobardorum de donum et susceptum launegilt continet, sic ego et meos heredes tivi suprascripto iohanni notario et ad tuis heredibus adimpleamus. et quando tu et tuos heredes de suprascripta mea donatione per vos defendere bolueritis, potestatem abeatis illut per se defendere qualiter bultis cum homnibus muniminibus, et rationibus quas exinde ostenderitis; et si, sicut superius scriptum est, ego et meos heredes tivi suprascripti Iohanni notario et ad tuis heredibus non adinpleverimus, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserimus, per conbenientia per ipsam guadiam componere obligo me et meos heredes tivi suprascripto iohanni notario et ad tuis heredibus quinquaginta auri solidos costantinos et suprascripta adimplere, et illud quod est scriptum inter ipsi virguli, dicit tivi omnia suprascripta feci ego ego iamdicta musanda cum boluntate de mundoalt meum, ipsum disturbatum quod est in ipsu birgulu, dicit ego ego. et taliter te petrum notarium scrivere rogavimus.

✝ Ego qui supra amatus sculdais.

✝ Ego truppoaldus notarius me subscripsi.

✝ Ego petrus notarius me subscripsi.

MCCLXV

A. D. 1087

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense martio, undecima indictione. dum in sacro salernitano archiepiscopio essem ego romoaldus iudex et plures homines, Iohannes sacerdos et abbas ecclesie sancti mathei apostoli, que costructa est intra hanc civitatem in horto magno, dum una cum eo esset Alfanus comes filius quondam ademarii comitis et iudicis et alfanus filius quondam guaimarii comitis qui sunt ex eis quibus ecclesia pertinet, coniunctus est cum leone atrianense filio quondam petri, et per ipsum abbatem ostensum est unum iudicatum quod continebat: In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense februario, undecima indictione. dum in atrio beate ecclesie que constructa est intra hanc civitatem secus plateam que pergit ad portam que elinis dicitur, ad onorem sanctissimi gregorii essem ego romoaldus iudex et plures homines iohannes sacerdos et abbas ecclesie sancti mathei apostoli que constructa est super et prope ipsam ecclesiam sancti gregorii, dum una cum eo esset alfanus comes filius quondam Ademarii comitis et iudicis, qui est unum ex eius quibus ipsa ecclesia sancti mathei pertinet, coniunctus est cum leone atrianense filio quondam petri et per ipsum abbatem ostensum est unum iudicatum quod continebat: In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense iulio, nona indictione. Ante me romoaldum iudicem Iohannes sacerdos et abbas ecclesie sancti mathei apostoli que constructa est intra hanc civitatem in horto magno, dum una cum eo esset alfanus comes filius quondam ademari comitis et iudicis qui est unus ex eis quibus ipsa ecclesia pertinet, coniunctus est cum leone atrianense filio quondam petri, ad faciendum inter se finem de causationibus quibus ipse abbas nuper cum ipso leone ante me causaverat, ut ipse leo et servi illius malo hordine intrassent in terras et casas pertinentes ipsius ecclesie que sunt intra hanc civitatem in suprascripto loco, et foveas et edificia in ipsis terris fecissent, et de ipsis casis disturbassent, et scindolis et aliis lignaminibus de erectis casis ipsius ecclesie tulissent, et ipsas terras et casas ipsi abbati contrassent, Ipse leo responderat intra hanc civitatem in eodem loco plures terras et casas habere, sed nescire de qualibus ipse abbas cum eo causaverat. ego autem qualiter inter eos convenerat, iudicaveram et illos guadiare feceram, ut ipse abbas vel pars iamdicte ecclesie, simul cum ipso leone ad ipsas terras et casas pergerent cum iudice et notario; et ipse abbas vel pars iamdicte ecclesie

plicaret secum rationibus ipsius ecclesie, et cum uno ex eis quibus ipsa ecclesia pertinet, et ipse leo plicaret secum suis rationibus et secundum legem inter se finem facerent de eo quo ipse abbas cum ipso leone, sicut suprascriptum est, causaverat; postmodum vero mecum et cum notario ad ipsas terras et casas perrexerunt et ipse abbas monstravit ipsi leoni illud de quo cum eo causaverat, sicut suprascriptum est. Nunc vero, ut dictum est, ante me plicati sunt cum suis rationibus, et ipse abbas ostendit cartulas duas et unum iudicatum de suprascriptis causationibus, et ipse leo ostendit cartulam unam et alium similem iudicatum de suprascriptis causationibus, et pro parte manifestaverunt plures cartulas inter se ex hoc non ostenderent. Et legere feci ipsas cartulas, quas ipse abbas ostendit. primam continebat: In nomine domini anno quadragesimo quarto principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, et tertio anno principatus domne gemme uxor eius et domni pandolfi optato eius filio, mense nobember, quinta indictione. Ideo que nos petrus comes filius quondam landolfi et mulier nomine aloara que fasana vocatur, filia quondam leoni neapolitano qui sunt ambo vir et uxor, clarefacimus, quoniam nos a nobo construximus fundamine ecclesia vocavulum sancti mathei et sancti thome apostolorum dei in terris nostris de intus hanc salernitanam civitatem a suptus ecclesia sancti andree ad hortum magnum, unde nunc ostendimus nos ante petrus iudex et testes unum scriptum, et cum fuit relectum continebat, qualiter domnus petrus episcopus ipsius ecclesie salerni per convenientia confirmavit michi exdicto petri per colloquium de cleros suosque honoratos, et cum ipsum domnus episcopus esset sicelmus diaconus et vicedominus et iaquintus advocatus suum per absolutionem supradicti domni gisulfi gloriosi principis secundum legem per bona convenientia, sicut diximus, confirmavit michi inclita ipsa nostra ecclesia cum omnibus rebus et causationibus quas per me et per meis heredibus et per alium in iamdicta ecclesia offertum fuerit, ut omni tempore a pars sui episcopii secura et livera maneret; ita ut semper ecclesia ipsa esset ad potestate mea et de meis heredibus omni tempore presbiteros ibidem ordinandum, quomodo voluerimus, sine pars eidem episcopii. et quale presbiteros per me et per meis heredibus quomodocumque ibidem ordinatos fuerit, sic ibidem essent semper et omni tempore securos et liveros permanerent, absque omni molestatione et contrarietate eius et de eius successoribus et partis sui episcopii; et nec ille nec suis successoribus, nec pars sui episcopii nullas angarias, aut servitium vel censum, aut qualivet dationem illorum imponerent aut exigere querant, sed, sicut iam supradictum est, omni tempore liveros et securos permanerent de omnia a pars ipsius domni episcopi et de eius successoribus et pars predicti episcopii. et que per nos et per nostris heredibus de rebus et causa nostra in eadem nostra ecclesia datum vel offertum fuerit, et que

per aliis hominibus ibidem de rebus et causa sūa datum vel offertum fuerit semper firmiter permanerent in ipsa nostra ecclesia. et non haberet potestatem aliquando nec ille nec suos successoribus, per qualemcumque modis vel rationibus, aliquit exinde tollere aut contrare seu minuare, aut in qualecumque parte ipsa nostra ecclesia vel res ipsius ecclesie in beneficium dare, aut ad suam potestatem illud habere, sed semper ecclesia ipsa una cum ipsis rebus et cum omnia suprascripta ad nostram et de nostris heredibus esset potestatem, hordinandum et faciendum quod modo et qualiter voluerimus. et recepit a me ipse domnus episcopus quinque libras argenti. et per bona comvenientia obligavit se ipse domnus petrus pontifex et suis successoribus et pars sui episcopii, ut si aliquid, quomodo superius legitur, quesierint contrare vel removere et quodcumque causationes inde nobis nostrisque heredibus preposuerint, componere obligavit se suisque successoribus et pars sui episcopii, nobis nostrisque heredibus quingentos auri solidos costantinos. scripta convenientia ipsa per totonem notarium roborata sufficienter. Et palam facimus nos supradicti vir et uxor, quoniam ante hos annos per firmam cartulam offeruimus in supradicta nostra ecclesia sancti mathei et sancti thome de ipsa terra nostra de intus hanc civitatem, in quo ipsa ecclesia constructa est per has fines et mensuras: A parte orientis fine pariete de ipsa casa de heredes mastali atrianensis, sicut a foras ipso pariete sericidium cecidere debet, et fine pariete qui discernit in illud quod retinet reginulo ebreus, et fine pariete de illud quod alfanus et petrus thii nostri et ego petrus dedimus munduli et fine de heredes sellitti de aunito, sicut pariete discernit per tota ista fine pedes octoginta octo. A parte meridie fine quod nunc retinet heredes iohanni clerici et anditum et finem quod illis diebus retinuit idem alfanus, quod eidem alfani datum fuit per supradictum gloriosum principem et per ipsa pars pedes triginta quinque. Ab occidente fine ipsius alfani et de heredes predicti petri comitis thio noster, et inde passi octoginta sex, de super fine pariete et inde passi quadraginta nobem, totum ad iusta manum homini mensuratum. per ipse fines et mensurie inclitum illud ibi offeruimus cum omnia intro se habentes et cum vice de via carraria da via que est a parte occidentis usque ad ista terra, et offeruimus inde tertiam partem de puteum quod ibi est in curte ipsius alfani et de filii predicti petri comitis cum vice de via sua. Simulque et offeruimus in eadem ecclesia de rebus nostra de locum tuscianu per hec fines; desuper fine via antiqua, que venit usque ecclesiam sancti petroniani et trabersat rivus de lama et pergit erga ecclesia sancti cirini. Ab occidente fine ipsa lama; desuper fine nostra sicut via discernit. A pars orientis fine sortionis de filii ipsius petri comitis et fine nostra sicut terminum discernit. per iste fines inclitum illud in ipsa ecclesia offeruimus, quam et offeruimus ibidem de rebus nostra de suptus monte corbino per hec fines et mensuria; de tribus partibus fine nostra, sicut

terminum discernit; de alia parte fine rivus qui discernit inter hec rebus et rebus nostra et sancti angeli de monte aureo, per longitudo et per latitudo ex omni parte ana passi ducentos. Infra iste fines et mensuria sceptuavimus medietatem, quantum vinea ibidem factam habet vel fecerit filii dominici usque constitutum que continet brebem nostrum de ipsa pastenatione. Seu et offertum habuimus in ipsa ecclesia de rebus nostra de finibus stricturie, ubi ad trabersa dicitur, per as fines: Ab oriente fine rivus qui discernit a fine predicti alfani thio noster: A septemtrionalis fine de ipsi filii petri comitis, sicut termini discernit: Ab occidente similiter fine ipsius alfani, sicut et inde termiti discernit. de alia parte sicut discernit pede de monte nostrum commune et ipsius alfani et de ipsis rebus petri. Infra iste fine sceptuavimus sortionem quam inde tollere debunt garulo et sellittulo, qui ibi pastenaverunt vinea in partione ipso alio funditus in ipsa ecclesia offeruimus, quam et offeruimus ibidem liber comiti duo de circoitu anni, et omelie tres una da adventu domini et usque quadragesima; Alia da initum quadragesima usque pascha domini, Alia da pasca domini usque adventu: et duo manuali, et antifonaria dua, unum de die et aliud de nocte, et spalterio unum, cortine due, una maiore et alia minore; sindones sex et panno serico; calice unum de argentu; manule serico unum, concolina una, recentario uno, sicclitellum, colcitra et plomacio. hec omnia suprascripta in eadem ecclesia hoffertum habemus, sicut ipsa cartula offertionis est continente. Nunc autem congruum est nobis iamdicti vir et uxor in eadem ecclesia iterum offerire de alia causa et rebus nostra; et ideo nos supradicti petrus comes et fasana vir et uxor unanimiter parique consensu, tamen ego iamdicta fasana per consensu et voluntate istius viri mei, in cuius mundiu palam facio esse, nos amboque vir et uxor per hanc cartulam pro amore omnipotenti deo et salutis anime nostre offeruimus in supradicta ecclesia sancti mathei et sancti thome una planeta serica et unum pannum sericum super altare habente et una sindone laborata ad acu, et uno alio panno serico supra alio altare, et unum turivulum de argentu pesante libra una et uncie quattuor; et super epistola pauli, quam et offeruimus ibidem tota et inclita rebus nostra de eodem loco montecorbino a foras illud per supradicta mensuria, quod superius diximus per supradicta cartula in eadem ecclesia offertum habemus, quantum quantoque michi iamdicti petri in sorte obbenit in ipso loco montecorbino da ipsum alfanus thio noster et da ipsi filii petri comitis, totum funditus in eadem ecclesia offeruimus. Tantum exceptuamus de illud quod ad ipsum alfanus et ipsi filii petri michi in sortionem obbenit, quantum exinde tollere debent pro pastenatione illis qui exinde pastenaverunt; nam illo aliut que sunt vineis et olivetis et silvis et terre vacue, cum omnia intro se habentibus et suis pertinentiis et cum vice de viis suis totum et inclitum illud in supradicta ecclesia sancti mathei et sancti thome offeruimus. Sic tamen, ut de illud quod exinde

ad pastenandum datum est sic permaneant sacerdotes ipsius ecclesie cum illis qui eos ad pastenandum retinunt, sicut brebi de ipsa pastenatione continunt, et sicut nos exinde permanere debuerimus. Simulque et offeruimus in eadem ecclesia tres bacce et una iumenta, quam et offeruimus in supradicta nostra ecclesia sortione nostra quod nobis pertinet de ecclesia nostra de finibus nuceria vocavulu sancte marie que sita est in pino, et sortione nostra de ecclesia sancti georgii, que edificata est in rebus nostra de eadem finibus stricturie, et sortione nostra de ecclesia sancte marie, que edificata est intus castello de iufuni, et sortione nostra de ecclesia sancti salvatori, que edificata est ad montem ubi dicitur locum mariliano. de hec supradicte ecclesie inclite nostre sortiones cum omnibus rebus et pertinentiis suis in ipsa nostra ecclesia sancti mathei et sancti thome offeruimus, Ad securiter et firmiter omni tempore omnia suprascripta in ipsa ecclesia permanendum, et presbiteros qui per nos et per nostris heredibus in eadem ecclesia ordinati fuerint, ad suam potestatem illud tenendum, regendum, gubernandum, laborandum et ad laborandum dare et frudiare illud, et de ipso frudium faciant quod voluerint. et in supradicta ecclesia una nobiscum et cum nostris heredibus presbiteri ordinare qualiter voluerit, et si voluerint de supradicta rebus de monscorbino, vel de ipsa alia res de ipse alie ecclesie, ad pastenandum darent, potestatem habeant iusta rationem una nobiscum et cum nostris heredibus eos dare ad pastenandum. Nam in aliis modis non habeant potestatem, nec sacerdos ipsius ecclesie, nec nos aut nostris heredibus de ipsa rebus, quod superius dictum est, in quacumque parte per qualivet ratione illud vel exinde dandum vel alienandum, aut de potestate ipsius ecclesie fiat subtractum. Sed semper, sicut supradictum est, firmiter in ipsa ecclesia permaneant. et omni tempore nos et nostris heredibus defensemus supradicta nostra offertione in ipsa ecclesia da omnes homines omnique partibus. Et si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine non adimpleverimus, vel aliquid de quod superius legitur, quesierimus removere aut contrare et quodcumque causationes inde preposuerimus, tunc primum omnium questio et causatio nostra et de nostris heredibus modis omnibus sint exinde tacita et vacua et duocentos auri solidos costantinos componere obligamus nos nostrisque heredibus ad sacerdotes ipsius ecclesie, vel ad hominem illum qui per pars ipsius ecclesie cartula ista ostenderit et omnia suprascripta per invitis adimpleamus ad pars ipsius ecclesie, et taliter scribere rogavimus te petrus notarius, actum salerno. ego qui supra petrus comes — ego petrus — ego iohannes — ego petrus. Secunda continebat: de quartodecimo anno principatus suprascripti domni nostri gisulfi, mense iunio, octaba indictione. ipse alfanus comes pro parte sua et alfani et petri filii quondam adelberti comitis et pro parte alfani filii guaimarii comitis coniunctus fuerat cum suprascripto iohanne presbitero et abbate suprascripte ecclesie. et per

ipsum abbatem ostensum fuerat unum brebem, qualiter ipse alfanus pro vice sua et ipsorum filiorum adelberti et guaimarii per convenientia tradiderat ipsi iohanni presbitero ipsam ecclesiam cum casis et cum omnibus pertinentiis ipsius ecclesie et cum omnibus rebus stavilibus et mobilibus ipsi ecclesie pertinentibus, sicut ipsum brebem continebat. Cum autem fuerat ostensum, inter cetera que inter ipsos alfanum et abbatem convenerat, ipse alfanus tribuerat ipsi abbati licentiam, ut quando ipse abbas voluerit, potestatem haberet causare et finem facere de rebus et causis ipsius ecclesie pertinente, qualiter voluerit. sic tamen, ut quando venerit et ad finem ex eo faciendo presentibus ipsis filiis ademarii et adelberti et guaimarii vel ex eis ex ipsis rebus et causis pertinentibus ipsius ecclesie finem faceret, sicut ipsa cartula continet, scripta per iohannem notarium, in qua sico comes et iudex subscriptus est. Et legere feci ipsam cartam quam ipse leo ostendit, continebat: de tricesimo nono anno principatus domni gisolfi, mense iunio, quartadecima indictione. Iohannes atrianensis filius mauri coniunctus fuerat cum petro filio adelchisii propter terram, ubi tando parietes fabrite inceperant, ad casas faciendum intus hanc salernitanam civitatem in horto magno, quam emtam habebant a constantino amalfitano filii cunarene; et ipse iohannes quattuor pedes per latitudo, et ipse petrus alii quattuor pedes per latitudo et per longitudo in omni loco pedes viginti. et clarefecerat ipse iohannes, quoniam alfanus filius idem alfani comitis donaverat ei alii quattuor pedes de terra latitudo ibidem coniuncta in parte occidentis coniunctum cum andito comune ipsorum iohannis et petri et longitudo alii viginti pedes mensurati ad iusta manum hominis. propterea ad convenientia inde coniuncte fuerant et ipse petrus dederat ipsi iohanni octo tari et diviserat ipsa terra, qualiter inter eos complacuerat. et ipse petrus compreenserat suam sortionem in parte septemtrionis et de uno latere ab occidente coniunctum cum andito, et erat per mensura intro capsum extra ipsos parieti fabriti pedes septem minus uncia una usque in pariete quem per medium commutando fabricaberant. et ipse iohannes compreenserat partem illam a meridie et da occidente coniuncta cum ipso andito commune ipsorum iohannis et petri et erat intra capsum per mensura pedes nobem uncias duas usque in predicto pariete mediano commune, totum mensuratum ad iusta manus. Ipsas sortes inter se compreenserant et erga ipsam sortem ipsius petri extra ipsis parieti reserbaverant aliquantulam terram commune, que erat longitudo secus ipsa eius sortione pedes octo uncie tres, latitudo pedes tres uncias tres, et erat ipsa terra in parte orientis coniuncta cum ipsa pariete ipsius petri. de subto coniuncta in capite de ipso pariete ipsius iohannis. in hoc hordine, ut omni tempore ipsam terram commune haberent ad habendum ibi anditum. et pro parte illi et illorum heredes scalas ponere per rationem, et iusta rationem illorum utilitates ibi faciendas, ut nulla sordietatem aut suczimen pro parte in ipso anditu facerent.

et ipsum anditum, quod erat a parte occidentis inter ipsas casas eorum, fecerant illum in omni loco per mensuras, in latitudo pedes quinque et summisse unum; et per longitudine quantum erant ipse case eorum, ut semper illi et illorum heredes pars partim haberent potestatem super ipsum anditum arcara fabricare, ut pleniter suptus cum suis congruitatibus pro parte ingredi et egredi poterent, iusta rationem facient illorum utilitates; ita ut desuper nullam sordietatem ibidem faciant pars partium, et ipsa Andita mensurata ad iusta manum hominis, sicut ipsa carta continet, scripta per Iohannem notarium, in qua subscripti sunt ermetancus, sicenolfus et iohannes. Cum autem suprascripte cartule fuerint relecte, plurimas illis inter se causantibus dixit ipse leo, ut suprascripta carta quam ipse abbas ostendit et tota superius per hordinem declarata est, falsam esse. Ipse abbas dum una cum eo ipse alfanus adesset, respondit illam veracem esse et secundum legem eam avverare posse. Ego atem iudicavi et illos guadiare feci, ut ipse leo pararet sancta dei evangelia, et ipse abbas vel successores eius secundum legem per sacramentum ad ipsa evangelia cartam ipsam adveraret, et ubi eam adveraverit, ipse abbas et successores eius et pars iamdicte ecclesie semper securiter habeant totum et integrum illud, quod ipsi petrus et aloara, que fasana dicebatur, vir et uxor, in iamdicta ecclesia sancti mathei et sancti thome offeruerunt, sic ipsa carta quam adveraverit, sicut suprascriptum est et tota superius per hordinem declarata est, continet, et faciant ex eo quod voluerint absque contrarietate ipsius leonis et heredum eius. et ipse abbas pro parte ipsius ecclesie posuit ipsi leoni fideiussorem ursum castaldum filium quondam iohannacii castaldi, et ipse leo posuit ipsi abbati pro parte ipsius ecclesie fideiussorem iohannem castaldum germanum suprascripti ursi ac filii ipsius iohannacii castaldi, et taliter pro parte ipsius ecclesie te romoaldum notarium scribere precepi. ego qui supra romualdus iudex. Cum autem ostensum fuit ipsum iudicatum per ipsum leonem, parata sunt sancta dei evangelia; Ipse namque iohannes abbas manum super ipsa evangelia ponens per sacramentum iurando dixit: ipsam cartulam quam ipse abbas ostendit, per ipsum petrum notarium scriptam et tota per hordinem in ipsum iudicatum declarata est, in omnibus que continet veracem esse. deinde atenolfus et petrus presbiteri ipsius ecclesie sancti mathei, et leo et grimoaldus ad ipsa evangelia per sacramentum iuraverunt dicentes, sic esse verum, sicut ipse iohannes abbas iuravit. in eo loco ubi superius disturbatum est, legitur landolfi. Et taliter pro parte ipsius ecclesie sancti mathei apostoli te romoaldum notarium scribere precepi. Ego qui supra romualdus iudex. Cum autem ostensum fuit per ipsum abbatem, parata sunt sancta dei evangelia, et ipse leo secundum per sacramentum ad ipsa evangelia paratus erat iurare ipsi abbati, ut ille et servi illius malo hordine non introissent in ipsas terras, et casas ipsius ecclesie pertinentes, que ipsa carta, quam ipse abbas adveravit, continet, et foveas

et edificia in ipsis terris non fecissent, nec de ipsis casis disturbassent, scindolas et alia lignamina de erectis casis ipsius ecclesie minime tulissent et ipsas terras et casas ipsius abbati non contrassent, Sed antequam eum persolveret colloquio ipsorum plurimorum hominum, qui ibidem aderant, presente ipsis alfano et alfano per convenientia dimisit ipsi leoni ipsum sacramentum, quod ei, ut scriptum est, persolvere debuit, et omnis calumnias et questiones, quas a preterito tempore usque nunc eum querere et ingerere illi potuit per qualemcumque ratione. Similiter et ipse leo dimisit ipsi abbati et ipsorum alfani et alfani omnes calumnias et questiones, quas a preterito tempore usque in presens tempore eos per quemlivet modum querere et illis immittere potuit. Cumque hoc peractum est, per ipsam collocutionem ipsi abbas et leo, presentibus ipsis alfano et Alfano, dum idonei homines interessent, fecerunt inter se convenientiam, sicut inferius describenda est. Ipse denique abbas per ipsam convenientiam confessus est, se ipsi leoni de integro pariete fabricato, qui est inter suprascriptas terras et casas ipsius ecclesie, que sunt in parte septemtrionis, et terras et casas ipsius leonis, que sunt in parte meridie, per latitudinem qualiter constructum est et per longitudinem ab ipsa fine quam ipsi alfanus et heredes petri comitis habuerunt in partes occidentis, sicut suprascripta cartula, quam ipse abbas, sicut suprascriptum est, adveravit, continet, pergente in parte orientis pedes decem et octo et uncie quattuor iusto pede manus hominis mensuratos, et integra ipsa terra cum casa ipsius leonis, qualiter ab ipso pariete vadit in parte meridie usque in anditum quod est in ipsa parte meridie, ut nullo tempore ipse abbas et successores eius et pars iamdicte ecclesie de integro ipso pariete et de integram ipsa terra cum casa, vel ex eo cum ipso leone et cum illius heredibus causare aut contendere per qualemcumque rationem presumerent: Sed perenniter ipse leo et eius heredes integrum illud securiter habeant et faciant ex eo quod voluerint absque contrarietate ipsius abbatis, et successorum eius et partis ipsius ecclesie. Et ipse abbas et successores eius et pars iamdicte ecclesie semper illud ipsi leoni et illius heredibus defendant ab omnibus hominibus, quibus per ipsum abbatem et per successores eius et per partes ipsius ecclesie illud vel ex ipso quomodocumque datum aut obligatum vel manifestatum seu alienatum paruerit et qui per eorum pars et dato quascumque causationes de eo ipsi leoni et illius heredibus preposuerint. Et ipse leo manifestavit ipsi abbati a septemtrionali facie ipsius parietis in parte septemtrionis et in parte orientis per ipsas fines et mensuras, que continet ipsa cartulam, quam ipse abbas adveravit, ipsi ecclesie pertinere. Et nullo tempore ipse leo et eius heredes de integro eo vel ex eo cum ipso abbate et cum successoribus illius et cum partibus ipsius ecclesie causare aut contendere presumerent per qualemcumque rationem. Sed in perpetuum ipse abbas et successores eius et pars iamdicte ecclesie integrum illud securiter

habeant et faciant ex eo quod voluerint absque contrarietate ipsius leonis et heredum eius. Et nullo tempore ipse leo et eius heredes in eodem quo sicut suprascriptum est ipsi abbati manifestavit, aliquit iactent aut fluere faciant ab eo unde ipse abbas confessus est ipsi leoni, sicut suprascriptum est, in parte septemtrionis, aut aliquam contrarietatem in eo faciant; et semper ipse leo et eius heredes integrum illud de quo ipsi abbati manifestavit, sicut suprascriptum est, defendant ipsi abbati et successoribus illius et partibus ipsius ecclesie ab omnibus hominibus, quibus per ipsum leonem et per heredes illius illud vel ex eo quomodocumque datum aut obligatum vel manifestatum seu alienatum paruerit, et qui per illorum partes et dato quascumque causationes de eo ipsi abbati et successoribus illius et partis ipsius ecclesie preposuerint. Et per convenientia ipse leo guadiam ipsi abbati dedit et fideiussorem ei posuit sergium atrianensem consobrinum fratrem eius filium quondam iohannis qui cognominabatur gualfreda; et ipsam guadiam et iamdictum fideiussorem suscepit pro parte sua et ipsius ecclesie sancti mathei. Et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes, si sicut superius scriptum est ipsi abbati et successoribus illius et parti ipsius ecclesie non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, componere ipsi abbati et successoribus illius et partis ipsius ecclesie quingentos auri solidos costantinos. Et per convenientia ipse leo obligavit se et suos heredes, si sicut superius scriptum est ipsis Alfano et Alfano et illorum heredibus non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, componere ipsis alfano et alfano et illorum heredibus quingentos auri solidos constantinos. Et taliter te romoaldum notarium scribere precepi.

† Ego qui supra romoaldus iudex.

MCCLXVI

A. D. 1058

† In nomine domini, septimodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense aprilis, undecima indictione. Nos rainaldo filius mari et rodi filius maraldi per convenientiam coram subscribendi testibus ad tenendum et laborandum tradiderunt nobis guaiferium et lambertum comitibus germani filii quondam alferii comitis due pecie de terris illorum cum arbustis, que abunt foris anc salernitanam cibitate in loco valniara. prima ex eis est per finis et mensuras: ab oriente fine via caba . . . . . revolvit inde passi sexaginta quattuor: a parte

septemtrionis sunt passi quinquaginta sex: ab occidente fine via et passi duodecim: a meridie passi quatraginta quinque. Ipsa alia pecia est in eodem loco ubi ad sancta lucia dicitur: a meridie passi viginti sex; ab oriente passi triginta septem: a septemtrione fine via et passi triginta quattuor: ab occidente passi quadraginta. omnis suprascripta mensuria iusto passu ominis mensurata. ec autem suprascripta res per suprascripte fines et mensurias ipsi germani nobis tradiderunt eo ordine, ut amodo et semper natos nascentes nostra et de nostris eredibus sint potestatis illud tenere, dominare, fovee et omnis nostre utilitatis iusta ratione ibi faciamus et unum de nos vel de nostris eredibus semper ibi resideamus et abitemus quale voluerimus. et semper reditum ubi abitaberimus commune illud faciamus intus ipsa traditione; et omines ibidem ad laborandum mictamus; et desuper et desubter abto tempore per omnis annum bonum illud laboremus, et ubi meruerit totum illud propaginemus et pastenemus arbori et viti de bono bitineo, et unde meruerit illud cludamus et semper clusum et salbum illud abeamus, ut per omnis annum bonum paread, ut semper totum illud proficiant et non disperеant. et amodo et semper per omnis annum abto tempore per tempore de vindemie faciamus ipsi germani et illorum eredes scire, ut ibi dirigat missum illorum. et nos abto tempore ipsa traditione vindemiemus ibique ad palmentum, et omnis poma que ibi fuerint suo tempore illa colligamus. et integra medietate de vinum et poma, quod inde exierit, ad ipso missum demus, reliqua medietate nobis abeamus, faciendum pro parte de sua sorte quod voluerint. ipsa illorum sors de ipso vino nos illud reponamus ibi in organea da binum quod ibi nobis dederit, et per nos organea ipsa semper flant bona, conciata et studiata; et in domus ibique ubi abitaberimus flant posita. et ipso binum illorum salbum faciamus dum illud inde tulerint absque degeneratione et ingne. et demus per omnis annum ad ipso missu palmentatica secundum consuetudo de ipso locum, et quodcumque victum inde exierit, demus inde illorum terraticum secundum consuetudo de ipso locum ipso missum, dum pro ipso vino et ipsa frudia recipiendum ibi steterit, nos illum nutriemus secundum nostra possibilitate. et ipsa illorum sorte de ipsa poma nos illud eis portemus salbum usque ad domus illorum de intus predicta cibitate salerno. et ipsi germani obligaberunt se et illorum eredes semper defendere nobis et ad nostris eredibus integra suprascripta traditione ab omnibus ominibus et partibus cum vice de ipse vie. et quale tempore suprascripta traditione laborare noluerimus, integra ipsa traditione operata et surta bonum arbustum vitatum. et unde meruerit clusum cum ipsa organea remictamus ad illorum potestate faciendum ex eo quod voluerint. et licead nos et nostros eredes inde exire cum omnis nostra causa mobilia. Et per convenientiam ipsi germani guadiam nobis dederunt et fideiussorem nobis posuerunt lando comes filius quondam guidoni comitis. et per ipsam guadiam obliga-

berunt se et illorum eredes, ut si sicut superius scriptum est nobis et ad nostris eredibus non adimpleberint et suprascripta vel exinde remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipsi guaiferio et lamberto obligaberunt se et illorum eredes componere nobis et ad nostris eredibus triginta auri solidos costantinos et suprascripta adimplere. quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCCLXVII

A. D. 1058

† In nomine domini, septimodecimo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense magius, undecima indictione. Declaro ego disideus filius quondam petri de calbanicum quoniam per due cartule paratum abeo ego cum iohannes congnatum meus filius quondam radecisi de loco saraniano terram cum arbusto in ipso loco saraniano a rogirio filio domni fluriti et a mulier nomine grima filia quondam masci de locum calbanicum relicta risi de loco saraniano, et riccardus filius suprascripti risi et predicta grima, que est tota ipsa terra cum arbustum per fines et mensurias iusto passu ominis mensuratum. de uno capu et passi duodecim et gubitum unum et de uno latu sunt passi nonaginta tres et rebolbit passi undecim: de super abet passos sex, et de alio latum et passi alii nonaginta tres. de iamdicta terra cum arbustum per iamdictas finis et mensurias pertinet mihi iamdicto disidei abere exinde due partis, et ipsius iohanni congnati mei pertinet inde abere tertiam partem, sicut ipse cartule continent, que scripte sunt per iohannem notarium de quintodecimo anno principatus suprascripti domni gisolfi, de mense magio, nona indictione. et intra subscripti amatus notarius et landoarii sculdais. congruum est mihi iamdicto desidei ipse due partis mee de ipsa terra cum arbustum qualiter mihi pertinet abere per ambo ipse carte, et ipsa mea parte de ipse carte coram subscribendi testibus illud donare predicto iohanni congnato meus filio iamdicti radecisi. Interea, sicut mihi congruum est vona mea boluntate per anc cartam dono adque ad semper abendum inclite due partis de ipsa rebus cum ipse mee partis de ipse cartule ad faciendum exinde tu et tui eredibus omnia que bolueritis apsque omni mea et de mei eredibus contrarietate vel requisitione. Et per oc donum firmandum iusta legem launegilt a te suscepimus cammisum unum in omni deliveratione sicut inter nobis com-

benit. Et per combenientia ego iamdictus disideus guadiam tibi iamdicto iohanni congnato meus dedit et fideiussore tibi posui meipsum; et per ipsa guadia obligo me et meos filios et eredes amodo et semper defensemus tibi et ad tui eredibus integre due partis de suprascripta rebus cum bice de via sua a pars uxori mee et da omnis omines omnique partibus cui per me illut vel exinde datum aut obligatum vel manifestatum paruerit, vel qui pro nostris partibus tibi tuique eredibus exinde emiserit aut preposuerit quascumque causationes. De alii vero hominibus et partibus per vos ipsis siatis exinde auctores et defensores, qualiter volueritis cum suprascripte cartule et cum quale alia ratione quas inde ostendere bolueritis. quod si minime vobis defendere potuerimus, sic nobis inde adimpleamus, sicut in lex langnubardorum de donum et launegilt continet. quando autem tu iamdictus iohannes et tuos eredes quesieritis me et mei eredibus defensores, date mihi et ad mei eredes ambo suprascripte cartule salbe ad abendum nos ille per omnes bices diebus sexsaginta, et ego et mei eredibus illut nobis defensemus av omnibus ominibus, sicut supra dictum est. Et post complete ipse diebus per omnes bices cartule ipse salbe, qualiter nobis dederitis, remictamus ad tua et de tuis eredibus potestatem, ad abendum omni tempore salba in iamdicta ratione. Et si taliter omnia suprascripta ego et mei eredibus tibi tuique eredibus non adimpleberimus et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presubserimus, per ipsa guadia obligo me iamdictus disideus et meos eredes ad componendum tibi iamdicto iohanni et ad tui eredibus triginta auri solidos costantinos et sicut dictum est illut vobis adimpleamus. illut quod est supra inter duobus virguli, dicit cartula. Et taliter scribere rogabimus te alderissi notario.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCLXVIII

A. D. 1058

† In nomine domini, septimodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense iunio, Undecima indictione. Ante me petrus iudicem venerunt petrus filius quondam alfani et amandus filius quondam ciceri et iohannes infans filius quondam ademarii. Et ipse infans proclamabat se necessitatem maiorem habere et fame mori, et volebat vendere de rebus suis, qualiter vibere possit, ut se de ipsa fame liverare possit. Et dum recolens capitulum quod

in langobardorum regum edictum scriptum est de infantibus qui intra etatem sunt et necessitatem maiorem habent et fame moriuntur, ut dum tempus famis fuerit, licentiam habeant cum misso principis aut cum iudice suo de terra aut de rebus suis vendere, qualiter vivere possint, in tantum ut se de ipsa fame liverare possint, ut non moriantur. et ipso iudex de loco illo debeat providere, si certe pro ipsa necessitate faciunt. Cumque hoc providi, interrogavi ipsum infantem quod de rebus suis vendere vellet. At ipse infans et iamdictus petrus dixerunt pertinere sibi integram sextam partem equali sorte de integra terra cum arboribus, que est foris hac civitate in loco campiliano et tota ipsa terra est per fines et mensurias iusto passu qui signatum est in columna marmorea ecclesie sancti mathei episcopio salernitano mensuratas; ex omni parte est finis terra ipsius ecclesie sancte sophie, que constructa est intra hanc civitatem prope plateam, que ducit supter ecclesiam sancti maximi, in qua domnus moscatus abbas extitit, et ipsa ecclesia cum omnibus rebus stavilibus et mobilibus ipsi ecclesie pertinentibus pertinet theodore filie domni gregorii consulis et ducis romanorum, que fuerat uxor paldulfi et filiorum ipsius paldulfi et iamdicte theodore. de una parte que est de super per limine passi triginta duo. et de alia parte per termini passi nonaginta; et desupto passi triginta sex. de alia vero parte passi septuaginta quattuor. Et ut providi quod certe pro ipsa necessitate famis ipse infans illud quod sibi pertinere dixit vendere cupiebat, sed vix esset tanti pretii, ut se de ipsa fame liverare possit, solutionem ei tribui talia faciendi. Similiter et ipse amandus dixit sibi pertinere de integra suprascripta terra per iamdictas fines et mensuras de duodecim partibus unam. Et ipsi petrus et amandus et iohannes infans per hanc cartulam sua voluntate venumdederunt ipsi muscato abbati ipsi petrus et infans de iamdicta terra per suprascriptas fines et mensurias integram ipsam sextam partem, et ipse Amandus integram ipsam duodecimam partem cum omnibus que intra ipsas partes sunt, cunctisque earum pertinentiis et cum vice de via sua. Ea ratione ut semper sint in potestate ipsius abbatis et successorum eius et partis ipsius ecclesie. et liceat ipsum abbatem et successores eius et partis predicte ecclesie de eo facere quod voluerint. Et propter confirmationem huius venditionis ipsi petrus et Amandus et infans susceperunt ab ipso abbate statutum pretium auri tarenos decem et septem in omni deliveratione. Et ipsi petrus et amandus et infans guadiam ipsi abbati dederunt et fideiussores ei posuerunt ipsi petrus et Amandus se ipsos pro se et pro ipso infante. Et per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes semper defendere ipsi abbati et successoribus illius et parti ipsius ecclesie integrum illud, quod ei, sicut suprascriptum est, venumdederunt, ab omnibus hominibus et partibus. Et tribuerunt ei licentiam ut quando ille et successores eius et pars iamdicte ecclesie voluerint, potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de

eo ostenderint. Et si sicut superius scriptum est ipsi petrus et amandus et Iohannes infans et illorum heredes ipsi abbati et successoribus illius et parti ipsius ecclesie non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverat se et suos heredes componere ipsi abbati et successoribus illius et parti ipsius ecclesie sexaginta auri solidas costantinos. Et taliter te romoaldum notarium scribere precepi.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

MCCLXIX

A. D. 1058

✝ In nomine domini, septimodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense iunio, undecima indictione. Nos petrus filius quondam iaquinti et mulier nomine miranda filia quondam amati qui sumus vir et uxor coniuncti sumus ante subscriptos testes cum grisimeni et nicolai germani filii quondam nicolai greci. et clarifico ego iamdictus petrus, quoniam per firme cartule, que scripte sunt per grimoaldum notarium, in qua Iohannes iudex subscriptus est, ante os tempus venumdedit suprascripto grisomeni pro parte sua et pro parte suprascripti nicolai integrum catodeum de terra et casa de intus anc salernitanam civitatem in plaia montis ubi a la palma dicitur, que a parte orientis est finis via, unde aqua de ipsa palma descendit, qualiter ipsa carta continet. postea per ipsas cartulas ego similiter vendidit eis integram medietatem de ipso solariu de ipsa casa que est super ipso catodeum in parte septemtrionis, sicut ipsa cartula continet. reliqua medietas ex ipso solario dedit ego istius uxoris mee pro sua quarta. Modo autem ut diximus exinde sumus coniuncti ad faciendum exinde inter nos comutationem; et sicut michi iamdicte mirande congruum fuit mea voluntate consentiente michi ipse viro et mundoalt meus et eius voluntate, et una cum illum, cum cuius voluntate omnia que in ac cartula scripta et scribenda sunt, fecit, commutationis ordine tradidit vobis suprascriptis germanis integram ipsam meam medietatem de ipso solario que est super ipsa terra cum catodeum quod vobis predictis germanis ipse vir meus vobis tradidit, que est ipsa medietas mea de ipso solarium in parte meridiei, que ab ipsa parte meridiei ad alteram terram cum casa vestra coniuncta est cum omnibus que intra ipsa traditione sunt cunctisque eius pertinentiis et cum vice quam abeo in ipsa scala et cum vice de ipsa via; ea ratione ut semper sit in potestate vestra suprascripta traditione, et de vestris eredibus. et licead vos et vestris eredibus exinde facere

quod volueritis. Et propter confirmationem uius traditionis ego iamdicta miranda suscepi a vobis predictis germanis integram reliqua medietate vestra de ipso solario qui est super ipsa terra cum catodeum vestrum que est ipsa medietas in parte septemtrionis cum omnia intra suprascripta traditione abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de ipsa via, et cum vice de ipsa scala. sic tamen ut nullam pertinentiam abeamus in ipse scalis, solummodo ad ascendendum et descendendum cum mea et de meis eredibus congruitatis iusta ratione, usque ad ipsam traditione et de ipsa terra cum catodeum et de ipsa traditione quod ego vobis tradidit, sicut suprascriptum est, et de ipse scalis et terra in quo constructe sunt, licentiam abeatis vos et vestros eredes exinde facere quod volueritis. tantum inde asscendamus et descendamus ego et meos eredes et omines quod voluerimus qualiter supra dixi; et insuper super ipsa tradictione adiunsistis michi sex auri tari voni ad faciendum inde ego quod voluero. Tantum illud quod michi tradidistis pro ipsa comutatione de ipso solario non abeamus ego vel meos eredes illud vel ex ipso dare per quemlivet modum sicut de nostra potestate esset substractum. propterea si illud dare voluerimus vobis predictis germanis et ad vestris eredibus illud demus portio que per iustos et deum timentes omines iuste appretiate fuerint; et faciamus exinde vos vel vestros eredes scire per tertio constitutum usque die triginta sex et si nolueritis illud emere sicut suprascriptum est licead nos exinde facere quod voluerimus. et si cuicumque sine vestra solutione ante ipsa constituta illud vel ex ipso dederimus sicut de nostra potestate esset substractum, per quemlivet modum, tunc sine pretium revertar illud ad vestra et de vestros eredes potestatis faciendum exinde quod volueritis; et semper nos illud vobis et ad vestris eredibus defensemus ab omnibus ominibus et partibus. Et per convenientiam nos suprascripti vir et uxor guadiam vobis predictis germanis dedimus et fideiussorem vobis posuimus nos ipsis. et per ipsa guadiam obligabimus nos et nostros eredes semper defendere bobis predicte grisomeni et nicolai et ad vestris eredibus integram suprascriptam traditionem ab omnibus ominibus et partibus. et quando per vos ipsis ēt vestris eredibus illud defendere volueritis, potestatem abeatis qualiter volueritis cum omnibus muniminibus et rationibus quas de ea ostenderitis: sic tamen ut ego et meos eredes per ipse scalis et omines quod voluerimus inde asscendamus et descendamus usque ad suprascriptam traditionem cum nostre et illorum congruitatis iusta rationem. et si sicut superius scriptum est ego predictus petrus et ego predicta miranda et nostris eredibus vobis predictis germanis et ad vestris eredibus non adinpleberimus, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserimus per ipsam guadiam nos predicti vir et uxor obligabimus nos et nostris eredibus componere bobis predictis germanis et ad vestris eredibus triginta

auri solidos costantinos et suprascripta adimplere. quod autem superius disturbatum est legitur in primo loco cum in alio parti, in alio vobis predictis. et te romoaldum notarium scribere rogabimus. et oc memoramus ne nocead illud quod iterum superius disturbatum est legitur vobis predicti germani ipse vir meus vobis. quod teipsum romoaldum notarium scribere subiungere rogabimus.

† Ego grimoaldus notarius et advocatus.

† Ego landolfus notarius me subscripsi.

MCCLXX

A. D. 1058

† In nomine Domini Dei Salvatoris Ihesu Christi. temporibus domni Iohannis gloriosi Ducis, et Imperialis patricii, Anthypati atque Vesti, et domni sergii gloriosi ducis, filii ejus, anno sexto post eorum recuperationem, die prima mensis Iunii, Indictione undecima, Amalfi. Nos quidem Adilvertus et Landuarius comites et germani, filii bone memorie domni Lamberti comitis, Qui sumus de civitate Salerno, et modo manemus in civitate Amalfi; sicut nobis congruum est, nostra bona boluntate, ante subscriptos testes, tradimus tibi theofilo monacho, presbytero et abbati, qui es ex genere grecorum, tertiam partem quam habemus in Ecclesia bocabulo sancti nicolai, que est constructa a foris salernitanam civitatem, propinquo et super mare, locum qui dicitur gallucanta et petralena, et cum rebus pertinentibus ipsius Ecclesie, et cum uno molino quod constructum est in loco beteri ab apryxio monacho et abbate ipsius nostre Ecclesie, et cum ordine ecclesiastico et movilibus ipsius ecclesie: Idest calicem argenteum deauratum, et patenam argenteam deauratam, et calicem et patenam de stagno, et turibulum argenteum unum, et alium ereum, et unam sindonem de siriceo inbestitam, et alias duas sindones siriaticas, et aliam sindonem siriaticam in intallatum, et duas sindones de sparamango cum butane de pannu, et sindonem aliam adaco, et sindones quinque de serico a freaczano, et aliam sindonem de zendato auro textam, et aliam sindonem de zendato cum botana, et unum pare de charafoli diocitrini de zabuffe, et unam planetam de sparamango, oralem unum cum intallatum, ammictum unum de linu, duos manules ad aco, duos orales cum dexstris auro textis, et oralem unum cum vultum ad aco, et unum oralem in ragiolum, hacmictum unum

et duas planetas de cordato, et aliam planetam de zendato albo, sindonem unam cum cruce, et unum faccitergulum plumatum, et duos manules seriaticos, trilicia lintealinea duo, et unam zonam quae dicitur urnadum, curtinam unam lineam cum crucibus laboratam, et velameralium lineum suptile, cordacim unum, euchologia duo, evangelium unum .... unum, evangelium et apostolum unum, profitico unum, theodoritum unum, triodi unum, ergadio unum, psalterium unum, viblion panigiricum unum, catanicticon et anastorimon duo, Et oravangelum unum, quaternos quinquaginta unum cum canoniis, et unum preceptum de casa ipsius Ecclesie in Salerno posita, et unum scrineum, arcellam unam, et cruciculas tres argenteas, unam de eis cum catenulis argenteis, cruciculas hereas tres, cruces argenteas quattuor, duas ex eis cum gemmis; cruces ligneas tres auro depictas, et quattuor cerostata deargentata; yconam argenteam gemmis et auro laboratam, et cinurio unam, yconas undecim costantinopoleos depictas auro, et alias yconas nobem: candelabra herea duo, candelas costantinopolea viginti septem vitreas, et quattuor candelas vitreas parbulas, et quattuor oba de stagnis, tintinnabulum hereum unum, et tres pateras ligneas depictas cum auro, et tres bectes ferreas, harchiscamnum unum, cathedram unam, et unam metram cum pedibus, et aliam metram, scamna quinque, predulas tres, barilem unum, tinellam unam, et aliam tinam et pistoreum unum ligneum sclavineum, parium unum de.....nuali, catina decem, pistoreum ligneum parbulum, buctes duas in salictum, unam ex eis capientem saumas decem, et aliam saumas nobem, et alias duas buctes intus salernum, unam de saumis decem et nobem, et aliam de saumis quattuordecim. In predicta Ecclesia buctes tres, unam de saumis undecim, et aliam de saumis decem, et duas de saumis decem et octo, et aliam de saumis septem, et aliam de saumis tres. In priatum buctim unam de saumis duodecim, bobem unum, asinum unum, obes septem, capras quattuordecim, chartulas pastinationis quinque de rebus salictus, chartulas tres pastinationis de loco Albole. De his omnibus rebus ipsius Ecclesie, que superius diximus, tam movilibus, quam et immovilibus, quam et ipso molino qui est constructum cum omnibus edificiis que in molinum pertinent in fluvio veteris, et cum predictis chartulis, nos iamdicti germani tertiam porzionem nostram tibi nominato theofilo abbati tradidimus. Ea videlicet ratione, ut amodo et omnibus diebus vite tue sit in potestate tua ad regendum et gubernandum ipsam Ecclesiam sicut meruerit: et diebus hac noctibus officietis in ipsam Ecclesiam, et officiare faciatis sicut decet presbiteros grecos. et omnes hereditates predicte Ecclesie, que nobis pertinent, pastinare et laborare debeas, et in pastinandum et laborandum tribuas sicut meruerit quatinus proficiant et non dispereant, ut pareat ad bonos homines. et quantam offersionem in ipsam Ecclesiam introierit, et quidquid de nostris portionibus de iamdictis hereditatibus et de tertia parte de ipso molino tollere et

habere potueris, vestre sit potestatis omnibus diebus vite tue faciendum exinde quod volueris et nullam exinde a nobis vel a nostris heredibus habeatis requisitionem. Et omni anno in pasca resurrectionis Domini, et in festivitate Sancti Nicolai, et in nativitate Domini per unamquamque festivitatem, dirigas nobis singula paria de oblate, et ana tribus ceratis. et si talem causam in ipsam Ecclesiam introierit que ad onorem ipsius Ecclesie pertinet, seu prosit ipsius Ecclesie et tu illud gubernare et regere debeas iuxto ordine, sicut et ipsum aliut quod supradictum est. Et supra Salictum dare debeas nobis, amodo et usque completos annos septem, solidos triginta quattuor: sic tamen ut per totum istum annum des nobis exinde solidos quattuor; et deinde in antea des nobis per omnem annum solidos quinque, usque ad completos annos sex. Verumtamen si invenerimus hereditatem ad emendum, emamus exinde iamdicti solidos in ipsam Ecclesiam, tu illam regere et gubernare debeas iusta ratione, sicut et ipsum aliud quod iam diximus. Et in confirmandum omnia que superius diximus, nos nominati germani guadiam tibi theofilo, monacho et abbati dedimus, et fideiussorem tibi posuimus domnum Mauro filium domni Pulchari, et per ipsam guadiam obligamus nos et nostros heredes, amodo et diebus vite tue, defensare tibi predictam traditionem, qualiter superius diximus, cum vice de viis suis, ab omnibus hominibus, omnibusque partibus. In obitum vero tuum tertia nostra pars predicte Ecclesie cum omnibus ei pertinentibus, et cum predictis rebus et molino et movilibus et cum predicto ordine ecclesiastico et quicquid superius diximus, et cum omni causa movilia tua que illis diebus habueris, totum et integrum in nostram vel nostrorum heredum perveniat potestatem, et sit in potestatem ipsius Ecclesie; et nullam potestatem habeas de predicta tradictione nostra aut tuis movilibus cuicumque dare aut exinde minuare per quolibet modum, vel intervenire, sicut diximus, integrum perbeniat in potestatem nostram et heredum nostrorum, et in partem ipsius Ecclesie. Quod si taliter, sicut superius diximus, nos et nostri heredes tibi non adimpleberimus, et aliquid tibi exinde revocare, aut contradicere quesiberimus, tunc per ipsam guadiam obligamus nos et nostros heredes componere tibi triginta solidos constantinos, et quod superius diximus adimplere. † Ego Mauronus Imperialis protospatharius, filius Marini testis fui — † Ego Leo, filius Iohannis filii Constanti testis fui — † Constans filius Ioannis de Leone de Costante de Leone Comite testis est — † Ego Iohannes scriba filius sergii scripsi.

MCCLXXI

A. D. 1058

✝ In nomine domini septimo decimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense iulio, undecima indictione. Ego sellecta filia quondam cunctis relicta cuidam iohannis de loco mitiliano, pro parte mea et alfani, et maraldi, et iohannis filii mei et ipsius iohannis et cum eorum voluntate coniuncte sunt cum sergio et iohanne germanis filiis quondam maraldi; et ostenderunt unam cartulam scriptam per romoaldum notarium, vicesimo secundo anno principatus salerni domni guaimarii, et secundo anno principatus eius capue, et primo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, mense februario, octava indictione; Qualiter ipsi iohanni marito meo ante presentia mascini vestararii tradiderat iaquintus de una pecia de terra vacua pertinente suprascripte gloriose potestati in predicto loco mitiliano ubi proprio fanum vocatur, que erat per finis: A parte orientis fine flumine quod dicitur de freconie; a parte meridie fine via puplica, a parte occidentis et a parte septemtrionis finis supradicti domni principis. Infra hec fines totum quantum erat ibi vacuum illud ei tradiderat in monte et in plano, ut semper ille et eius heredes illud sue potestatis tenerent et dominarent, fobeas et omnes suas utilitates iusta rationem ibi facerent, et totum ipso planum pastenarent arbores et vites de bono vitineo exurgerent, et in ipso monte pastenarent abellane, sicut ipsa carta continet. et alia continebat in quam subscripti sunt ademarius et alderissi notarii. Nunc autem propter quod suprascriptus domnus noster gisulphus suprascripta terra per suprascriptas fines concessit ipsis germanis ad faciendum ex ea quod volerent. Illi vero cupientes . . . . michi et ipsi filii mei illud quod per suprascripta carta ipsi marito meo ex ipsa terra traditum fuit, ego autem nolui . . . . facere et altercare . . . . fuit, et sicut utrumque convenit, ego cum voluntate ipsorum filiorum meorum, in quorum mundium sum . . . . . omnia que in . . . . . . sunt feci dedi ipsis germanis ipsam cartam ad faciendum ex ea illi et illorum heredes quod voluerint . . . . . . michi integrum . . . . quantum ipsi marito meo traditum fuit sicut suprascripta carta continet cum vice de ipsa via: ea ratione . . . . . . duodecim anni integrum illud sit in potestate mea et ipsorum filiorum meorum et heredum nostrorum tenendum et dominandum, fobeas . . . . ratione ibi faciamus et reditum ibi faciamus, et ibi resideamus et habitemus aut hominem ad habitandum ibi cum animalia . . . . . . habeamus, et totum illud unde meruerit cludamus, et clusum et salbum illud bonum habeamus cum omnibus intro habentibus et illud . . . .

bonum, et ipsum arbustum potemus et propaginemus et aremus quando meruerit, et arbores et vites de bono vitineo infra eum ubi meruerit . . . . . . illud surgamus bonum, et in ipso alium pastenemus castaneis et insitemus in eis zenzale et rubiole vel inserte et surgamus . . . . foras ipso arbusto insitetum et zenzaletum nec non et rubiole bonum, sicut in ipso locum meruerit, et ubi illud surtum habuerimus abscidamus, et inde ipse abellane; et sic illud totum, ut dictum est, amodo operemus et surgamus bonum, ut cotidie proficiat et non dispereat, sed bonum pareat surtum et operatum; et amodo omni anno per tempore de aree et de vindemie faciamus scire ipsi germani et eorum heredes ut illuc missum dirigant aut veniant: et nos et nostros heredes totum ipsum arbustum et poma que ibi fuerint vindemiemus coram eis, et colligamus: et ipsa vindemia ante eis ibidem ad palmentum procuremus, et inclitam medietatem de omne vino, quod inde exierit, et de ipsa poma ibidem eis demus, reliqua medietate nobis habeamus, et ipsa medietas eorum de ipso vino rationaliter reponamus in organea, que nobis ibidem assignaberint bona pro vino quam per nos fiant studiatum et conciatum, qualiter et quando meruerit, et ipso vinum et iamdicta organea salbum faciamus intus ipsum reditum absque generatione et igne, donec illud inde tulerint, et ipse inserte et zenzale et rubiole colligamus apto tempore, et ipse abellane dum ibi fuerint et seccemus bone, et inclitam medietatem inde ibi eis demus sic tamen, ut per tempore apto illos faciamus scire ut illuc missum dirigant pro ille tollere, et de omne victo quod exierit de eo quod fuerint seminatum in suprascripta traditione demus eis ibidem terraticum secundum consuetudinem ipsius loci, et illos et eorum heredes vel ipsum missum nutricemus secundum nostram possibilitatem dum ibi steterint pro ipso vino . . . . recipiendo et palmentaticum omni anno per vindemie eis demus ad domus eorum secundum consuetudinem de ipso loco. et per convenientiam ipsi germani guadiam . . . . mea et ipsorum filiorum meorum, et fideiussorem michi pro mea et illorum parte posuerunt lupenum filium quondam ursi, et per ipsam guadiam obligaverunt se et successores suos . . . . . defendere michi et ipsis filiis meis et nostris heredibus inclitam suprascriptam traditionem ab omnibus hominibus usque completos ipsos annos. Completi vero amodo ipsis . . . . . . abeamus in suprascripta traditione ubi meruerit arbustum bonum surtum et operatum et zenzaletum et insitetum et rubioletum totum surtum bonum . . . . locus ipse meruerit, et suprascripta tradictio, ut dictum est surta et operata, et unde meruerit clusa et salba bona cum ipsi sorti . . . . . ipsis germanis et eorum heredibus faciendum quod voluerint, et nos et nostros heredes et homines quos ibi miserimus liceat inde . . . . . causis nostris mobilibus, et ire ubi voluerimus absque eorum contrarietate; et si, sicut suprascriptum est ipsi germani et eorum heredes michi et ipsis filiis meis et eorum heredibus non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere pre-

sumpserint per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere michi et ipsis filiis meis et nostris heredibus triginta auri solidos costantinos et sicut suprascriptum est adimplere, suprascripta fecimus coram presentia petri iudicis, qui in eodem loco res habere pertinet; et taliter scripta est per iohannem notarium.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

MCCLXXII

A. D. 1058

✝ In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense Iulius undecima indictione. Nos romoaldus comes filius quondam grimoaldi comitis, et romoaldus comes filius quondam guidoni comitis, et berengarius comes filius quondam alfani comitis; eo quod ante subscripti testes per combenientia tradidimus petri calcarario filio quondam petri et mauro da la fabrica filio quondam petri de alegardo pro parte nostra et de consortes nostros inclita terra cum silba quod abemus in locum tragiellu a super ecclesia sancti nicolai da insirteta nostra in foras quantum nobis et ad consortes nostros ibidem est pertinente, inclitum illut tradidimus ipsorum petri et mauro cum bice de viis suis, Tali tinore ut amodo usque tribus annis completi ad illis et ad illorum heredibus sint potestatis illut tenere et dominare, fovee et omnis nostre utilitatis iusta rationem ibidem faciant, et illut ronkare, et cesine faciant, et ipsa terra conciare et seminare et cultare et studiare ipsi lavori per omnes annos, sicut meruerit, et si castaneis et quertie ibi abuerit illis et illorum eredibus per omnes annos ille cultare sicut meruerit, et per tempore de aree illis et illorum eredibus scire faciant nos et nostris eredibus, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et illis rationaviliter ipsi lavori adunemus ibidem ad area et tritulare, et de omnis victum et fructus quam inde exierit ipsum missum tollat inde terraticum sicut consuetudo est per ipso locum, et si castaneis aut quertie ibidem abuerit illis eos colligere et seccare et medietate inde nobis dare, medietatem inde illis sivi abere. missum nostrum quando ibi perrexerit pro ipso terraticum recipiendi illis eum nutrire secundum illorum possivilitate. Ad completum autem ipsi anni post ipsa frudia recollecta inclita suprascripta traditione salba iusta ratione remittant ad potestate nostra et de ipsi nostris consortibus et ad illorum et nostris eredibus. et liceat illis inde exire cum omnis illorum mobile et ire ubi

voluerint. Et si sicut superius scriptum est, nobis et ad nostris eredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per combenientia componere obligavit se et illorum heredibus nobis nostrisque eredibus biginti auri solidos constantinos, et sicut dictum est adinplere, et per conbenientia ipsi petro et mauro guadiam nobis dederunt et mediatorem nobis posuerunt se ipsis. et per ipsam guadiam obligaverunt se et illorum eredibus adinplere nobis nostrisque eredibus omnia suprascripta sicut supra legitur per suprascripta guadia et obligata pena. Verumtamen quia ipsi comitibus ipsa silba nobis tradiderunt extra illut quod illis ibidem ad lavorandum datum abunt ad aliis hominibus. quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCCLXXIII

A. D. 1058

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense augusto, undecima indictione. Memoratorium factum a me iohanne presbitero, eo quod coram presentia domni guaiferii abbas ecclesie sancti maximi, que constructa est intus hanc salernitanam civitatem super via que pergit ad monasterium sancti laurentii, dum idonei interessent homines per convenientia per licentia ipsius domni abbatis ad tenendum et lavorandum tradidi ego iohannes presbiter filius quondam iohanni qui cognominatus est biellivote integram medietatem de duabus peciis de terris ipsius ecclesie pertinentibus quarum una est terra cum arbusto et pomis et bacuo uno teniente in finibus mitiliani ubi cassiniano dicitur per fines et mensurias: De pede fine via antica inde sunt passi quinquaginta: A parte meridie fine dicte ecclesie inde sunt passi centum hoctuaginta duo; de capite fine ipsius ecclesie inde sunt passi quadraginta duo: a parte septemtrionis similiter fine ipsius ecclesie inde sunt passi centum quadraginta. Altera vero est terra cum insitetum et castanietum in locum cornu ubi aqua bia dicitur mitiliani finibus, super et propinquo alia rebus ipsius ecclesie, et est per fines et mensuras: A parte orientis fine iamdicte ecclesie, inde sunt passi centum duo: A parte meridie similiter fine iamdicte ecclesie inde sunt passi septuaginta septem: A parte occidentis fine

ipsius ecclesie, inde sunt passi quadraginta novem. A parte septemtrionis similiter fine predicte ecclesie, inde sunt passi hoctuaginta sex. omnibus suprascriptis mensuriis iusto passu hominis mensuratas. De iamdictis vero ambabus peciis per suprascriptas fines et mensurias ego iohannes presbiter tradidi ipsi iohanni filio predicti iohanni, sicut suprascriptum est, pro parte ipsius ecclesie integram medietatem cum bice de ipsis viis qualiter illam ad lavorandum per brebem retinuit a parte ipsius ecclesie petrus filius iohanni, eo quidem hordine ut amodo et semper nato nascente ipse iohannes filius predicti iohanni et eius heredes sue teneant potestate et dominent, et fobeas omnesque sue utilitates iusta rationem ibi faciant et ividem resident et avitent; et omni anno apto tempore per se totam ipsam traditionem de super et de supter lavorent sicut meruerit: Scilicet ipsum arbustum potent et propaginent, et ubi meruerit arbores et vites de vono vitinio ibidem plantent et surgant; et sic totum illud annualiter apto tempore de super et de supter lavorent, ut omni anno studiatum videatur esse lavorata et operata et surta, sicut locus ipse meruerit, quatenus in melius proficiat et non disperead. et unde meruerit ipsam tradictionem concludant et clausam et salbam illam habeant; et omni anno per tempus vindemiarum ipse iohannes et eius heredes faciant scire ipsum domnum abbatem et successores suos vel pars predicte ecclesie, ubi illuc pergad vel dirigad missum suum. et ipse iohannes ipsum arbustum rationaviliter apto tempore vindemient, et poma quando meruerit inde colligant, et de omni anno quod inde exierit ibique ad palmentum et de ipsis pomis quando meruerit integram medietatem ad pars predicte ecclesie vel eius missum deant, reliqua medietate sibi habeant. Ipsa sortio ipsius ecclesie de ipso vino ipse iohannes et eius heredes annualiter reponant intra ipsam traditionem in domum suam in organeis illorum a vino que pars ipsius ecclesie ibidem illis adsignare fecerit. et annualiter organea ipsa semper sint bene conciata et studiata per ipsum iohannem et per illius heredes et reposita intra ipsam casam et sortionem ipsam de ipso vino da parte ipsius ecclesie ibi mittant et salbam illam faciant, dum illam inde tollere fecerint absque degeneratione et igne. De castaneis vero et insertis que per annum infra supradicta traditione fuerint, ille et eius heredes curam et vigilationem habeant et eas colligant et seckent, et integram medietatem ex eis siccatis sicut meruerit misso ipsius ecclesie dent, reliqua medietate sibi habeant. Et ipsum missum dum per ipsis frudiis recipiendis per annum ibidem steterit, et per arearum tempus ipse iohannes et eius heredes eum nutriant secundum suam possivilitatem et de quo amodo et semper in suprascripta traditione seminatum sive iuste terraticum ipsi misso dent secundum consuetudinem ipsius loci. Sic tamen ut omne anno per arearum tempus faciant scire ipsum domnum abbatem et successores suos vel partem predicte ecclesie ut illuc dirigad missum

et ante ipsum missum quod in suprascripta traditione seminatum fuerit tritulent et concient sicut meruerit, et sic ipsum terraticum ibique, sicut suprascriptum est, ei exinde dent, et per annum palmentatica ipsi misso vel parte predicte ecclesie dent duas gallinas bonas, et quo tempore ipse iohannes et eius heredes de suprascripta traditione tenere et lavorare noluerint aut non potuerint in suprascripto hordine integram illam studiatam et lavoratam et operatam et surtam et unde meruerit clausam, qualiter illo tempore meruerit, salbam remittant ad pars predicte ecclesie faciendum ex eo quod voluerint, et tunc licead ipsum iohannem et eius heredes inde exire cum omnibus illorum causis movilibus. propterea hoc memorando recolimus, ut si deo volente binulo filio quondam suprascripti petri qui aduc puerulus est at talem etatem pervenerit, ut de suprascripta traditione rationaviliter lavorare possit, tunc ipse iohannes et eius heredes remittant et dent eidem infantulo de suprascripta traditione integram medietatem cum vice de ipsa via ad tenendum et lavorandum ea ille et eius heredes et omnia exindè partibus predicte ecclesie adimpleant omni tempore quemamodum superius legitur. reliqua vero medietate teneant et lavorent ipse iohannes filius predicti iohannis et eius heredes in suprascripto hordine. et dum ipse infans, sicut dictum est, ad illam etatem pervenerit licead illum una cum genitrice et hominibus suis ibi residere intra suprascriptam traditionem et havitare et suas utilitates iusta ratione ibidem facere, quia taliter inter suprascriptum domnum abbatem et ipsum Iohannem conveniens fuit. Tantum si ipse infantulus antequam ad suprascriptam etatem pervenerit, defunctus fuerit, tunc integram suprascriptam traditionem teneant et lavorent ipse iohannes et eius heredes omni tempore in omni hordine et ratione quemamodum superius legitur. et per convenientia ipse iohannes guadiam michi iohanni presbitero pro parte suprascripti domni abbati dedit et fideiussorem michi pro illius parte posuit seipsum, dum una cum eo advocatore ipsius ecclesie esset. et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes si sicut superius scriptum est ille et iamdictus infante et eorum heredes ipsi domni abbati et successores suos vel pars predicte ecclesie non adimpleverit et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserit per convenientia per ipsa guadia obligavit se et suos heredes componere ipsi domni abbati et successores suos vel pars predicte ecclesie quinquaginta auri solidos costantinos. Verumtamen hoc memoramus ut dum missus predicte ecclesie per annum per suprascriptis frudiis recipiendum ibidem steterit illi et eorum heredes eum cum equo quem ibidem portaverit nutriant secundum illorum possivilitatem per suprascripta guadiam et obligata pena, et quod superius disturbatum est in uno loco legitur ipse iohannes filii prèdicti iohanni, et in alio suprascripta; et quod superius inter virgulos scriptum est legitur ille et iamdictus infantus et eorum heredes. et taliter scripsi ego iohannes notarius.

† Ego romoaldus notarius me subscripsi.

† Ego grimoaldus notarius et advocatus.

MCCLXXIV

A. D. 1058

† In nomine domini nostri Ihesu Christi. primo anno principatus domni richardi et domni Iordani filii eius gloriosis principibus, mense augusto, undecima indictione. Ideoque ego maraldus filius quondam doferi avitator huius capuane civitatis propinquo ecclesia sancti Silbestri. Sicut michi aptum et congruum est vona mea voluntate per hanc cartulam venumdedi tibi maraldo filio quondam ariperti. qui es avitator huius predicte capuane civitatis. hoc est integre quattuor petie de terre mee que sunt videntur in finibus calinu loco ubi dicitur harrentium que michi sunt pertinentes per meis finibus omnibus. quibus prima ex ipse petie de terra fundo et sedilia esse videntur finis abet. de uno latere fine terra que fuit quondam ise comitisse qui modo ressidet iohanne qui dicitur beneventano, inde in latere abet passus triginta tres: alio latere tenet in subscripta secunda et tertia petia de terra et fine terra dominici et fine suprascripta petia de terra et fine terra que fuit quondam Iohanni. et inde in latere abet passus triginta et quinque: unu capite tenet in terra que est costinea de puteum que ibi fodita esse videtur. alio capite tenet fine terra petri. habet per singula ipsa capita per traversum passus quattuor et medium, secunda petia de terra ibique coniuncta finis abet de uno latere fine via publica, inde in longum abet passus duodecim, alio latere fine suprascripta petia de terra et inde in longum abet passus decem unu capite fine suprascripta terra ubi ipse puteo fodito est, et suprascripta petia de terra inde per traversum abet passus tres et medium: alio capite fine terra suprascripti dominici et inde per traversum abet passus nobem. Tertia petia de terra ibi coniuncta finis abet. de unu latere fine suprascripta prima petia de terra. alio latere fine terra suprascripti dominici. unu capite fine terra iterum suprascripti dominici; alio capite fine terra que fuit quondam suprascripti Iohanni filii quondam petri. habet per singula ipsa latera per longum passus nobem et per singula ipsa capita per traversum abet passus sex. quarta petia de terra ibique coniuncta fines abet. de unu latere fine via publica alio latere fine suprascripta petia de terra abet per singula ipsa latera per longum passus quattuor. unu capite fine terra que est curtina de ipsu puteu inde per traversum abet passus tres. alio capite tenet in suprascripta petia de terra et inde per traversum abet passus quattuor. at mensura de passu landoni seniori castaldi mensuratum. Cuncte et integre iamdicte per finis indicate et mensurate quattuor petie de terra. una cum arbores et cum omnia ibi intro abentibus subter et super cum viis suis ibidem intrandi et exiendi. simul et integrum predictum puteum et cum

omnem pertinentiam quantum ad ipsum puteum est pertinens. ego qui supra maraldus tibi qui supra maraldo vemumdedi. at possessionem tuam et de tuis heredibus vel cui cartula ista in manu paruerit ad avendum et possidendum. et faciendum exinde omnia que vobis vel eis placuerit. simulque et venumdedi tibi et aput te remisi pro securitate atque defensione vestra vel eis integre tribus scriptionibus meis que sunt continentes et pertinentes ea que prelegitur cum omne earum continentiis, similiter at possessionem tuam et de tuis heredibus vel cui cartula ista in manu paruerit. ad avendum et possidendum et faciendum exinde omnia que vobis vel eis placuerint. unde de hec omnia suprascripta que tibi superius venumdedi qualiter dixi nec michi nec uxori mee, nec tibi cuilibet exinde nullum reserbabus (*sic*) et cunctum et integrum ipsas tibi venumdedi sicut supra dixi, et pro suprascripta mea venditione manifestus sum ego qui supra maraldus venditor quia susceptum cumpletum aput me abeo pretium a te qui supra maraldum emptorem. Idest auri tari boni et bene pesanti tredecim sicut inter nos statutum fuit finitum vero pretium, ea ratione quatenus ammodo et semper tu qui supra emptor et tuos heredes vel cui hec cartula in manu paruerit. firmiter abeatis et possideatis integra suprascripta mea venditione et faciatis exinde omnia que vobis vel eis placuerint, et obligo ego qui supra maraldus venditor me et meos heredes, tibi qui supra maraldo emptorem et at tuis heredibus vel cartula ista in manu paruerit integra suprascripta mea venditione defendere et antestare ammodo et semper a parte uxori mee. et ab aliis omnibus hominibus ab omnique parte, tibi et quando bolueritis licentiam et potestatem abeatis vos nobis vel illi sibi exinde auctores et defensores essere vice mea et de meis heredibus cum ista emptionis cartula. et cum aliis vestris vel eorum et nostris rationibus et si volueritis cum predictis scriptionibus que tibi superius venumdedi et aput te remisi. quomodo vel qualiter melius potueritis et bolueritis. et quicquit exinde facere potueritis et volueritis vestre vel eis sint potestatis. et quando volueritis defendamus vobis vel eis ipsos ut superius obligavi. tantum quando vobis vel eis ipsos at defendendum benerimus si pro defensione ipsa nobis necessum fuerit semper vos vel illis ostendere et dare nobis debeatis per omne bice predictis scriptionibus. sibe una vel plures quomodo nobis necessum fuerit salba vel salbe in puplico iudicio at relegendum et finem faciendum cum quo nobis necessum fuerit iusta ratione. et per omne vice salba vel salbe illa vel ipse que nobis ostenseritis et dederitis aput vos vel eis remittimus in suprascripta ratione. si autem ipsas vobis vel eis defendi non potuerimus ut dixi primis ego et meos heredes vobis vel eis de colludio legibus iurare obligo. et componere vobis vel eis obligo suprascriptum pretium duplum et duplo per appretiatum quod suprascripta mea venditio aput vos vel eis in edificiis vel in quavis partem crevitam vel remelioratam paruerit. Nam si ego qui supra maraldo venditor aut

meos eredes. anc venditionis cartulam de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium dirrumpere aut remobere quesierimus. et si non fecerimus et non compleberimus vobis vel eis ea omnia per ipsum ordinem sicut superius legitur. tunc et suprascripta dupla vobis vel eis componamus et iamdicta venditio integra potestatis ipse vel eis ammittamus at semper abendum et decomplendum hec omnia suprascripta ego et meos heredes. vobis vel eis ut supra leguntur sicut inter nos conbenit in presentia siconi iudici et de aliis testibus. voluntarie mee guadiam ego tibi exinde dedi et fideiussorem tibi inde posui per ipsa conbenientia me ipsum, de quibus si necessum fuerit at pignerandum obligo ego qui supra maraldus venditor per me ipsum fideiussorem me at meos eredes tibi qui supra maraldo emptorem tuisque heredibus vel cui cartula ista in manu paruerit. per nomen bobi et bacce et iumente et caballi et porci nostri. et de aliis rebus nostris usque at lege; et taliter ego qui supra maraldus venditor qualiter michi congruum fuit feci, et te petrum notarium qui interfuisti scribere rogabi. Capue.

✝ Ego qui supra Sico iudex.

✝ Ego Iohannes.

MCCLXXV

A. D. 1058

✝ IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. GISULPHUS divina favente clementia longobardorum gentis princeps. Quoniam sancte matris ecclesie universi orbis statum regitur dicione et ipsius dominatores illius rectorum precibus gubernantur, Condecet nos curam et sollicitudinem circa veneravilia loca diligenciam habere coequissimo retributore remunerante et nostra dominatio perletetur et a deo nobis concesse patrie populis gubernetur. Idcirco per interventum domne Gemme principis nostre et per postulationem tuam o benerabilis Leo abbas et monache monasterii sancte et inseparabilis Trinitatis foris hac civitate constructi in loco qui nominatur metilianum, spirituali patri nostro, Concedimus et confirmamus in ipso monasterio integram terram cum vineis et arbusta et insiteta et vacuo in qua et ipsum monasterium edificatum est que est per fines: De una parte est finis medius vallone quod giniolum dicitur in quo arcora antiqua fabricata sunt, qualiter incipit a fluvio qui factus est ex aqua niblonis et aqua alte et vadit per ipsum vallonem et coniungit in rerum metilianensium hominum in eodem loco ubi appacclu dicitur. et ab ipso vallone vadit in parte meridie secus ipsam finem ipsorum hominum sicut termini fixi

sunt usque viam publicam et per ipsam viam vadit in medium vallonem qui saxu vibu cognominatur. Et per medium ipsum vallonem descendit in medium ipsum flubium nibbonis, et per medium ipsum descendit et coniungit cum ipsa aqua alta qualiter coniungit cum ipso giniolo vallone. Et integram terram cum vineis et insitetis et castanetis et silvis que sunt in plaio montis in qua ecclesia sancti michaelis archangeli que ipsi monasterio pertinet constructa est, que est per fines: A parte occidentis est finis vallonis qui salani dicitur qualiter incipit ubi ipsa aqua niblonis coniungitur cum ipsa aqua alta, et ascendit per ipsum vallonem usque in locum ubi aqua alta dicitur, et abinde ascendit per medium vallitellum per quod aqua fluit usque lapideam criptam que in latere montis facta est et ab ipsa cripta descendit in vallitellum secus cilium magnum lapideum in vallitellum et abinde ascendit per alium magnum lapideum cilium et coniungit in media serram montis que est serra ubi capuaque dicitur; et ab ipso cilio descendit per mediam serram et turella, et ascendit mediam serram montis qui dicitur cerasulu, et descendit per mediam ipsam serram et coniungit in aream que dicitur dompnica, et abinde descendit per medium torum quod castaniola dicitur et per medium vallitellum descendit et coniungit in medium ipsum vallonem qui est supter ecclesiam sancti archangeli quam ipsi monasterio olim donavimus in loco pasciano; et per medium ipsum vallonem descendit et coniungit cum ipso fluvio, et per ipsum flumen ascendit et coniungit in eo loco ubi ipsa aqua alta coniungitur cum ipsa aqua niblonis. Ea ratione ut integras suprascriptas terras in suprascripto monasterio concedimus et confirmamus cum omnibus que intra eas sunt et cum ipsis ecclesiis et cunctis earum pertinentiis et cum vice de viis earum, et cum integris ambabus fluminibus cum omnibus ripis ex utraque parte quantum ex eis cum suprascriptis terris coniuncte sunt et cum omnibus rebus mobilibus ipsius monasterii et iamdicte ecclesie pertinentibus; Ut semper sint in potestate tua Leonis abbatis et successorum tuorum et partium ipsius monasterii ad faciendum de eo quod volueritis. Et confirmamus in eodem monasterio integras res quas salpertus qui postea monachus ipsius monasterii factus est et iohannes filius quondam petri qui cognominabatur sclassenatus et gemma filia machenolfi uxor iohannis filii quondam landoni et machenolfus filius ipsorum gemme et iohannis de suprascripto loco metiliano habitatores olim per firmas cartulas in eodem monasterio optulerunt, et integras omnes res quas per quemlivet modum ipsi monasterio ubicumque sunt pertinentes et erunt et quas tu paratas habes et successores tui et partes iamdicti monasterii a quibuslivet paraturi sunt et quas alii homines in suprascripto monasterio dederint per qualemcumque modum similiter confirmamus sive demania sive feudalia fuerint tam in vassallis quam in terris stabilibus sive mobilibus et quod de ipsis feudalibus aut demaniis oblatis et offerendis nullum servicium reipuplice vel alteri

tu et successores tui et partes iamdicti monasterii facietis, set semper sint in potestate tua et successorum tuorum et partium ipsius monasterii ad faciendum ex eis tu et successores tui et partes ipsius monasterii quod volueritis. Confirmamus insuper in eodem monasterio integras terras quas retinetis foris hanc cibitatem in loco calcarola ut semper sint in tua et successorum tuorum potestate et partium ipsius monasterii cum omnibus que intra eas sunt cunctisque earum pertinenciis et cum vice de viis earum, ad faciendum ex eo quod tu et successores tui et partes ipsius monasterii volueritis. Et concedimus in ipso monasterio ut tu et successores tui et pars ipsius monasterii in suprascripto fluvio et in ripis eius et in aliis albeis fluminum que cum terris ipsius monasterii coniuncte sunt et fuerint, tam in his que nunc habetis, quam in his que habebitis in futurum, potestatem habeatis palos figere et ante posiciones, et molina, et trappita pro olivis, et calcarias et edificia facere, et fodere, et ipsos albeos per ipsas res ipsius monasterii mutare qualiter volueritis, quoniam talia nullus sine mandato nostre reipublice audet facere seu habere potest in nostro principatu. Concedimus etiam ad honorem sancte Trinitatis ipsius monasterii et reverentia sanctitatis tue pater Leo abbas et amore dompni Alferii qui fuit pater noster spiritualis et abbas iamdicti monasterii, atque propter remissionem peccatorum nostrorum et domne Gemme principis nostre et Wamarii filii nostri ut omnes homines qui habitant sive habitaverint in Castello sancti Adiutoris et pertinentia eius, et in locis pasciano, metiliano et pertinenciis earum, et in transbonea quam a nobis tenet nibus bisconte, et in loco albole, cetare et fontis, omnia tributa, pensiones, angarias et perangarias, tam pro terris quas tenent intra fines inferius distinctas, quam pro personis eorum, atque salutes quas nostre camere sive pro terris quas laborant iuxta ritum regionis vel dominii ratione pro quolivet foculari dare et persolvere debuerint totas tibi tuisque successoribus dent et exolvant in perpetuum remota omni nostra contradictione. Qui fines incipiunt a medio vallone quod gallocanta et petralena dicitur prope quem monasterium sancti nicolai ipsi monasterio pertinens situm est; et vadit in parte occidentis secus mare usque medium fluvium qui dicitur cetara et qualiter ab eo loco quo ipse fluvius cum mari iungitur ascendente recte usque medias serras altium montium qui discernunt fines amalfitanorum, et per medias serras ipsorum moncium ascendent in parte septemtrionis usque in montem qui dicitur capraricus qui est desuper locum ubi fenestra dicitur et a cacumine ipsius montis caprarici vadit iterum in eamdem partem septentrionis per medias serras usque ad fines nucerinorum. Ab ipsa parte septemtrionis finis ipsorum nucerinorum qualiter descendit per medium vallonem qui est ultra et non multum longe in ipsa parte septemtrionis a monte in quo ecclesia sancti martini ipsi monasterio sancte Trinitatis pertinens constructa est usque ad viam puplicam que ducit nuceriam, et transgrediendo ipsa via vadit in parte orientis

secus terram cum arbustis ipsi monasterio pertinentis in locum qui dicitur sapiola et ab ipsa terra cum arbustis vadit usque vallonem qui dicitur foruncla, et per medium ipsum vallonem ascendit in parte orientis usque mediam serram que dicitur aira fabrita, et per ipsam serram et per alias serras aliorum montium vadit in parte orientis usque serram montis qui dicitur decemari qui est de super rocca que dicitur, de amata. et exinde vadit ad verticem montis qui dicitur de cannitello, et a vertice ipsius montis de cannitello vadit et ascendit in serram montis qui dicitur corvarus; et ab ipsa serra descendit in parte meridiei usque in caput alius montis qui dicitur de fossa lupara in qua olim castellio fuit. et a capite ipsius montis usque ipsum vallonem qui de gallocanta et petralena dicitur, descendit in mare usque priorem finem. Quod quidem tenimentum cum omnibus suis pertinentiis et cum vice de viis earum bona fide promittimus donare sancte Trinitati et tibi Abbas Leo patri nostro spirituali et successoribus tuis, et ex nunc te et ipsum monasterium de ipsa promissione investimus per nostram virgulam quam in manu tenemus sicut nobis ipsa sancta trinitas inspiravit per suam gratiam et misericordiam, quod incontinenti dato ex cambio Tudentino nostro manescalco, qui castrum sancti Adiutoris predictum nunc a nobis tenet et viboni bisconti predicto pro Trasbonca ipsum Totum Tenimentum per fines suprapositos quantum ad nos pertinet cum toto predicto Castro sancti Adiutoris et eius pertinentia tibi, iamdicte Leo Abbas et tuis successoribus per nostram aliam cartam solemniter donabimus, et amodo predicto Tenimento tu et successores tui et ipsum monasterium et de hominibus morantibus et moraturis intra ipsum dominaberis, et exigas, et recipias ab eis omnibus predictos redditus et partem fructuum de terris quas laborant tam de super quam de subtus, sicut faciunt alii de contrata, et usque nunc ipsi nostre camere persolverunt, excepta fortellicia tantum iamdicti castri; nulla nobis in ipso Tenimento et in hominibus intra ipsum morantibus sive commoraturis iurisdicione sive potestate reservata aut successoribus nostris non solum in ipsis set in omnibus aliis quos habebitis in futurum ubicumque per nostrum principatum nichil nobis reservamus et successoribus nostris sive demanii sive feudales fuerint aut donati aut oblati fuerint. Et concedimus in eodem monasterio, ut omnes liberi homines quando ad habitandum in res ipsius monasterii intraverint et sui vassalli esse voluerint, nullum censum, angariam, seu pensionem partibus nostre reipublice faciant, sed quicquid nostre reipuplice persolvere debuerint, tibi et successoribus tuis et partibus ipsius monasterii dent et persolvant, aut portaticum in nostro principatu vel plateaticum, et in hac cibitate dent. Tamen si vendiderint aliquid et emerint quam et illis qui et ab ipso monasterio et ab eis emerint, seu quocumque modo acceperint. Et concedimus in ipso monasterio omnes res mortuorum et sine heredibus moritororum quecumque rebus ipsius monasterii coniuncte sunt et fuerint; ut

tu et successores tui et pars ipsius monasterii semper eas securiter habeatis ad faciendum quod volueritis de ipsis. Et concedimus in eodem monasterio quociens abbatem éx eodem defecerit defecerit non ab aliquibus personis abbatem ibi ordinetur; Sed semper monachi ipsius sacri monasterii licentiam habeant, ex ipsa congregatione eligere et abbatem secundum statuta sancti benedicti regula in ipso monasterio hordinare. Et si quolivet tempore acciderit ut pars ipsius monasterii sacramentum cuilivet homini persolvere debeat de aliquibus rebus, non ab abbatibus nec monachis ipsius monasterii sacramenta ipsa persolvantur; Sed scariones ipsius monasterii sacramenta ipsa persolvant. Et confirmamus in eodem monasterio integras rès que ipsi monasterio concessa sunt foris hac cibitate in loco tusciano intra quas ecclesia sancti micahelis archangeli constructa est, et omnia alia que per principes antecessores nostros concessa et data fuerunt in ipso monasterio. Ea ratione ut hoc totum quod suprascriptum est in prefato monasterio concedimus et confirmamus, semper sint in potestate tua et successorum tuorum et partium ipsius monasterii ad faciendum ex eo quod volueritis tu et successores tui et partes ipsius monasterii. Et neque A nostris iudicibus, comitibus, Castaldeis neque a quibuscumque nostre reipuplice quolivet tempore Tu et successores tui et pars iamdicti monasterii habeatis ex hoc quod in ipso monasterio sicut suprascriptum est concedimus et confirmamus aliquam contrarietatem; Sed in perpetuum illud securiter habeatis sicut predictum est. et faciatis ex eo quod volueritis. Textum harum concessionum et confirmationum scribere precepimus Te aceprandum levitam et scribam nostri palatii sacri Anno nobis a deo concessi principatus Sicilie, Calabrie, et Ytalie septimodecimo. Quod autem disturbatum legitur tui et super fluvium in vallitellum. MENSE AUGUSTO CONCURRENTE INDICTIONE UNDECIMA.

Locus ✠ Sigilli.

MCCLXXVI

A. D. 1058

✝ In nomine domini, septimodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense septembri, duodecima indictione. Ante me petrum iudicem venit benifacius filius quondam maraldi, qui fuit filius iohannis dominici de loco segeti habitatore, et cum eo venit muscatus venerabilis abbas ecclesie sancte sophie, que constructa est intra hanc civitatem secus plateam

que ducit ad rotensem portam et ipsa ecclesia cum omnibus rebus stabilibus et mobilibus pertinet heredibus paldulphi filii domni guaimarii principis et domne theodore uxoris ipsius paldulfi. Et sicut ipsi benifacio congruum fuit sua voluntate per hanc cartulam remisit ipsi abbati integras res quas ad laborandum retinuit a parte exdicte ecclesie in loco campiliano ad faciendum ex eis quod voluerit pars iamdicte ecclesie. Nec non et pro amore omnipotentis dei et pro salute sue anime ipse benifacius per hanc cartulam, sicut ei congruum fuit, sua voluntate offeruit in suprascripta ecclesia totas et integras res suas, quas habuit foris hac civitate in loco iufuni ubi segeti dicitur, et per fines et vocavula ipsius locis in montibus et in planis et omnes res eius mobiles cum omnibus que intra eas sunt, cunctisque earum pertinentiis et cum vice de viis suis et cum portione sua de muniminibus ex ipsis rebus continentibus. Ea ratione ut semper sint in potestate ipsius abbatis et successorum eius et partis ipsius ecclesie; et liceret ipsum abbatem et successores eius et pars predicte ecclesie ex eo facere quod voluerint. Et per convenientia ipse benifacius guadiam ipsi abbati dum idonei interessent homines dedit et fideiussorem ei posuit seipsum. Et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi domno abbati et successoribus illius et parti ipsius ecclesie integrum illud quod in suprascripta ecclesia sicut predictum est offeruit ab omnibus hominibus et partibus. et nullo tempore ille et eius heredes illud quod ipsi domno abbati remisit, sicut scriptum est, vel ex eo parti ipsius ecclesie querere presumet per quemlivet modum. Et tribuit licentiam ut quando ipse domnus abbas et successores eius et pars iamdicte ecclesie voluerint, potestatem totum et inclitum illud per se defendere qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse benifacius et eius heredes ipsi domno abbati et successoribus illius et pars ipsius ecclesie non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam et convenientiam obligavit se et suos heredes componere ipsi domno abbati et successoribus illius et parti ipsius ecclesie ducentos auri solidos constantinos. Et taliter te romoaldum notarium scribere precepi. Verumtamen hoc memoramus quoniam michi iudici plures res in suprascripto loco iufuni ubi segiti dicitur pertinet habere. Quod te ipsum romoaldum notarium subiungere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

A. D. 1058

MCCLXXVII

Transumptum

Instrumentum quo datur Guadia Romoaldo ab Amato filio Romoaldi notarii, qui tollebat sibi in legitimam uxorem puellam Gemmam filiam dicti Romualdi et donabat ei Morgincaph. XVII Anno Gisulphi, Mense Novembris, XII Indictione.

MCCXXLVIII

A. D. 1058

✝ In nomine domini, septimodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense nobembri, duodecima indictione. Ante me petrum iudicem grifus filius quondam cuncti et leo filius quondam ursi magistri commacini, et lando filio quondam igni et maghenolphus filius quondam iohannis, abitatores de loco mitiliano, coniuncti sunt, et per ipsum grifum ostensa sunt scripta ita continentia: Ego grifus filius quondam cuncti dividi terras cum casas ligneas quas commune abeo cum leo filio quondam ursi magistri commacini et cum landone et miranda et gemma et grima filia quondam igni de loco mitiliano, et cum maghenolfo filio quondam iohannis et cum infantis intra etate nomina eorum petrus et marius et lando germani filii quondam iohannis, qui fuit filius ipsius igni genitorem iamdicti landonis intra hanc salernitanam civitatem in plaia montis propinquo aqua que dicitur palma; et feci exinde tres sortes, una in parte orientis, et alia in parte occidentis, et tertia in medium. Ipsa sors a parte orientis est per fines et mensuria: a parte orientis est finis terra vacua, que michi et ipsis leonis et maghenolfi commune est, et pedes octo minus plancta cum pollice; a parte septemtrionis finis anditum nostrum quod nobis commune inter nos reserbavimus, et in omni loco est latitudo ipsum anditum pedibus tribus et medium, et per eum mensurati per longitudine pedes triginta et medium; a parte occidentis finis ipsa sorte mediana recte mensurata usque facie de muro destructo, qui fuit de civitate betere pedes quattuordecim et medium; a parte meridie finis facie de suprascripto muro destructo et iuxta eum mensurati pedes triginta et unum minus uncia una. Et hoc feci esse primam sortem cum vice de ipso andito. Secunda sors feci ipsa

sorte mediana que est per fines et mensuras: a parte septemptrionis finis ipso andito et per eum mensurati pedes decem et nobem et medium. A parte occidentis est finis ipsa tertia sors et pedes nobem et uncie due usque facie de suprascripto muro destructo; A parte meridie fine ipso muro destructo et iuxta eum mensurati pedes undecim et planta cum pollice; A parte orientis finis ipsa prima sors et pedes quattuordecim et medium usque iamdicto andito, et ex hoc feci esse secunda sors cum vice de ipso andito. Tertia sors feci ipsa sors ab ipsa parte occidentis, que est per finis et mensuria; A parte septemtrionis finis ipso andito et pedes nobem et planta cum pollice; A parte occidentis est finis facie de muro istius civitatis, et iuxta eum mensurati pedes quattuordecim minus planta cum pollice; A parte meridie finis facie de ipso muro destructo et pedes viginti et sex; A parte orientis est finis suprascripta secunda sors et pedes nobem et uncie due, et ex hoc feci esse tertia sors cum vice de ipso andito; Ipsam terram vacuam que, ut suprascriptum est, commune reserbavi inter me et ipsis leo et maghenolfo est per finis et mensuras; A parte septemtrionis finis via puplica et pedes duodecim; A parte orientis mensurati pedes nobem et medium; A parte meridiei finis iamdicto muro destructo; a parte occidentis finis iamdicta prima sors mensurati pedes octo minus planta cum pollice. omnis suprascripta mensuria mensurata fuit ad iusto pede manus hominis, de suprascripta terra vacua pertinet michi et ipsi leoni medietatem, et ipsi maghenolfo alteram medietatem. Cum autem iamdicta scripta hostensa sunt et lecta dum idonei homines ibidem interessent, dum sicut inter eos combenit, prius comprcensit ipse maghenolfus de suprascriptis sortibus per absolutionem domni leoni veneravilis abbas monasterii sancte et individue trinitatis, quod constructum est foris hanc cibitatem in loco mitiliano pro parte suprascripti monasterii, in quo a preterito tempore per firma cartula optulit omnes res suas staviles quas ei pertinuit quomodocumque intus vel foris hanc civitatem, et pro parte gemme et alferade et gaite filie quondam Alferii germanum suprascripti iohannis genitor ipsius maghenolfi integram ipsam secundam sortem qualiter superius facta est cum omnibus que intra eam sunt cunctisque suis pertinentiis, et cum vice de ipso andito. Ea ratione ut integra medietas de suprascripta secunda sorte semper sit in potestate de partibus predicti monasterii; et liceat pars suprascripti monasterii ex eadem medietate facere quod voluerint. Altera vero medietas de suprascripta secunda sorte semper sit in potestate ipsarum gemme et alferade et gaite et heredum earum, et liceat illas et earum heredes de ea facere quod voluerint. Ipsam tertiam sortem compreensit ipse lando qualiter superius facta est pro parte sua et pro parte iamdicte mirande et gemme et grime sorori sue et pro parte ipsius infantis, petrus scilicet et marius et lando cum omnibus que intra ipsam tertiam sortem sunt, omnibusque suis pertinentiis et cum vice de ipso andito. Ea ratione ut integra

medietas de suprascripta tertia sorte semper sit in potestate ipsarum fratrum et sororum, landoni vidilicet et mirande et gemma et grima et de earum heredes, et liceat illum, et illas, et illius et illarum heredes ex ea facere quod voluerint. Altera vero medietas de suprascripta tertia sorte semper sit in potestate ipsorum infantis, petrus scilicet et marius et lando et de illorum heredes; et liceat illos et eorum heredes exinde facere quod voluerint. Ipsam primam sortem que remansit eam, qualiter superius facta est, compreensit ipse grifus pro parte sua et pro parte suprascripti leonis cum omnibus que intra eas sunt cunctisque suis pertinentiis, et cum vice de ipso andito; Ea ratione ut integre tres partes de suprascripta prima sorte semper sit in potestate ipsius grifi et de eius heredes, et liceat ei et eius heredes de eo facere quod voluerint. Reliqua vero quarta pars que remanserit de ipsa prima sorte . . . . in potestate ipsius leonis et eius heredes: et liceat illum et eius heredes inde facere quod voluerint. Et per combenientiam ipsis grifus et leo et lando, tamen ipse lando pro parte sua et pro parte suprascripte sororis sue et pro parte ipsius infantis petrus et marius et lando guadiam suprascripti maghenolfi pro parte suprascripti monasterii et pro parte iamdicte gemme et Alferade et gaite dederunt, et fideiussores ei pro suis et illorum parte posuerunt seipsos, et per ipsam guadiam obligaverunt seipsis grifus et leo et lando et illorum heredes semper permanendum illis et eorum heredes et iamdicte sororis ipsius landonis et iamdicti infantis petrus et marius et lando et earum eorumque heredes in suprascripta divisione et in omnia quemammodum suprascriptum est. Et si in suprascripta divisione, et in omnia, sicut superius scriptum est, illis et eorum eorumque heredes cum pars suprascripti monasterii et cum ipse gemme et Alferade et gaite et cum earum heredes permanere noluerint, per ipsam guadiam per combenientiam obligaverunt seipsis grifus, et leo, et lando et eorum heredes componere ipsorum gemme, et Alferade, et gaite, et in parte suprascripti monasterii centum auri solidos constantinos. quod superius inter virgulas scriptum est legitur: monasterii. Suprascripto disturvato legitur: centum auri. Et taliter pro parte ipsius maghenolfi tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCCLXXIX

A. D. 1058

† In nomine domini, septimodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosus princeps, mense nobembri, duodecima indictione. Memoratorium factum a me iohanne filio quondam *(decst nomen)* qui fuit abbate de ecclesie sancte marie de intus anc Salernitanam civitatem

in bertice montis, que est ipsa ecclesia pertinente de heredes quondam falconi ballensi et dauferii, filius quondam *(deest nomen)* eo quod ante idoneos homines per iussionem ipsius petri clerici et de aliis ipsi domni ipsius ecclesie tradidimus petri castaldo, filio quondam iohanni . . . . . filia *(deest nomen)* inclita clusuria de terra cum binea et castanieta et arbustis, pertinente ipsius ecclesie in locum pastorano ubi ad castania panda dicitur, et est per finis et mensurie iusto passu hominis mensurati. a parte septemtrionis finis via et passi biginti tres, et rebolbente in ipsa parte septemtrionis et passi decem, et rebolbente in oriente et passi duo, et rebolbente in meridie et passi triginta duo, et rebolbente in oriente et passi septuaginta octo usque in aqua, que dicitur fregdola; et a parte orientis finis ipsa aqua, que dicitur fregdola et passi sexaginta sex: et a parte orientis et passi septuaginta unum, a parte occidentis et passi triginta quadtuor, et revolbente in occidente et passi sidecim, et rebolbente in priore fine et passi sexaginta octo. ec vero ipsa clusuria de terra cum binea et castanietum et arbustis per suprascriptas finis et mensurias inclitum illut ipsi petro tradidimus, seu et tradidimus ipsi petro quantum in ipso loco castania per omne annum in ipsa ecclesia est pertinente, tali hordine ud amodo et semper natos nascentes ad sua et de suis heredibus sint potestate illut tenendum et lavorandum et pastenandum foveas et omnis illorum utilitate iusta ratione ividem faciant, et tegurium ividem illis faciant et abeant, et ad residendum homines ividem mittant et unde meruerit per annum illis ille cludant et clusum et salbum illut abeant, et amodo et omni tempore ubi meruerit infra suprascripta vinea pastenemus binea de vono bitineo et illis illut surgant. et ubi meruerit in suprascripto arbusto pastenent per omne annum arbores et vites de vono bitineo, et illut surgant, et surtum et salvum per omne annum illut abeant; et de super et de subter per omne annum bonum illut lavoremus et vites traamus, et cultemus illud bonum per omne annum ut semper in melius proficiant et non dispereant; et amodo et omni tempore per omne annum, quando meruerit tota ipsa vinea bona lavorent, putent et ligent et propaginent, et scolsient et adimpleant et zappent bona, sicut meruerit, et inpalent illa vona, sicut meruerit, et amodo et omni tempore pro tempore de vindemie ille et eius heredes faciant nos scire ud ividem pergamus, aut dirigamus missum nostrum, et illis apto tempore tota suprascripta tradictione vindemient et omnis vinum et poma exinde ivique ad palmentum inter nos dividamus per medietatem, sive nos sive successores nostros et partibus predicte ecclesie; sive missum nostrum prius exinde tollat inclitam medietatem et illis reliqua medietas, castaneis que ividem sunt vel fuerint quando meruerit illis ille colligant et seckent et medietate secke nobis deant et medietatem illis sivi abeant; poma que ividem sunt vel fuerint per annum illis salbe abeant, et ante missos nostros sive ante nos intus ipsa traditione illut dividamus, nos tollamus prius medietatem, et

illis reliqua medietas, et ubi meruerit, infra ipsa vinea pastenent illis cannietum et illut illis ivi abeant; et in tota suprascripta tradictione, ubi meruerit, pastinent saliceto et tote.... modo ividem sunt vel fuerint tote per omne annum illorum sit potestate; tantum ligent inde illis ipsa vinea; et palmentaticum nobis et ad successoribus nostris et partibus predicte ecclesie deant illis secundum consuetudinem de ipso locum; et quicquit in tota suprascripta traditione seminaverint solummodo in ipsa vinea deant inde illis nobis terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. Et ipsum missum nostrum dum ividem steterit pro ipsa nostra sortione recipiendum, illis eum nutriant secundum illorum fuerit possivilitatem; et quale tempore illis suprascripta traditione tenere et lavorare noluerint, aut non potuerint inclita suprascripta traditione lavorata bonum et surtum remittant illis ad nostra et de nostris subcessoribus, seu ad pars predicte ecclesie potestate faciendum quod boluerint; et illis licead inde exire cum omnis illorum causa mobilia; et ire cum illum ubi voluerint, et guadiam nobis dedi et mediatorem nobis posui ademarius filius quondam radecisi. et per ipsa guadia obligavit se et suos heredes, quod si taliter ut suprascriptum est per supradicto hordine nobis non adimpleverit, et aliquit inde contradixerit, per combenientia per ipsa guadia componere obligavit se et suos heredes nobis et ad successoribus nostris, et ad pars predicte ecclesie quinquaginta auri solidos constantinos. quod scripsi ego petrus notarius. alter quod est disturbatum in ipsa birgula dicitur: presbiter; et illud quod est scriptum inter ipsi virguli dicit castanea pania. quod subiunsit ego qui supra petrus notarius.

† Ego ademarius me subscripsi.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCCLXXX

A. D. 1058

† In nomine domini, vicesimo primo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis mense december, duodecima indictione . . . . quartam partem de ipsa rebus, quod vos emtam habetis ab ateoderaci abbas . . . . ursi quartam partem ibidem habuit pertinentem, et minutus serbum meum genero ipsius wise, quarta ipsius wise de ipsa rebus adbincui a te nominatus stefano pro vice uxori sue, cuius ipsa quartam est pertinentem, et nunc autem, sicut diximus, tota et inclita quarta ipsa de iamdictam rem tibi

nominato stefani donabimus cum vice de bia sua ad securiter hac firmiter amodo et semper vos et vestris heredibus illut habendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum quod volueritis, absque omni contrarietate vel requisitione nostra vel de nostris heredibus aut cuiqua hominibus. et per confirmandam et staviliscendam hanc nostram donationem, nunc a presentis recepimus secundum legem launegilt camiso unum in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit. finitoque vero launegilt aput nos ea ratione per hanc cartulam obligo me qui supra waiferius comes et meis heredibus tibi nominato stefani, quam et ad tuis heredibus omni tempore predictam rem, quod est ipsa quarta, antistandum et defensandum cum vice de bia sua da illis hominibus qui pro nostra parte vel pro partibus ipsius minutoli serbum meum et de uxore sua emiserit vobis vel ad vestris heredibus quacumque calumnie querendo aliquit exinde vobis tollere aut habere pro quabis ratione. si tum, sicut dictum est, vobis non defensaberimus, aut si nos ipsis aliquit exinde vobis tollere aut contrare quesierimus, tunc ante omnia questio nostra modis omnibus sint exinde tacita et vacua, et decem auri solidos constantinos nos nostrisque heredibus componere obligabimus tibi et ad tuis heredibus, et per imbitis, sicut dictum est, illut vobis defensemus. et tali ordine te romoaldus notarius scribere rogabimus. actum Salerno.

† Ego qui supra waiferius comes.

† Ego radoaldus.

† Ego roffrit.

MCCLXXXI

A. D. 1058

† In nomine domini, septimo decimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense decembri, duodecima indictione. Ante me siconem comitem et iudicem melus filius angeli abbatis, et desideus filius quondam romoaldi affuerunt, et per ipsum melum ostensa est una cartula, que continebat: In nomine domini, septimodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis . . . . . . iudicem iohannes filius quondam romoaldi coniunctus est cum melo genero suo filio angeli abbatis, et ipse iohannes clarificavit se habere integram medietatem in parte occidentis de terra, in qua potechis facte sunt, que est foris hanc a deo conservatam salernitanam civitatem prope porta, que rotensis dicitur per fines: A parte septem-

trionis finis via que ducit ad ipsam portam: A parte occidentis finis extrectolam, que intrat in diffusurio, que decurrit intra hanc civitatem. A parte meridie finis muro istius civitatis. A parte orientis finis turrim istius civitatis, et qualiter rectum vadit usque in suprascriptam viam, et dixit ipse iohannes iamdictam terram per iamdictas fines divisam habere cum desideo fratre suo in duas sortes ad equale mensura iuxta ipsam viam et iuxta memoratum murum; et de longitudine quantum est ab ipso muro usque in ipsam viam. Et sicut ipsi iohanni congruum fuit bona sua voluntate per convenientiam per hanc cartam donavit ipso melo pro parte gemme filie sue, que est uxor ipsius melis, integram ipsam medietatem, sicut suprascriptum est in parte occidentis de integra supradicta terra per iamdictam finem, quam ei in sortem evenit ab ipso desideo germano suo, cum omnibus que intra ipsam medietatem sunt cunctisque suis pertinentiis et cum vice de ipsa via. Ea vero ratione ut semper sit in potestate ipsius gemme et liberorum eius, et liceat illam et liberos suos ex eo facere quod voluerint. Et propter confirmationem huius donationis ipse iohannes per convenientiam pro parte ipsius gemme launegilt ab ipso melo suscepit, secundum langobardorum regum edictum grosinam unam in omni deliberatione; Et per convenientiam ipse iohannes guadiam ipsi melo pro parte ipsius gemme dedit et fideiussorem ei pro illius parte posuit ursum clericum filium quondam truppoaldi. Et per ipsam guadiam ipse iohannes . . . . . . suos heredes semper defendere ipsi gemme et liberorum eius integram suprascriptam donationem, quemammodum supra legitur, ab omnibus hominibus: Et forsitans ipse iohannes . . . . . . sicut suprascriptum est, ipsi gemme et liberis suis minime defendere potuerint, tunc sicut in ipsum regum edictum de dono et suscepto launegilt scriptum est . . . . Et ipse iohannes tribuit ipsi melo licentiam, ut quando ipsa gemma et liberos suos voluerint, potestatem habeant suprascriptam donationem per se defendere, qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de ea ostenderint.Et si sicut suprascriptum est ipse iohannes et alios suos heredes ipsi gemme et liveris suis non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipse iohannes obligavit se et alios suos heredes componere ipsi gemme et liberis suis centum auri solidos constantinos, et sicut superius scriptum est adimplere. et ipse melus suprascripta peregit per ipsius genitoris sui absolutionem. et taliter tibi iohanni notario scribere precepi. ego qui supra petrus iudex. Et cum suprascripta cartula fuit ostensa ipse melus pro parte ipsius gemme uxoris sue causatus est cum ipso desideo, ut ipse desideus malo hordine introisset in ipsam medietatem, que sibi pro parte ipsius gemme uxoris sue de tota suprascripta terra cum . . . . . per suprascriptas fines in ipsa parte occidentis per ipsum iohannem donata est, sicut eadem carta continet, et

in ipsa terra foveas fecisset, et de casa que in ipsa medietate est disturbasset et scindisset . . . . lignamina de ipsa casa erecta malo hordine tulisset et tignos eidem case incidisset, et alias res mobiles ipsorum meli et gemme pertinentes malo hordine . . . . . . casa ipsi gemme contrasset. Ipse desideus respondit talia se minime fecisse. Ego autem sicut inter eos convenit iudicavi et illos guadiare feci . . . . . . sancta dei evangelia, et ipse desideus secundum legem per sacramentum ad ipsa evangelia ipsi melo iuret, ut in ipsa medietate ex ipsa terra cum potechis, que casa est, que eidem melo pro parte ipsius gemme per ipsum iohannem, sicut suprascripta carta continet, per suprascriptas fines donata est, malo ordine non introisset, nec foveas in eis fecisset aut de ipsa casa disturbasset et scindolas et alia lignamina ex ipsa erecta casa non tulisset, nec tignos ex ipsa casa incidisset vel alias res mobiles ipsorum meli et gemme pertinentes malo hordine tulisset, nec ipsam terram et casam ipsi gemme contrasset Et per partes inter se posuerunt fideiussorem iohannem qui donum dei dicitur filium quondam gregori clerici et medici. Verumtamem quoniam superius inter virgulas scriptum est: vero. Et taliter pro parte ipsius melis te romoaldum notarium scribere precepi. et suprascripta fecit cum licentia ipsius genitoris sui.

† Ego qui supra sico comes et iudex.

MCCLXXXII

A. D. 1058

† In nomine domini, septimodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense decembri, duodecima indictione. Dum coram presentia domne theodore, filie domni gregorii consulis et ducis romanorum, que fuerat uxor paldulfi, qui fuit filius domni guaimarii gloriosi principis, essem ego romoaldus Iudex, guaimarius et iohannes comites germani filii quondam guaimarii comitis coniuncti sunt in convenientiam cum muscato sacerdote et abbate ecclesie sancte sophie, que constructa est intra hanc civitatem secus plateam, que pergit supter ecclesiam sancti maximi, et ecclesie sancti angeli, que constructa est intra hanc civitatem super plateam que pergit ad portam que elinis dicitur, et ipse ecclesie sancte sophie et sancti angeli cum omnibus rebus stavilibus et mobilibus ipsis ecclesiis pertinentibus pertinet ipsi domne theodore et guaimario et gregorio et guidoni et iohanni filiis ipsorum paldulphi et theodore, dum idonei interessent homines, et ipse muscatus ostendit scripta que continebant. Ego muscatus

sacerdos et abbas ecclesie sancte sophie, que constructa est intra hanc civitatem secus plateam que pergit supter ecclesiam sancti maximi et ecclesie sancti angeli, que constructa est intra hanc civitatem supter plateam que pergit ad portam que elinis dicitur, et ipsa ecclesia sancte sophie et sancti angeli cum omnibus rebus stabilibus et mobilibus earu mpertinentibus pertinet domne theodore filie domni gregorii consulis et ducis romanorum que fuerat uxor paldulfi filii domni guaimarii principis et guaimario et gregorio et guidoni et iohanni filiis ipsorum paldulfi et theodore, divisi omnes terras et casas quas guaiferius comes filius quondam guaiferii habuit intra hanc civitatem, de quibus tres partes pertinet ipsi ecclesie sancte sophie, et quartam partem pertinet guaimario et iohanni comitibus germani filii quondam guaimarii comitis a parte gemme amite eorum, que fuerat uxor suprascripti guaiferii. Primum divisi terram cum casa et arco fabrito solarata, in qua ipse guaiferius residebat, et feci ex eo quattuor sortes. Primam sortem feci esse in parte meridie per fines et mensuras: A parte meridie est finis ipsa platea: A parte orientis est finis curtis communis, et per eam ab ipsa platea in parte septemptrionis mensurati iuxta ipsam casam pedes nobem et medium: A parte septemptrionis est finis secunda sors, qualiter ab ipsa curte recte vadit in parte occidentis usque medium parietem fabritum, qui est inter hanc terram cum casa et terram cum casa aliorum. Ab ipsa parte occidentis est finis medium ipse paries et intra ipsam casam recte mensurati prope ipsum parietem pedes octo et medium usque iamdictam plateam, sicut paries ipsius case que a parte meridie iuxta ipsam plateam fabricata est, discernit. Et adiunxi in ista sorte integras pilas que fabricata sunt in ipsa platea iuxta istam sortem in ipsa parte septemtrionis, et integram pilam que fabricata est in ipsa platea in parte meridiei coniunctam cum pariete de quo in hac sorte medietate adiungendum est; et integros arcus et tota edificia que facta sunt super ipsam plateam quantum ex ea isti sortes coniuncte sunt, et integram medietatem ex ipso pariete quantum ex ea suprascriptarum edificiarum coniunctus est. Altera vero medietas in ipsa parte meridie pertinet suprascripte ecclesie sancte sophie, et pars ab occidente de terra cum casa lignea solarata cum parietibus fabricatis, que a parte septemtrionis coniuncta est ad ipsam plateam, et per eam iuxta ipsam casam mensurati recte pedes quindecim. A parte meridie pedes quindecim: A parte orientis est finis illud quod in secunda et tertia sorte adiungendum est. A parte occidentis est finis terra castelmanni comitis filii quondam adelferi comitis cum scala lignea in ipsa platea iuxta istam sortem posita, et cum stillicidiis uno in ipsa platea, altero in ipsa parte meridiei fluentibus, de tota ista feci esse primam sortem cum vice de ipsis curte et platea. Secundam sortem feci ex ipsa terra cum casa per fines et mensuria. A parte meridie et finis suprascripta prima sors: A parte orientis est finis ipsa curtis et anditum quod ex ipsa terra cum casa feci, et per ipsam curtem

et anditum iuxta ipsam casam recte mensurati pedes decem et nobem. A parte septemtrionis est finis tertia sors, qualiter ab ipso andito rectum vadit in parte occidentis usque medium parietem fabritum; et per medium ipsum parietem vadit in ipsa parte occidentis usque medium ipsum parietem qui est inter hanc terram cum casa et terram cum casa aliorum. Ab ipsa parte occidentis est finis medius ipse paries, et intra istam sortem recte mensurati prope ipsum parietem pedes decem et nobem. Et adiunxi in ista sorte pars a meridie de ipsa terra cum casa lignea solarata cum ipsis parietibus fabritis que est per fines: A parte occidentis est finis suprascripta prima sors: A parte septemtrionis est finis illud quod in ipsa tertia sorte adiungendum est: A parte orientis est finis anditum: A parte meridie est finis aliorum et integrum stillicidium quod fluit in ipsa parte meridie, de toto isto feci esse secunda sors cum vice de ipsis curte et anditis et platea. Tertiam sortem ex ipsa terra cum casa feci per fines et mensuria: A parte meridie est finis suprascripta secunda sors, sicut medium ipse paries fabritus discernit; et a medio ipso pariete vadit in ipsa parte orientis secus ipsa secunda sors usque iamdictum anditum. Ab ipsa parte orientis est finis ipsum anditum et per eum iuxta ipsam casam recte mensurati pedes viginti septem minus unciis tribus: A parte septemtrionis est finis quarta sors, sicut medium paries fabritus discernit. A parte occidentis est finis medium ipse paries fabricatus qui est inter hanc terram cum casa et terram cum casa aliorum, et intra istam sortem recte mensurati prope ipsum parietem pedes viginti quattuor et pollicem unum. Et adiunxi in ista sorte de ipsa terra cum casa lignea solarata cum ipsis parietibus fabritis a parte septemtrionis que est per fines et mensuras: A parte septemtrionis est finis ipsa platea: A parte occidentis est finis illud quod in suprascripta prima sorte adiunctum est, et pedes septem: A parte meridie est finis illud quod in suprascripta secunda sorte adiunctum est: A parte orientis est finis ipsum anditum, et pedes septem cum scalis ligneis que posite sunt in ipsa platea iuxta ipsam casam, et cum stillicidio ipsius case quod in ipsa platea fluit. ex hoc feci esse tertiam sortem cum vice de ipsa platea et de ipsis andito et curte. Quartam sortem de ipsa terra cum casa feci per fines. A parte meridie est finis ipsa tertia sors, sicut medium ipse paries fabricatus discernit: A parte orientis est finis ipsum anditum: A parte septemtrionis est finis via, que ducit ad ipsam ecclesiam sancti maximi: A parte occidentis est finis aliorum, sicut totus paries fabricatus istius sortis discernit. Et adiunxi in ista sorte terram cum casa fabricata in solario, que est per fines et mensuras: A parte meridie est finis ipsa via, que, ut dictum est, pergit ad ipsam ecclesiam sancti maximi, et per eam iuxta ipsam casam recte mensurati pedes nobem et medium et uncie due; A parte septemtrionis pedes decem et medium: A parte orientis est finis terra raidolfi fabri ferrari: A parte occidentis est finis paries fabricatus aliorum. Et integram terram

vacuam, quam ipse guaiferius habuit foris hac civitate, que est per fines et mensuras: A parte meridie est finis via et per eam mensurati passi quadraginta: A parte occidentis est finis terra heredum gisulphi, qualiter ab ipsa via ascendit rectum secus ipsam finem in parte quasi septemtrionis passi nonaginta, et est ibidem per latitudinem passi quadraginta quinque; et ab ipsis nonaginta passibus ascendit secus ipsam finem in ipsa parte quasi septemtrionis usque mediam serram montis qui betranus dicitur; et per mediam ipsam serram est per latitudinem passi viginti quinque. Ab ipsa parte orientis est finis terra ecclesie sancti martini, que in eodem loco constructa est, et ipsa ecclesia sancti martini pertinet cum rebus eius iamdicte ecclesie sancte sophie, excepto quartam partem quam ipse guaiferius de portione sua, quam in ipsa ecclesia sancti martini et in rebus eius habuit, dederat suprascripte gemme uxori sue, quam pertinet ipsis guaimario, et iohanni, qualiter incipit ab ipsa via, et rectum ascendit erga ipsam finem et coniungit in eo loco, ubi ipsi quadraginta quinque passi completi sunt; et qualiter ab ipsis passibus secus ipsam terram iamdicte ecclesie sancti martini ascendit rectum usque mediam ipsam serram. Ex hoc feci esse quartam sortem cum vice de ipsis curte et viis et andito et platea. Et pro cognitionis causa mensuravi ipsum anditum in parte septemtrionis iuxta ipsam viam, que ad ipsam ecclesiam sancti maximi pergit, est per latitudinem a pariete ipsius quarte sortis in parte ipsa orientis pedes sex, per longitudinem ab ipsa via in parte meridie pedes viginti tres et planta manus una; et est per latitudinem ibidem ab ipso pariete suprascripte quarte sortis in parte orientis pedes sex minus unciis quattuor. Et ab ipsis viginti et tres pedibus et planta vadit in parte meridie usque iamdictam curtem; et est per latitudinem secus ipsam curtem a pariete suprascripte secunde sortis in parte orientis pedes decem. Omnes suprascriptas mensuras iusto passu hominis et iusto pede manus hominis mensuratas. Et cum ipse scripte lecte fuerunt, prius ipsi germani guaimarius et iohannes comites comprehenserunt suprascriptam quartam sortem, qualiter superius facta est, cum omnibus que intro eam sunt cunctisque eius pertinentiis et cum vice de ipsis curte, et viis, et andito et platea; ea ratione, ut semper sit in potestate eorum et heredum illorum; et illi et illorum heredes licentiam habeant de eo facere quod voluerint. Et illi et illorum heredes et homines quos voluerint, potestatem habeant in ipso andito secus ipsam quartam sortem scalam ligneam ponere et habere per latitudinem duos pedes et in alto super ipsum anditum similiter duos trabes extendere ab ipsa eorum sorte in parte orientis tres pedes et desuper ipsos trabes iusta ratione menianum facere et habere, et in uno ipsorum trabium caput iamdicte scale habere et ex ipsis trabibus et meniano et scala facere quod voluerint. Et ipse abbas comprehensit ipsas primam et secundam et tertiam sortes, qualiter superius facte sunt, cum omnibus que intra eas sunt cunctisque ea-

rum pertinentiis et cum vice de ipsis curte et viis et andito et platea. Ea ratione ut semper sint in potestate ipsius abbatis et successorum eius et partis ipsius ecclesie, et liceat ipsum abbatem et successores eius et partes predicte ecclesie de eo facere quod voluerint. Et ipse abbas et successores eius et pars iamdicte ecclesie et homines quos voluerint, potestatem habeant in ipso andito secus ipsas sortes quas comprehensit, duas scala ligneas disiunctas in ipso anditu in singulis locis positas, unaqueque earum per latitudinem pedes duos, ponere et habere et in alto iusta ratione super ipsum anditum quattuor trabes extendere, et super ipsos trabes dua meniana iusta ratione facere et habere ab ipsis sortibus in parte orientis per latitudine pedes tres et in unoquoque eorum ab ipsa capita scalarum habere. Et in iamdicta curte ipse Abbas et successores eius et pars iamdicte ecclesie potestatem habeant ponere et habere unam scalam ligneam secus ipsas sortes, quam, ut superius legitur, compreensit, tam illi quam et homines quos voluerint per latitudinem tres pedes, et in ea duas furcas fictas habere longius ab ipsis sortibus pedes quattuor et super eam menianum extendere per latitudine quatuor pedes et ipsas duas furcas iamdicto meniano subponatur longius ab ipsis sortibus pedes quattuor, et in ipsa curte fictas, et caput iamdicte scale in ipso meniano ponatur. Et ipse abbas et successores eius et pars iamdicte ecclesie et homines quos voluerint, licentiam habeant ex eo facere quod voluerint. Et per convenientiam ipsi germani guadiam ipsi abbati dederunt et fideiussorem ei posuerunt landolfum filium quondam landonis comitis. Et per ipsam guadiam obligaverant se et suos heredes semper permanere cum ipso abbate et successoribus illius et cum parte ipsius ecclesie in suprascripta divisione, et in omnibus suprascriptis, quemammodum superius legitur. Et si in suprascripta divisione et in omnibus suprascriptis, quemadmodum superius legitur, illi et eorum heredes cum ipso abbate et cum illius successoribus et cum parte ipsius ecclesie non permanserint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere ipsi abbate et successoribus illius et parti ipsius ecclesie, dum idonei interessent homines, mille auri solidos constantinos, suprascriptis mensuratis suprascripto iusto pede mensurato. Et taliter te romoaldum notarium scribere precepi.

✝ Ego qui supra romoaldus iudex.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCLXXXIII

A. D. 1058

Aliud exemplar suprascripti Instrumenti.

MCCLXXXIV

A. D. 1059

✝ In nomine domini, septimodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense februario, duodecima indictione. Dum in sacro salernitano palatio coram presentia suprascripti domni nostri gisulphi excellentissimi et a deo conserbati principis· essem ego sico comes et iudex, et plures more solito circa eum astarent fideles. Inter quos aderat domnus leo reberentissimus abbas monasterio sancte et individue trinitatis, quod conditum est foris hanc salernitanam civitatem in loco mitiliano. Ipse domnus princeps, cui non deest curam et sollicitudinem venerabilium locorum, annuentes precibus ipsius domni abbatis per hanc cartulam pro amore domini et salbatori nostri ihesu christi et redemtionis anime sue offeruit in eodem monasterio integras portiones, quas iohannes de dumnello et grimoaldus frater eius et disideus filius quondam vere et marius et sico et iohannes filii quondam risi et iaquintus filius quondam *(deest nomen)* de ipso loco mitiliano, qui sine heredibus mortui sunt, et res eorum curtis regis pertinent, quomodocumque habuerunt in terram cum insiteto et castaneto et arbusto et vacuo de ipso loco, ubi nobara vocatur, que est per fines. A parte meridiei finis medium vallonem quod tracclum dicitur, quod discernit inter hanc et alteram terram ipsius monasterii, set non per totum, qualiter ascendit a medio plano qui dicitur de nobara in parte occidentis et coniungit in musclone quod discernit a fine aliorum, et per medium ipsum musclonem ascendit in eum locum, ubi dicitur turricelle. A parte occidentis finis ipse turricelle; a parte septemtrionis finis media serra, qualiter descendit rectum in torum qui dicitur paraionis, et per medium ipsum torum et iuxta fines ipsius monasterii descendente in ipsum planum de nobara et per medium ipsum planum descendit et coniungit in priore fine; et offeruit in eodem monasterio integras portiones, quas alii homines de ipso loco mitiliano vel de alio loco habitatores qui sine heredibus mortui sunt, vel qui foris provincia fugire temptaverunt, quomodocumque habuerunt in supra-

scriptam terram per iamdictas fines, et in aliam terram cum arbusto et castaneis et vacuo de ipso loco ubi tracclum dicitur, que est per fines et mensuras, iusto passu hominis mensuratas. A parte orientis finis res ipsius monasterii. A parte meridiei finis via que ducit inter hanc et alteram terram ipsius monasterii, et intra ipsam terram recte prope ipsam viam mensurati passi viginti quattuor. A parte occidentis finis medius paries fabritus antiquum et medius limes. A parte septemtrionis finis medium ipsum vallonem, et prope eum recte intra ipsam terram mensurati passi viginti sex et medius, cum omnibus que intra ipsas portiones, quas quomodocumque habuerunt ipsi homines sine heredibus mortui, et qui foris provincia fugire temptaverunt, in ambas suprascriptas terras per suprascriptas fines et mensuras, qualiter suprascriptum est, sunt, cunctisque eorum pertinentiis et cum vice de ipsa via et de aliis viis suis et cum muniminibus exinde continentibus: ea ratione ut semper sit integra suprascripta offertio, sicut suprascriptum est, in potestate ipsius domni abbatis et successoribus illius et partibus ipsius monasterii, et liceat ipsum domnum abbatem et successores eius et partes ipsius monasterii de ea facere quod voluerint. Necnon et ipse domnus princeps per interventum ipsius domni abbatis per hanc cartulam generalem licentiam tribuit, ut quiquevet ex habitatoribus de ipso loco mitiliano et de loco pasciano, et quiquevet in ipsis locis habitaturi erunt, volunt vel voluerint, omnes res suas vel partes ex eis offerre vel iudicare vel alio modo in eodem monasterio tribuere, potestatem habeant qualiter et quando voluerint, absque licentia et contrarietate ipsius domni principis et heredum eius et exactorum reipublice aut cuiquam hominum. Et ille qui eo tempore in eodem monasterio prefuerit, et successores eius et pars ipsius monasterii licentia habeant ex eisdem rebus facere quod voluerint. Et per convenientiam iaquintus vestararius ipsius domni principis per illius iussionem et pro eius parte guadiam dedit iohanni monacho, dum ibidem ipse domnus abbas adesset, et fideiussorem ei posuit sergium filium quondam landolfi atrianensis qui dictus est curialis, et ipse iohannes ipsam guadiam et ipsum fideiussorem suscepit pro parte ipsius monasterii, et per ipsam guadiam ipse domnus princeps obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi domno abbati et successoribus illius et partibus ipsius monasterii integrum illud quod in eodem monasterio, sicut suprascriptum est, offeruit, ab omnibus hominibus, et tribuit licentiam, ut quando ipse domnus abbas et successores suos et partes ipsius monasterii voluerint, potestatem habeant illud per se defendere, qualiter voluerint cum omnibus muniminibus,et rationibus quas de eo ostenderint. Et si sicut superius scriptum est, ipse domnus princeps et suos heredes ipsi domno abbati et successoribus eius et partibus ipsius monasterii non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsi domno abbati et successoribus eius

et partibus ipsius monasterii ducentos auri solidos constantinos. Verumtamen quem ex ipsa terra de nobara pertinet ipsi monasterio integras portiones, quas ibidem habuerunt iohannes filius quondam petri de ipso loco mitiliano et magenolfus filius quondam iohannis et gemma genitrix eius. Et taliter tibi iohanni notario scrivere precepi, memorans illud quod superius disturbatum et quem regis legitur.

✝ EGO QUI SUPRA SICO COMES ET IUDEX.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCLXXXV

A. D. 1059

✝ In nomine domini, septimodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense februario, duodecima indictione. Ante me iohannem iudicem melus filius angeli abbatis causavit cum iohanne clerico filio quondam sergii atrianensis, dicens ei, ut ipse Iohannes malo hordine intrasset in res ipsius meli pertinentes foris hac civitate in locis pastorano et lirino et per fines et vocabula et pertinentia ipsorum locorum, et foveas ibidem fecisset et arbores et vites inde abscidisset et sepes ex eis rupisset et in eis misisset et frudium ex eisdem rebus tulisset et ipsas res eidem melo contrasset. Ipse Iohannes respondit in suprascriptis locis et per fines et vocabula et pertinentia ipsorum locorum plures res haberi, sed nescire de quibus ipse melus cum eo causaret. Ego autem, sicut inter eos convenit, iudicavi et illos guadiare feci, ut ad ipsas res pergerent cum iudice et notario. et ipse melus monstraret ipsi Iohanni ipsas res, de quibus superius cum eo causaret, et pro parte plicarent se cum suis rationibus et secundum legem inter se finem faciant ex eo quo ipse melus cum ipso iohanne, sicut suprascriptum est, causavit. Et ipse Iohannes posuit ipsi melo fideiussorem landolfum filium quondam comitis Iohannis. Et ipse melus fideiussorem ipsi Iohanni posuit Iohannem notarium filium quondam truppoaldi notarii. Suprascripta fecit ipse melus per absolutionem ipsius genitoris sui. Et taliter pro parte ipsius meli te ademarium notarium scribere precepi.

✝ Ego qui supra Iohannes Iudex.

MCCLXXXVI

A. D. 1059

† In nomine domini, septimodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense februario, duodecima indictione. Ante me romoaldum iudicem petrus filius quondam iohannis qui fuit filius sergii greci, et blatta uxor eius filia quondam iaquinti, coniuncti sunt cum theophilo monacho presbitero et abbate ecclesie, que constructa est ad honorem sanctissimi confessoris nicolai foris hac salernitana civitate, in loco veteri, ubi ad gallumcanta dicitur, que pertinet heredibus lamberti et landoarii comitis, Et ipsi petrus et blatta vir et uxor clarificaverunt se habere terram cum vinea et silba in suprascripto loco veteri super fluvium qui boneiam dicitur, quam dixerunt esse per fines et mensuras, iusto passu hominis mensuratas: de pede finis via que dicitur nucerina, inde est per latitudinem passi viginti: de capite passi alios viginti, et in medium per traversum sunt per latitudinem passi viginti, et per longitudinem ab ipsa via et usque muricem de monte, in quo ecclesia dedicata est ad honorem domini et liveratoris nostri ihesu christi, et dixerunt illam terram a parte septemtrionis coniunctam esse ad res pertinentem ipsius ecclesie sancti nicolai. Et de ea quartam partem dixerunt pertinere ipsi blatte per datum ipsius viri sui, et tres partes ipsi petro. Et ideo sicut ipsis petro et blatte congruum fuit sua voluntate per convenientiam per hanc cartulam, dum idonei interessent homines, venumdederunt ipsi theophilo abbati integram suprascriptam terram cum vinea et silba per suprascriptas fines et mensuras cum omnibus que intra eam sunt, cunctisque eius pertinentiis, et cum vice de ipsa via, et cum duabus cartulis ex eadem terra continente, quarum prima scripta per dauferium notarium vicesimo secundo anno principatus domni guaimarii, mense agusto, octaba indictione, in quam subscripti sunt ragemprandus et iaquintus et petrus. Secunda scripta per iaquintum notarium tricesimo quinto anno principatus domni guaimarii, et quinto anno domni guaimarii eius filii, mense maio, sexta indictione: et in ea subscriptus ragemprandus iudex. Ea ratione ut semper sit in potestate ipsius abbatis et partis ipsius ecclesie sancti nicolai. et liceat partem ipsius ecclesie de ea facere quod voluerit. Et propter confirmationem huius venditionis ipsi vir et uxor susceperunt ab ipso abbate statutum pretium auri solidos viginti quinque in omni deliveratione. Et per convenientiam ipsi petrus et blatta guadiam ipsi abbati pro parte ipsius ecclesie sancti nicolai dederunt et fideiussorem ei pro illius parte posuerunt Iohannem germanum et cognatum illorum ac filium suprascripti Iaquinti. Et per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes semper defendere parti ipsius ecclesie sancti nicolai integram suprascriptam

venditionem ab omnibus hominibus et partibus. Ea ratione ut quando pars ipsius ecclesie sancti nicolai ipsos petrum et blattam et eorum heredes defensores de ea habere quesierint, per omnes vices det eis suprascriptas cartulas salbas iusta ratione habendas diebus sexaginta. Et per omnes vices ipsi petrus et blatta et eorum heredes suprascriptam venditionem parti ipsius ecclesie sancti nicolai, sicut suprascriptum est, defendant. Et post completos ipsos dies per omnes vices cartulas ipsas salvas, quales eis date fuerint, ipsi petrus et blatta et eorum heredes parti ipsius ecclesie sancti nicolai reddant. Et tribuerunt ipsi abbati pro parte ipsius ecclesie licentiam, ut quando pars ipsius ecclesie sancti nicolai voluerit, potestatem habeat suprascriptam venditionem per se defendere, qualiter voluerit cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de eo ostenderit. Et si sicut superius scriptum est, ipsi petrus et blatta et illorum heredes parti ipsius ecclesie sancti nicolai non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere parti ipsius ecclesie sancti nicolai centum auri solidos constantinos. Verumtamen et ipsi petrus et blatta venumdederunt ipsi abbati, cum eo quod ei, sicut suprascriptum est, venumdederunt, per convenientiam unam aliam cartulam, que scripta est per mirandum notarium vicesimo tertio anno principatus domni guaimarii, mense maio, nona indictione, in qua subscripti sunt ragemprandus et rodelgrimo, ut illam semper esset in potestatem parte ipsius ecclesie sancti nicolai, et faceret ex ea quod voluerit. et cum pars ipsius ecclesie ipsos petrum et blattam et eorum heredes defensores de suprascripta terra habere quesierint, pars ipsius ecclesie illam eis cum ipsis aliis duabus dent cartulis in eo hordine et ratione, qualiter ex ipsis aliis duabus cartulis superius scriptum est. Et ipse abbas dum vixerit suprascriptam terram usufruendi nomine teneat et de usufructu illius faciat quod voluerit, sicut continet brebem quod ipse abbas ex ipsa ecclesia sancti nicolai retinet A parte heredum ipsorum lamberti et landoarii comitis, qui scriptum est per romoaldum notarium. quod superius inter virgulas scriptum est, legitur: defendant. et taliter te ademarium notarium qui interfuisti scribere precepi.

† Ego qui supra romoaldus iudex.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

† Ego grimoaldus notarius et advocatus.

MCCLXXXVII

A. D. 1059

Summarium

Divisio bonorum in loco Capaczano inter leonem filium quondam Landonis et Ioannem anno decimoseptimo principatus domni Gisulphi.

MCCLXXXVIII

A. D. 1059

✝ In nomine domini, octabodecimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense martio, duodecima indictione. Ego Iohannes domini gratia abbas ecclesie sancte et intemerate dei genetricis marie, que condita est intra hanc salernitanam civitatem, et pertinet heredum domni iohannis olim principis, per convenientiam tradidi leoni varrilario filio quondam iohannis: dum idonei homines interessent, de terra cum casa fabrita solarata, pertinente ipsius ecclesie foris hanc predictam civitatem, quam pridem ille et maurus cannabarius fabricare fecerunt, que est per fine et mensuria iusto pede manus hominis mensurata: a parte orientis finis sicut discernit paries fabritus de casa ipsius ecclesie, quam retinet falco barisanus, et pedes undecim: a parte meridiei finis terra ipsius ecclesie, et pedes viginti quattuor: a parte occidentis finis anditu ipsius ecclesie, quod ducit a portella, que pene eadem casa facta est in muro isthus civitatis, quod pertinet ipsius ecclesie, et pedes undecim: a parte septemtrionis finis ipsum murum, et pedes viginti quattuor. integram tertiam partem de catodeo et duas partes de solario in parte orientis cum vice de via sua. Tali vero hordine, ut amodo et usque completi viginti et nobem anni sit in potestate ipsius leonis et heredum eius et hominum, quos ibi mittere voluerint ad habitandum, eam tenendam et dominandam, fobeas et omnes suas utilitates iusta ratione ibi faciant et habeant, qualiter voluerint, Necnon et tradidi suprascripti leoni in suprascripto hordine menianum, quod factum est ante ipsam casam, per latitudinem ab ipsa casa in parte meridiei pedes octo, et per longitudinem ab orientali cantone ipsius case in parte occidentis pedes duodecim ad suprascriptum pedem mensuratos cum duabus ligneis columniis in ipsam terram per substentationem iamdicta mensuria fixis, et cum scalam ligneam in ipsam terram

iuxta ipsam casam positam. Ita tamen ut si voluerint, faciant edificium super ipsum menianum qualiter voluerint iusta ratione, et quando necessum fuerit, ipsam traditionem conciare faciant, et quod censum et dationem ex ipsa traditione tollere et habere potuerint, infra ipsos annos totum sibi habeant, faciendum quod ex eo voluerint. Et pro tributo suprascripte traditionis ipse leo et suos heredes dent michi meisque successoribus vel parti ipsius ecclesie per omnem ipsorum annorum annum quattuor auri tarenos bonos, quos per caput sine iuncta per hanc terram dari possamus. Completis vero ipsis annis inclitam ipsam traditionem conciata, coperta, clusa bona cum regiis et clabibus, et salba cum ipsis meniano et casa remittant michi meisque successoribus vel parti ipsius ecclesie, faciendum quod voluerimus; et illi et homines quos ibi miserint, liceat ex ea abstraere omnes res suas et ducere quo voluerint. et per convenientiam ipse leo guadia michi dedit et fideiussorem michi posuit seipsum. et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes, si ipso tributo omni anno de suprascripto mense, sicut dictum est, non dederint, et sicut suprascriptum est, michi meisque successoribus et parti ipsius ecclesie non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, componere michi meisque successoribus et parti ipsius ecclesie triginta auri solidos constantinianos; et taliter scripsit iohannes notarius.

† Ego ademarius notarius me subscripsi.

† Ego romoaldus notarius me subscripsi.

MCCLXXXIX

A. D. 1059

† In nomine domini, octabodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense magius, duodecima indictione. Ante me petrum iudicem leo atrianensis filius quondam iohannis coniunctus est cum Iannacio cognato suo filio quondam leonis; tamen ipse iannaci vice sua et vice ursi et griselaite filiorum eius propter ad compreendendum inter se sortem de terra cum casa de intus anc salernitanam cibitate in horto magno a super et propinquo platea, que exit per portam que elinis dicitur, et ipsa terra cum casa commune habet cum ipse leo, et fecit inde ipse iannaci tres sortes: primam sortem feci in parte orientis per finis et mensuria: A parte septemtrionis est finis anditum, inde pedes tres et medium et unciis duabus cum toto pariete fabritum istius sortis, quod est ab ipsa parte orientis. a parte orientis est finis supra-

scripti leonis sicut totus ipso paries fabricatus istius sortis discernit. et fine aliorum; a parte meridiei est finis sicut totus paries fabricatus istius sortis discernit per facie de ipso pariete mensurato cum totum ipso pariete. a parte orientis istius sortis mensurati pedes alii tres et medium et unciis duabus. a parte occidentis est finis secunda sorte. ex oc feci esse prima sorte cum vice de ipso andito; Secunda sorte feci ibique de ipsa terra cum casa per finis et mensuria: a parte septemtrionis est finis ipsum anditum, inde pedes quattuor, minus unciis quattuor: a parte orientis est finis ipsa prima sorte: a parte meridiei est finis, sicut totus ipso paries fabricatus istius sortis discernit, intus ista sorte per facie de ipso pariete mensurati pedes tres et medium, minus unciis duabus: a parte occidentis est finis tertia sorte: ex oc feci esse secunda sorte cum vice de ipso anditu. Tertiam sortem feci ibique de ipsa terra cum casa per fines et mensuras: a parte septemtrionis est finis ipsum anditum, inde pedes quattuor cum medio ipso pariete a parte occidentis; a parte orientis est finis ipsa secunda sorte; a parte meridiei est finis, sicut totus paries fabricatus istius sortis discernit, mensurata per facie de ipso pariete, cum medio ipso pariete a parte occidentis de ista sorte pedes quattuor. a parte occidentis est finis, sicut medius ipso paries fabricatus discernit, qualiter vadit per medium ipsum parietem usque ipso andito priore finis: ex oc feci esse tertia sorte cum vice de ipso andito, suprascriptam mensuriam iusto pede manus ominis mensurata. et qualiter inter illos convenit prius ipse leo compreensit de ipse tres sortes. ipsa prima sorte, qualiter supra facta est cum omnia intro se abentibus, omnibusque suis pertinentiis et cum vice de ipso anditu. Et ipse iannaci pro parte sua et pro parte de ipsi filii sui compreensit reliqua secunda et tertia sorte, qualiter superius facte sunt cum omnia intro se habentibus, omnibusque suis pertinentiis et cum vice de ipso andito, ad faciendum illis et illorum eredes pro parte de ipsa sorte, qualiter superius compreenserunt, quod voluerint. Et per convenientiam ipse iannaci guadiam ipsi leoni dedit, et fideiussorem ei posuit petrum cognato suo filio quondam alechisio, et per ipsam guadiam ipse iannaci obligavit se et eius eredes omni tempore permanendum cum ipsum leonem et cum illius eredibus in suprascripta divisione, et in omnia, qualiter superius legitur, faciant permanere ipsi filio et filia sua et illorum eredibus cum ipsum leonem et cum illius eredibus. Et si ipse iannaci et eius eredes cum ipsum leonem et cum eius eredibus in suprascripta divisione et in omnia, qualiter superius legitur, non permanserint, et ipsi filio et filia sua et illorum eredibus in suprascripta divisione, et in omnia, qualiter superius legitur, permanere non fecerint cum ipsum leonem et cum illius eredibus, et suprascriptam vel exinde remobere aut contradicere presumserint, per ipsam guadiam ipse iannaci obligavit se et eius eredes componere ipsi leoni et illius eredibus quinquaginta auri solidos constantinos: et suprascripta firmiter permanere et, sicut superius scriptum est, adim-

plere. et quod superius inter virgulos scriptum est, in primo loco legitur: et unciis duabus; et in alio loco legitur: cum medio ipso pariete a parte occidentis. et taliter te romoaldum notarium qui interfuisti scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCXC

A. D. 1059

† In nomine domini, octabodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense maio, duodecima indictione. Ante me petrum iudicem leo et iohannes et disiio germani filii quondam marini, coniuncti sunt cum mansonem filium quondam mastali, et sicut ipsi leo et iohannes et desiio congruum fuit bona illorum boluntate per anc cartulam obligaverunt ipsius mansonis inclite rebus illorum de locum montana, quod eorum pertinet per firmam cartulam, que scripta est per iohannem notarium de tricesimo tertio anno principatus domni guaimarii gloriosi principis, et duodecimo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et nono anno principatus et ipsorum ducatuum suprascripti domni nostri gisulfi eius filii eximii principis et ducis, mense ianuario, quarta indictione. petrus filius quondam sergii atrianensis, qui dictus est caccabello, coniunctus fuerat cum ipsum marinus filius quondam iohannis, et sicut ipsi petro congruum fuerat, sua boluntate per ipsam cartulam pro parte sua et pro parte mansoni et ursi germani sui commutationis hordine tradiderat ipsius marini suprascripta rebus de predicto locum montana, uvi proprio ad zapparani dicitur, quod paratam habebant da Ademarius et Iannaci filii quondam mansonis, et receperant ab ipso marino inclita terra cum casa sua, quas habebat intra hanc salernitanam civitatem suptus platea que ducit ad porta elini, ad faciendum de ipsa rebus ipse marinus et suos heredes quod bolerent, sicut ipsa cartula continet, in qua testatum est sico comes et iudex. Ea ratione ipsis germani filii predicti marini ipsa rebus ipsius mansonis obligaverunt, ut si quolibet tempore illis et illorum heredibus ipsa res vel ex ipsa quomodocumque datura aut bindituram habuerint, non abeant potestatem cuique illam vel ex ipsas dare aut per quemlivet titulum alienare; solummodo ipsius mansonis et ad eius heredes illut deant ad iusto baliente pretium, que iuste fuerint appretiatum per sapientes et deum timentes homines iuste fuerint appretiatum. et illis et illorum heredibus faciant scire ipsum manso et eius heredes pro illut hab eis hemendum per tertio constitutum usque dies triginta sex. et

si infra ipsa constituta ipse manso et suos heredes ipsa res vel ex ipsas hemere noluerint ad iusto balientem pretium, sicut dictum est, minus tari quattuor; Tunc post ipsa constituta liceat illis eas dare cui boluerint. Nam si ante ipsa constituta cuicumque illut vel ex ipsos dederint sine solutionem ipsius mansoni et de eius heredes, sicut de eorum potestate pareat subtractum, tunc sine dato pretium rebertat ad potestatem ipsius mansonis et de eius heredes, faciendum ex eo quod voluerit. Et per convenientiam ipsis germanis guadiam ipsi mansoni dederunt et fideiussorem ei posuerunt seipsis, et per ipsam guadiam obligaverunt se et illorum heredibus, si sicut superius scriptum est, ad ipsum manso et ad eius heredes non adimpleberint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suis heredibus componere ipsius mansonis et ad eius heredes quinquaginta auri solidos constantinos. et sicut superius scriptum est adimplere. et quod superius inter birgulos scriptum est dicit: sic ut de eorum potestate pareat subtractum. et taliter te iohannem notarium scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCXCI

A. D. 1059

† In nomine domini, octabodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense iunio, duodecima indictione. Dum in monasterio beatissimi petri principis apostolorum, quod constructum est intra hanc a deo conservatam salernitanam civitatem subter ecclesia sancti maximi, coram presentia domni leonis veneravilis ipsius monasterii abbatis et monasterii, quod ad onorem sancte et individue trinitatis conditum est foris hac civitate loco ubi mitilianum dicitur pertinente huius principis, essem ego rottelgrimus comes et iudex, et plurimi fratres sacre congregationis ipsius monasterii sancti petri circum adstarent, inter quos aderant rolgrimus filius quondam grimoaldi comitis et iudicis. Ipse quod rolgrimus, sicut ei congruum fuit sua voluntate per hanc cartulam . . . . sub cuius statuta regulae degere videtur, tradidit alfano . . . . . . sua et pro parte sua et pro parte iohannis filius quondam roffredi, qui fuit germanus ipsorum rolgrimi. . . . . per convenientiam, dum idonei interessent homines, integras omnes res suas staviles, quas ei a parte ipsius . . . . et genitricis sue seu undecumque habere pertinuerunt et pertinent, tam intra hanc salernitanam civitatem quam et

foris cum omnibus que intra eas sunt cunctisque eius pertinentiis et cum vice de plateis et viis et anditis suis et cum muniminibus ex eis continentibus. Hac denique ratione, ut amodo et deinceps ipsi alfanus et iohannes et illorum heredes suprascriptam traditionem in sua detineant potestate. Et illi et illorum heredes licentiam habeant de eo pfacere quod voluerint. Is ita peractis, ipse vero rolgrimus per convenientiam dum ipsi idonei homines ut dictum est..... per absolutionem ipsius domni abbatis guadiam ipsi alfano pro parte sua et ipsius iohannis nepotis sui dedit et fideiussorem ei pro sua illius parte posuit iohannem filium quondam landenolfi comitis. Et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsis alfano et iohanni et illorum heredibus integrum illud quod eidem alfano, sicut suprascriptum est, tradidit, ab omnibus hominibus quibus per ipsum rolgrimum et per heredes illius illud vel ex ipso quomodocumque datum aut obbligatum vel manifestatum seu alienatum paruerit. et qui pro illorum parte et dato quascumque causationes de eo ipsis alfano et iohann et illorum heredum preposuerit ab ipsis autem hominibus et cum voluerint ab omnibus hominibus, potestatem habeant ipsi alfanus et iohannes et illorum heredes illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus munimibus et rationibus quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse rolgrimus et eius heredes ipsis alfano et iohanni et illorum heredibus non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam, quam et per absolutionem ipsius domni abbatis, obligavit se et suos heredes componere ipsis alfano et iohanni et illorum heredibus quingentos auri solidos constantinos. Et ipse domnus abbas per convenientiam coram ipsis idoneis hominibus qui interfuere obligavit se et successores . . . . suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint componere ipsis alfano et iohanni et illorum heredibus quingentos auri solidos constantinos. Verumtamen hoc memorando confirmari facio, ut si quis ex ipsis alfano et iohanni absque heredes defunctus fuerit, integra eius portio suprascripte traditionis perveniat ad potestatem illius persone que viva fuerit et heredum eius ad faciendum ex ea illa et eius heredes quod voluerit. Et duas cartulas unius tenoris, hanc quam ipse alfanus et alteram quam ipse iohannes retinet, te ademarium notarium scribere precepi.

† Ego qui supra leo abbas.

† Ego qui supra rolgrimus monachus.

† Ego manso monachus.

† Ego qui supra Rottelgrimus comes et iudex.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCXCII

A. D. 1059

† In nomine domini, octabo decimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis mense iulio, duodecima indictione. Dum coram presentia domne theodore filie domni gregorii consulis et ducis romanorum que fuerat uxor paldulfi qui fuit filius domni guaimarii gloriosi principis essem ego iohannes iudex et ibidem aderant aloara filia quondam romoaldi comitis que uxor denique petri comitis et referendarii fuerat, et lando et iohannes comites et referendarii germani hac filii ipsorum petri et aloare et alferada olim filia guaiferii comitis que est uxor ipsius landonis et bensolana filia quondam petri et uxor est ipsius iohannis, et iohannem clericum filium quondam rainerii in cuius manu paruit unum scriptum quod scriptum est per dauferium .... octabo decimo anno principatus domni guaimarii filii domni guaimarii mense decembri, quarta indictione. ipse petrus comes maritus ipsius aloare, sicuti congruum fuit, sua voluntate ante ademarium comitem et iudicem et aliorum novilium donaverat malfredi et iohanni comitibus germanis predicti aloare inclitum mundium quod ei pertinebat in ipsa .... Tali hordine ut ab ortum ipsius petri in antea inclitum ipsum mundium in illorum esset potestatis, seu et de illo viro cui scriptum ipsum in manu pareret, illud habendum et faciendum quod vellent, sicut ipsum scriptum continet, in quo ipse ademarium iudex subscriptus est. Et ipsa domna theodora ostendit duas cartulas quarum una continebat: In nomine domini, vigesimo anno principatus domni nostri guaimarii. Et primo anno principatus domni iohanni eius filii gloriosi principibus, mense ianuarius, sexta indictione. Cum autem supradictus domnus gloriosus princeps secundum gloriam dignitatis sue more solito resideret in sacro salernitano palatio, et ante eum adessem ego grimoaldus comes et iudex, ibique in eadem presentia venerunt mulier nomine aloara filia quondam romoaldi comitis et relicta quondam petri comitis cum duobus filios suos unum ex illis nomine lando et ipso alio nomine iohannes qui sunt infantes infra etatem, et humo prostrati clamaverunt suaque necessitate intimare volentes et ipsa gloriosa potestas precepit suaviter ipsi infantes erigere et illis interrogare quodnam esset causa pro qua venissent. illis autem dixerunt, ut ipse petrus pater eorum mortuus esset, et dum vivus erat ad salvandum dimisit et non aberet pretium unde devitum ipsum salvare poterent et a creditoribus et fideiussoribus suis valde essent angustiati, et venissent illud notificare supradicto domni magni principi, ut venundare poterent de rebus suis quantum ipso devitum est. ego autem interrogavi illis quantum esset ipso devitum et que de rebus sua venundare volerent. illis autem dixe-

runt ut ipso devitum esset solidos quingentos et volerent venundare terris et casis illorum a foras hac predicta civitate salerno a muro de ipsa civitas usque via puplica que secus litus maris ducit. ego vero supradictus iudex reduxi ipsi infantes ante supradicta gloriosa potestas et, sicut illis nobis dixerunt, per ordinem illud narravi eidem magnifice potestati; ille autem magnificus domnus princeps propter deum et mercedis anime sue, cum ipsi infantes de sua presentia direxit personam deum timentem ad ipsa terra et casis qui hoc ipsum opus sapienter consideraret, ut ad ipsi infantes aliqua damnietas propter onere solidorum aut contraratione et neglegentia minime perveniret. et dum cum illis abiit et reversus est, nuntiavi eidem domni magni principi ut ipsa terra et casis diligenter et sapienter cum plures aliis idonei hominibus considerassent et adpretiasset, sed non plus quam ipso devitum valeret. et ipse supradictus domnus gloriosus princeps licentiam ad ipsi infantes dedit ipsa terra et casis venundare cui volerent et solidos ipsos inde acciperent et devitum ipsum salvarent et michi supradicto grimoaldi comiti et iudici precepit cum illis ad ipsa vindictione facienda essem, et ante mea presentia venit vir nomine iohannes germanus predicte aloare qui dixit ipsa terra et casis ab ipsi infantes et ab ipsa genetrice illorum emere voleret et ipsos solidos inde eorum daret, et ipsa aloara ibique ante nos secum habentem duos germanos et parentes suos et sic me ipsa mulier rogavit et dixit quia omnia quod in ipsa terra et casis ei pertineret voleret vindere, et ipsi parentes eius in ipsa vinditione manus suas posuerunt et seipsa inde vinditricem fecit et ipsis filiis et mundoalt suis ei inde consenserunt, ut quod vindiderit semper stabile sit, et petrus scriba per notitia ipsorum parentibus et mea qui iudici hanc cartulam vinditionis inde scribere iussi. sic itaque acta ipsis mater et filiis per hanc cartulam ante mea qui grimoaldi comitis et iudici presentia et ante ipsis parentibus eidem mulieri comuniter ipsis mater et filiis venundederunt atque ad semper habendum venundederunt ipsius iohanni comiti ipsa terra et casis, unde ibique ante nos ostenderunt duobus preceptora unum vetere et alium nobum, ipsum vetere continens: siconolfus dei providentia langobardorum gentis princeps per rogum siconis thesaurarii sui concesserat radechis castaldei filii moncolani inter aliud terra vacua inter murum et muricinum de hac noba salernitana civitate: ipsa terra in longitudine passi septuaginta ab ipsum diffusurio qui exit de intus curte sancti michaeli per ipsum murum adveniente ab inde contra sacrum suum palatium una cum . . . . . . in ipsu muru prope ipsa posterola in capu de ipse scale et in latitudo ab eodem de muro usque in ipso muricino, et a fore ipso muricino per exinde mensura usque ad mare pro eo quod ipse radechis eidem domni sicenolfi dederat unam curtinam valentem solidos mille que pro salvatione gentis et terre sue direxerat salutem in franciam ad ipsum imperatorem, sicut ipso praeceptum continet, quod

scriptum est per toto notario et ab utile annulo est sigillatum. et ipso preceptum nobum continentem: In nomine domini dei eterni salvatoris nostri hiesu christi, guaimarius divina protegente clementia langobardorum gentis princeps concedo tibi petri comiti thio et referendario nostro per postulationem laidolfi comitis socero nostro terra vacua ad mare a foras murum nostre civitatis salerno que est per has fines et mensuras. A parte occidentis erga ipso diffusurio quod exiet de intus curte sancti michaelis usque ad litore maris erga mare, in parte orientis passi decem et octo et saliente a mare in parte septemtrionis usque muro nostre civitatis et erga ipso muro usque in priore fine unde exiet aqua de ipso supradicto diffusurio, passi decem et octo. hec vero terra tibi tuisque heredibus concedimus ut faciatis in ea edificium qualiter bolueritis, et potestatem habeatis vos in ipso muro apprehendere et rumpere, ut posterola ibi habere debeatis ad ingrediendum et regrediendum exinde cum vestris congruitatibus; simulque potestatem habeatis in predicta terra edificia in altum levare et operare qualiter volueritis. et neque a nostris comitibus, iudicibus, castaldeis vel a quibuscumque hagentibus habeatis aliquam contrarietatem exinde vel requisitionem; sed faciatis de predicta nostra concessione vos et vestros filios et heredes quicquid volueritis absque omnibus puplicis requisitionibus. textum vero huius firme ac stavilis nostre concessionis scribere precepimus te truppoaldum abbatem et scribam nostri sacri palatii, anuloque nostro insigniri iussimus, de mense martio concurrente indictione quintadecima anno deo propitiante nostri principatus quartodecimo. Et cum fuerunt lectos supradicta preceptora, sicut dictum est, supradicta aloara et lando et iohannes germani filii ipsius aloare venumdederunt atque ad semper habendum confirmaverunt iamdicto iohanni filio supradicti romoaldi ipsa terra et casa per supradictas fines et mensuras et omnia que et quantum qualiterque per supradictum preceptum nobum eidem petri comiti virum et genitor illorum et ad filios et heredes illius concessum fuit cum omnes vices et pertinentia quas ipsius petri pertinuit per supradictum preceptum nobum in ipsum murum de iamdicta civitas. Iterum ipsis mater et filiis venumdederunt predicto iohanni omnia quantum et quomodo et qualiter ipsius petri virum et genitor illorum pertinuit per supradictum preceptum vetere ab ipso murum de iamdicta civitas usque ad ipsa via que iuxta ipso litus maris ducit, et quantum pertinuit ipsius petri in ipsa turre que ipso preceptum continet. Ad securiter et firmiter amodo et semper ipse iohannes et illius heredes cunctas supradictas vindictiones, qualiter superius legitur, quas superius ipsis mater et filiis eidem iohanni venumdederunt cum omnia intro se habentibus et suis pertinentiis et cum vice de vie et andita sua, et cum totum ipso preceptum nobum et cum omnia quas inde continet et cum omnes pertinentias quas ipsius petri virum et genitor illorum pertinuit. In ipsum preceptum vetere de ipsa terra ab ipsum murum de iamdicta civitas usque ad mare

totum illud ipse iohannes et illius heredes habendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum quod voluerint. Et pro ipsa vinditione eorum confirmandam ipsi lando et iohannes acceperunt exinde toti ipsi solidi quod pro ipso devitu dare debuerunt, et ipsa aloara accepit inde pretium suum quantum de ipsa terra et casis ei pertinuit et de ipsa illius pertinentia de iamdictum murum in omnes deliverationes, sicut finitum totum ipso pretium aput illis est; de qua ipsis mater et filiis comuniter guadia inde dederunt predicto iohanni, et mediatorem ei posuerunt supradictum madelfrit et rodelgrimus comitibus filii iamdicti romoaldi, quia ipsa mulier has omnia, quas in hac cartula legitur, fecit per voluntate de ipsis filiis et de mundoalt suis. et per eadem guadia obligaverunt se ipsi aloara, et lando, et iohannes filios suos et illorum heredes amodo et semper defensandum iamdicto iohanni ad illius heredes totas et inclitas supradictas vinditiones quas superius eidem iohanni venumdederunt ab omnibus hominibus omnique partibus, preter quando ipse iohannes et illius heredes per se inde auctores esse voluerint potestatem habeant qualiter voluerint, et quale monimen et rationem inde habere potuerint. Nam quando ipsis mater et filiis et illorum heredes inde auctores habere quesierint, per omnes vices dent ipse iohannes et eius heredes ipsorum mater et filiis et ad illorum heredes ambo ipsa preceptora ad abendum illos per omnes vices diebus sexaginta, et ipsis mater et filiis semper defensent predicto iohanni et ad illius heredes cunctas supradictas vindictiones, sicut superius legitur: et post complete ipse dies, ambo ipsa preceptora salva, quales illas eorum dederit ipsis mater et filiis dent illos ipsius iohanni et ad illius heredes ad habendum eos semper in predicta ratione. Et si taliter illud ipsis mater et filiis et illorum heredes predicto iohanni et ad illius heredes non defensaverint, aut si illud vel exinde eorum tollere aut contrare quesierint et suprascripta vel exinde contradixerint, aut removere quesierint vel quolibet causationes inde preposuerint, tunc per ipsam guadiam componere obligaverunt se ipsi aloara et lando et iohannes, mater et filiis, et illorum heredes ipsius iohanni et ad illius heredes mille auri solidos constantinianos, et sicut dictum est illud eorum defensent, et omnia suprascripta per supradicto hordine eorum adimpleant et questio et causatio illorum semper sit inde tacita et vacua: Verumtamen ipsi germani lando et iohannes pro tribus partibus illorum de tota ipsa vinditione acceperunt ab ipsum iohannes ipsos solidos aureos quingentos, sicut supra legitur. Et ipsa aloara genitrice illorum accepit ab ipsum iohannes pro quarta sua de tota ipsa vinditione auri solidos centum sexaginta sex et duo auri tari, toti ipsis solidis habentes quattuor auri tari boni per unumquemque solidum. Et taliter scribere fecimus te supradictus petrus notarius. Ego qui supra grimoalt comes et iudex. Altera vero continebat: In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri guaimarii, et primo anno principatus domni iohanni

eius filii gloriosi principibus mense februarius, sexta indictione. Nos iohannes comes filius quondam romoaldi comitis et mulier nomine purpura filia quondam radelchisi que sum uxor istius iohanni, clarefacio ego supradictus iohannes quoniam ante os per firmam cartulam secundum legem scriptam venundederunt michi mulier nomine aloara germana mea et relicta quondam petri comitis et lando et iohannes germani filii ipsius petri comitis et istius aloare terris et casis illorum a foras hac salernitanam civitatem a muro de ista civitas usque via puplica que secus litus maris ducit, quantum fuit pertinentem ipsius petri. Unde ipsis mater et filiis ostenderant duobus preceptora unum vetere et aliud nobum: ipso preceptum vetere continentem: siconolfus dei previdentia langobardorum gentis princeps per rogum siconis thesaurarii sui concesserat radechis castaldei filii moncolani inter alia terra vacua inter murum et muricino de hac noba salernitanam civitatem ipsa terra in longitudine passi septuaginta ab ipsum difusurio qui exiit de intus curte sancti michaeli per ipsum murum advenientem ab inde contra sacrum suum palatium una cum turre que erat in ipsum murum prope ipsa pusterola in capu de ipse scale. et in latitudo ab eodem muro usque in ipsum muricino et a fore muricino per eadem mensura usque ad mare pro eo quod ipse radechis eidem domni sicenolfi dederat unam curtinam valientem solidos mille que pro salvationis gentis et terre sue direxerat salutem in francia ad ipsum imperatorem, sicut ipso preceptum continet, quod scriptum est per toto notario et ab utile anulo est sigillatum. Et ipso preceptum novum continentem: In nomine domini dei eterni salvatoris nostri ihesu christi. guaimarius divina protegente clementia langobardorum gentis princeps, concedo tibi petri comiti thio et referendario nostro per postulationem laidolfi comitis socero nostro terra vacua ad mare a foras murum nostre civitatis salerno que est per has fines et mensuras: A parte occidentis erga ipso difusurio, quod exiet de curte sancti michaelis usque ad litore maris, et erga mare in parte orientis passi decem et octo; et saliente a mare in parte septemtrionis usque muro nostre civitatis et erga ipso muro usque in priore fine unde exiet aqua de predicto difusurio passi decem et octo. Hec vero terra tibi tuisque filiis et heredibus concedimus ut faciatis in ea edificium qualiter volueritis. et potestatem habeatis vos in ipso muro apprehendere et rumpere, ut posterola ibi habere debeatis ad ingrediendum et regrediendum exinde cum vestris congruitatibus; simulque potestatem habeatis in predicta terra edificia in altum levare et operare qualiter volueritis. et neque a nostris comitibus, iudicibus, castaldeis vel a quibuscumque agentibus habeatis aliquam contrarietatem exinde vel requisitione; sed faciatis de predicta nostra concessione vos et vestros filios et heredes quicquid volueritis absque omnibus puplicis requisitionibus. Textum vero huius firme ac stabilis nostre concessionis scribere precepimus te truppoaldum abbatem et scribam nostri sacri palatii, annuloque nostro insigniri iussimus,

de mense magio concurrente indictione quintadecimà, anno deo propitiante nostri principatus quartodecimo. Et cum fuerat lectos supradicta preceptora, sicut dictum est, supradicta aloara, et lando, et iohannes mater et filiis venumdederant michi iamdicto iohanni ipsa terra et casis per supradictas fines et mensuras et omnia que et quantum qualiterque per supradictum preceptum novum eiusdem petri comiti virum et genitor illorum et ad filios et heredes illius concessum fuit, cum omnes vices et pertinentias quas ipsius petri pertinuit per supradictum preceptum novum in ipsum murum de iamdicta civitas. Iterum ipsis mater et filiis venumdederunt michi predicto iohanni omnia quantum, et quomodo, et qualiter ipsius petri virum et genitor illorum pertinuit per supradictum preceptum vetere ab ipso muro de iamdicta civitas usque ad ipsa via que iuxta ipso litus maris ducit, ad faciendum exinde omnia quod voluerimus, sicut ipsa mea cartula continet. et ego iamdicta purpura palam facio quia in totum illud quod iste vir meus emit ab ipsis mater et filiis, sicut supra declaratum est, pertinet michi inclita quarta parte per meum scriptum morgincap quod ipse vir meus michi emisit in die nostre copulationis: et congruum est nobis supradicto iohanni et purpura vir et uxor comuniter venumdare paldulfi comiti filii quondam domni guaimarii principis ac germani supradicti domni nostri guaimarii gloriosi principis omnia quantum per supradicta cartula ego nominatus iohannes emit ab ipsis mater et filiis. et ut ego iamdicta purpura vindictione ista comuniter cum isto viro meus facere possam, feci exinde notitiam ad tres propinquiores meos parentes, et una simul cum ipso viro meus et cum ipsis parentibus meis pariter perreximus in presentia iohanni iudici cui hec omnia nota fecimus. et ipse iudex secundum mandatum legis me nominata mulier diligenter interrogavit et inquisivit, ne forte aliqua violentia pateret. In illius presentia et de ipsis meis parentibus manifesta sum nullam paterem violentiam nec ab isto viro meus nec a quacumque homo, nisi voluntate mea ipsa res dico venundare. et ipse iudex cum ipsis meis parentibus in hac cartula suis manibus posuerunt; et petrus notarius per notitiam de ipso iudex et de ipsis meis parentibus cepit hanc cartulam vindictionis inde scribere, ut absque domnatione legis securus inde manere. sic itaque omnia hec per ordine acta, nos superius nominati iohannes et purpura vir et uxor per hanc cartulam ante ipsum iudex et ipsis meis parentibus comuniter venumdedimus, atque ad semper habendum confirmavimus tibi supradicto paldulfi comiti filio iamdicti domni guaimarii gloriosi principis ipsa terra et casis per supradictas fines et mensurias et omnia que et quantum qualiterque per supradictum preceptum nobum eidem petri comiti et ad filios et heredes illius concessum fuit cum omnes vices et pertinentias quas ipsius petri pertinuit per supradictum preceptum nobum in ipsum murum de iamdicta civitas. Iterum venumdedimus tibi predicto paldulfi . . . . et qualiter ipsius petri pertinuit per supra-

dictum preceptum vetere ab ipsum murum de iamdicta civitas usque ad ipsa via que iuxta ipso litus maris ducit: ad securiter et firmiter amodo et semper tu supradictus paldulfus et tuos heredes cunctas supradictas vendictiones cum omnia intro se habentibus et suis pertinentiis et cum vice de vie et anditu suo . . . . cum omnia quas inde continent. et cum omnes pertinentias quas ipsius petri comitis pertinuit in ipsum preceptum vetere de ipsa terra ab ipsum murum de iamdicta civitas usque ad mare, totum illud tu nominatus paldulfus comes et tuos heredes habeatis et dominetis et possideatis et omnia exinde faciatis quod volueritis. seu venumdedimus tibi paldulfi comiti ipsa . . . . iohannes mater et filiis de ipsa vindictione michi predicto iohanni confirmaverunt cum omnia quas de ipsa vindictione continet, que scripta est cartula ipsa per petrus notarius; et ibidem scripsit grimuald comes et iudex. emissa vero de anno vicesimo principatus domni nostri guaimarii, et primo anno principatus domni iohanni eius filii gloriosi principibus, mense ianuarius, sexta indictione, ad faciendum tu supradictus pandulfus et tuos heredes de ipsa cartula omnia quod volueritis. unde pro confirmandam et stabiliscendam vobis supradicta vendictione nos iamdicti iohannes et purpura vir et uxor comuniter accepimus a te supradicto paldulfus statutum pretium aureos solidos numerum mille quingentos ana quattuor auri tari boni per solidos sicut inter nos statutum fuit in omnes deliverationes. finitoque pretium aput nos de qua nos supradicti vir et uxor comuniter guadiam inde tibi predicto paldulfi comiti dedimus et mediatorem tibi posuimus madelfrit comes germanum et cognatum nostrum. quia has omnia que in hac cartula legitur ego predicta purpura feci per voluntatem istius Iohanni viri mei in cuius mundium sum et comuniter cum illum sicut supra legitur. et per eadem guadia obligamus nos nominati Iohannes et purpura et nostris heredibus amodo et semper defensandum tibi supradicto paldulfi comiti et ad tuis heredibus totas et inclitas supradictas vinditiones quas superius tibi venumdedimus ab omnibus hominibus omnique partibus. preter quando per vos ipsis volueritis inde auctores fieret potestatem habeatis qualiter volueritis cum quale mominem et ratione inde habere potueritis. Nam quando nos nominati Iohannes et purpura vir et uxor et nostris heredibus . , ... tu nominatus paldulfus vel tuos heredes per omnes vices detis nobis predicti vir et uxor et ad nostris heredibus ambo supradicta preceptora et ipsa cartula salvos habendum nos illos et nostris heredibus per omnes vices diebus sexaginta. et nos predicti iohannes et purpura vir et uxor et nostris heredibus semper defensemus tibi predicto paldulfi comiti et ad heredibus . . . . . . vinditiones, sicut superius legitur, et post complete ipse diebus sexaginta ambo ipsa preceptora et ipsa cartula salvos quales illos nobis dederitis demus illos tibi supradicto paldulfi comitis et ad tuis heredibus ad habendum eos semper in pradicta ratione. et si taliter illud nos et no-

stris heredibus tibi tuique heredibus non defensaverimus, aut si illud vel exinde aut tollere aut contrare quesierimus; et suprascripta vel exinde contradixerimus, aut removere quesierimus vel qualivet causationes inde preposuerimus, per ipsam guadiam componere obligamus nos nominati iohannes et purpura et nostris heredibus tibi predicto paldulfi comiti et ad tuis heredibus tribus millia auri solidos constantinos et, sicut dictum est, illud vobis defensemus, et omnia suprascripta per supradicto hordine nobis adimpleamus, et questio et causatio nostra semper sit inde tacita et vacua; et taliter scribere rogavimus te supradictus petrus notarius, actum salerno. Ego qui supra iohannes iudex. Ut autem suprascripte cartule fuerunt ostense, atque perlecte, per meam inquisitionem ipsi aloara, et lando, et iohannes, et alferada, et benzolana, tamen ipsa aloara cum voluntate ipsius iohannis in cuius manu, ut supra scriptum est, predictum scriptum paruit, cum qua omnia que in hac carta scripta et scribenda sunt, fecit dixerunt, ipsas cartulas que tote superius per hordine declarate sunt veraces in omnibus quod continent esse, et nichil de eo quod continere visum est removere aut contradicere posse. Et de toto et integro eo quod ipsi iohannes et purpura vir et uxor eidem pandulfo venumdederant, sicut suprascripta cartula, in qua ipse iohannes iudex subscriptus est, in quem dixit ipsa domna theodora sibi pertinere integram quartam partem per suum morgincap sibi datum ab ipso paldulfo viro suo alio die copulationis eorum, et tres partes guaimario et gregorio et guidoni et iohanni germanis comitibus filiis ipsorum paldulfi et theodore; et mox iohannes filius quondam petri qui in presentia ipsius domne theodore aderat dedit ipsis aloare et lando et . . . . . ipsorum domne theodore et guaimarii et gregorii et guidonis et iohannes duocentos auri solidos, ad faciendum ex eis illi et illorum heredes quod voluerint. Ob hoc ergo ipsi aloara et lando et iohannes et alferada et benzolana predicta alferada et benzolana cum voluntate iamdictorum virorum ac mundoaldorum earum cum quarum voluntate omnia que in hac cartula scripta scribendaque sunt fecerunt bona illorum voluntate per comvenientiam guadiam ipsi iohanni filii petri pro suprascriptorum domne theodore et guaimarii et gregorii et guidonis et iohannes dederunt, et fideiussorem ei pro eorum parte posuerunt iohannem comitem filium quondam alfani comitis, qui postmodum monachus fuit. et per ipsam guadiam ipsi aloara et lando et iohannes obligaverunt se et suos heredes semper defendere ipsis domne theodore et guaimario, et gregorio, et guidoni, et iohanni, et illorum heredibus integrum illud quod ipsi iohannes et purpura vir et uxor ipsi paldulfo venumdederunt, sicut suprascripta cartula in qua ipse iohannes iudex subscriptus est, continet, preter suprascripta cartula in qua ipse grimoalt comes et iudex subscriptus est ab omnibus hominibus. Hac videlicet ratione, ut quotiens ipsi domna theodora, et guaimarius, et gregorius, et guido,

et iohannes, et illorum heredes defensores de eo ipsos aloaram, et landonem, et iohannem et illorum heredes abere quesierint, totiens ipsa domna theodora et predicti guaimarius, et gregorius, et guido, et iohannes, et illorum heredes dent eis et eorum heredibus ambo suprascripta precepta, de quibus in suprascriptis cartulis, ut prescriptum est, declaratum est iusta ratione salva habenda diebus sexaginta, et per omnes vices illi et illorum heredes ipsis domne theodore, et guaimario, et gregorio, et guidoni, et iohanni, et illorum heredibus illud, sicut suprascriptum est, defendant. Et post completos ipsos dies per omnes vices ipsa precepta salva quales eis data fuerint ipsis domne theodore, et guaimario, et gregorio, et guidoni, et iohanni et illorum heredibus reddant. Et tribuerunt licentiam, ut quando ipsi domna theodora et guaimarius et gregorius, et guido, et iohannes, et illorum heredes voluerint, potestatem habeant illud per se defendere, qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint; Et si, sicut superius scriptum est, ipsi aloara, et lando, et iohannes, et illorum heredes ipsis domne theodore, et guaimario, et gregorio, et guidoni, et iohanni, et illorum heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere ipsis domne theodore, et guaimario, et gregorio, et guidoni, et iohanni, et illorum heredibus tria millia auri solidos constantinos, et sicut superius scriptum est adimplere. Et ipse alferada et benzolana per suprascriptam guadiam obligaverunt se et suos heredes, si suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, componere ipsis domne theodore, et guaimario, et gregorio, et guidoni,et iohanni, et illorum heredibus tria millia auri solidos constantinos, et taciti ex hoc adversus illos et eorum heredes permaneant, et tacere ex hoc faciant omnes homines, qui pro illorum parte et dato quascumque causationes de eo ipsis domne theodore, et guaimario, et gregorio, et guidoni, et iohanni, et illorum heredibus preposuerint, per suprascriptam guadiam et obligationis pena. quod superius disturbatum est, in uno loco legitur: supra; et in alio: de curte sancti; et in altero: parenti. Et taliter te ademarium notarium qui interfuisti, scribere precepi.

† Ego qui supra iohannes iudex.

MCCXCIII

A. D. 1059

† In nomine domini, octabodecimo anno principatus domni nostri gisulfi glorioso principe, mense iulius, duodecima indictione. Ego amatus filius quondam petri ante subscripti testes per combenientiam guadiam michi dedit alderisius filius quondam godeni, et mediatorem michi posuit dauferius consobrino fratre suo filio quondam petri; et per ipsa guadia obligavit se ut tollere sibi legitimam uxorem abendum puella sorore mea nomine letitia filia suprascripti petri, et in die nubtiarum tradam ei scriptum morgincap secundum legem langobardorum a testibus roboratum, quod est quarta parte ex mea substantia, sicut lex et consuetudo est ominibus langobardi dandi sue uxoribus; quod si ipsa sororem sibi uxorem tollere noluerit, et ipsum morgincap ei non dederit, per ipsam guadiam obligavit se componendum nostrisque eredibus triginta auri solidos constantinos et suprascripta nobis adimpleret, et iniuste ipsius sorori mee non facere; et si iniuste ei fecerit et quantis bicibus ille da me vel da meis eredibus seu cui oc scriptum pro parte ipsius sorori mee in manum paruerit fuerit pulsatus, et ubi nos ei evbangelia paratam abuerimus et ille nobis non fuerit exinde ausus iurare secundum legem cum suis parentibus, per omnes bicibus componere obligavit se nobis nostrisque eredibus biginti auri solidos; et in antea bene eam abere et colere sibi uxorem, sicut iustum fuerit. Post finem inde fecerimus: pingnera vero que exinde pingnerata fuerit, fiat illam ei retdita absque iustitia. et si dei iudicio ebenerit et ipsa sorore meam antequam illum defunta fuerit et filium vel filiam non reliquerit, obligat se ipse alderisius, ut de omnes rebus et causa pertinente ipsius sorori mee stabilem et mobilem quod illis diebus abuerit, et quantum per eam beraciter datum aut iudicatum non fuerit, inclitum illut nobis nostrisque eredibus retdat per iamdictam guadiam et pena obligata. quod scripsi ego petrus protonotarius.

† Ego iohannes.

† Ego mirandus.

† In nomine domini, octabodecimo anno principatus domni nostri gisulfi glorioso principe, mense iulius, duodecima indictione. Ego alderisius filius quondam godeni dum dei fabente clementia te letitia nominata filia quondam petri de nuceria in meaque sociabit coniugio, et ac diem nubtiarum nostrarum ante ydoneos omines per unc scriptum secundum legem langobardorum regum edictum do tibi nominate coniugi mee integra quartam partem de omnibus rebus et causam meam stabilem et mobilem quod modo abeo et quod abiturus sum, seu quod est pa-

terna maternaque substantia, et que legibus michi est pertinentes et fuerit abere, de totum tibi prephate coniugi mee integra quartam partem tradidit, eam rationem ut semper sit in potestati tuaque uxori mee et de tui eredes faciendi secundum supranominatam legem langobardorum regum edictum omnia quod volueritis. Et neque a me alderisius biro tuo; Neque a meis eredibus, aut cuiquam ominibus abeatis aliquid requisitionem aut repreensionem. set in perpetuis temporibus securiter et firmiter illud abeatis et faciatis exinde tu et tui eredes secundum suprascriptam nominatam legem langobardorum regum edictum omnia que volueritis, sicut superius scriptum est; quod vero scriptum morgincap te petrus protonotarius scribere rogabimus. actum nucerie.

✝ Ego iohannes.

✝ Ego mirandus.

MCCXCIV

A. D. 1059

✝ In nomine domini, octabodecimo anno principatus domni nostri Gisulfi gloriosus princeps, mense agustus, duodecima indictione. Ego lando filius quondam ahini clarifico quoniam michi est pertinente abere inclita medietate de omnes rebus que fuit supradicti ahini in montibus quam et planis, que sunt terris cum pomiferis et terris bacuis. et congruum est michi inclita ipsa mea sortione de predictis rebus, ut diximus, que fuit medietas de ipsa rebus, ut diximus supradicto genitori meo benundare rossemanni germanum meum ac filii supradicti ahini. Interea ego predictus lando, sicut michi congruum est, bona mea boluntate per anc cartulam perlegi eam ante domni mele castaldi et ante alii testes benumdedimus atque at semper abendum confirmabimus tibi predicti rossemanni inclita ipsa rebus mea, quale michi est pertinente abere a genitore vel genitrice mea cum omnia intra se abentibus et suis pertinentiis, et cum bice de bie sue, Securiter et firmiter amodo et semper illut abendum et omnia inde faciendum quod bolueritis; et per confirmandam et stabiliscendam anc meam binditionem a presentis recepimus a bos statutum pretium, i sunt auri tari boni numerum decem, sicut inter nobis combenit in omnis deliberatione. de qua per bona combenientia guadia tibi predicti rossemanni dedimus, et fideiussorem tibi posuimus mari filii quondam disigii pro ille; et per ipsam guadiam obligo me et meos eredes semper defensandnm bobis et at vestros eredes inclita supra-

scribta mea binditione, qualiter superius diximus, da omnis omines omnique partibus. et si taliter omnia suprascripta bobis et ad vestris eredibus non adimpleverimus, per ipsam guadiam componere obligo et meos eredes tibi predicto rossemanni quam et at tuis eredibus biginti auri solidos constantinos, et omnia suprascripta bobis adimpleamus; preter quando per bos ipsis bolueritis exinde exe autores vel defensores bice nostra licentiam et potestatem abeatis in omnes inde causare et finem facere, quomodo aut qualiter vultis, cum omnibus moniminibus, quas inde abere potueritis. Nam quando nos qui superius inde autores abere nos tu illut bobis defensemus sicut superius legitur per iamdicta guadia et obligata pena. Et taliter scribere rogabimus te madelmum notarium. actum salerno.

✝ Ego guisenolfus me subscripsi.

✝ Ego iohannes.

MCCXCV

A. D. 1059

✝ In nomine domini, octabodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense agusto, tertiadecima indictione. Memoratorium factum a me iohanne clerico filio pantaleonis atrianensis, eo quod coram presentia domni maraldi clerici et medici atque abbati ecclesie sancte semperque virginis dei genitricis marie, quam domnus iohannes olim princeps huius a deo conserbata salernitana civitate construere fecit inter murum et muricinum istius civitatis. et medietatem ipsius ecclesie cum medietate de omnibus suis rebus stabilibus et mobilibus pertinet heredum quondam domni guaimarii principis filii iamdicti domni iohannis principis. et reliquam medietatem prephate ecclesie cum alia medietate de ipsis rebus stabilibus et mobilibus ipsius ecclesie pertinet heredum quondam iohannis comitis filii suprascripti domni iohannis principis. per convenientiam quam et per iussionem ipsius domni abbatis tradidi bonomilo filio quondam abentii genuensis de terris quibus eidem ecclesie pertinet intra hanc civitatem, subtus et prope ipsam ecclesiam, et est ipsam terram quam ei tradidi cum parietibus vetustis per fines: ex omni parte fines ipsius ecclesie. a parte occidentis finis viam que ducit per posterolam ipsius ecclesie: a parte septemtrionis finis anditus: a parte orientis finis medius paries fabritus et medium clusamen: a parte namque meridiei finis ipsum muricinum, qualiter coniungit ad ipsam viam; ea ratione, ut amodo et usque completi anni viginti integra ipsa traditio, qua-

liter suprascriptum est, cum ipsis parietibus et cum vice de ipsa via et de predicto andito sit in potestate ipsius bonomilo et heredum eius illut tenendum et dominandum. et licead illum et eius heredes in ipsam traditionem casam in solario iusta ratione facere et abere, qualiter meruerit, de sua ligna cum meniano super ipsum anditum iusta ratione, et eam casam ostracare et de super scindolis operire bonam sicut meruerit. et liceat illum et eius heredes in ipso anditu supra quod menianum et sericidium ipsius case facturi et abituri sunt scalas ligneas iusta ipsam casam iusta ratione ponere et abere, qualiter voluerit. et in ipso muricino liceat illos rumpere et capita lignorum mittere et abere iusta ratione. et illi qui retinunt casam ipsius ecclesie a parte ipsam occidentis, licentiam abeant in ipsum parietem qui ipsi traditione a parte ipsam occidentis est, capita lignorum ponere et abere iusta ratione quando voluerint, et super ipsa viam edificiis tenere et abere iusta ratione, qualiter voluerint. Iamdicta vero traditio, qualiter suprascriptum est, usque ipsi viginti anni sit in potestate ipsius bonomilo et heredum eius illam tenendam et dominandam, sicut suprascriptum est. et in ipsam casam si voluerint resideant et abitent et alii ad residendum illam vel ex ea cui et qualiter voluerint dent, fobee et omnis utilitatis iusta ratione in ipsa traditione faciant et abeant illi et homines quos voluerint, qualiter eis placuerit. Et quod censum et datio ex eadem traditione usque completi ipsi viginti anni tollere et abere potuerint, totum illud sibi abeant, faciendum quod voluerint. Tantum omni anno de suprascripto mense, ipse bonomilo et suos eredes dent censum per ipsa traditione ipsi domno abbati et successoribus eius seu in parte predicte ecclesie tarenos bonos sex de moneta que tunc formatam in ac civitate. Completi vero ipsi viginti anni, ille et suos heredes abeant in ipsam traditionem casa bona ostracata de ligna bona conciata, et cum meniano super ipsum anditum bonum conciatum longitudine quando ipsam traditio ipsi andito coniuncta est, et latitudine usque medium ipsum anditum, et de super ipsam casam cum ipso meniano abeant scindolis opertum bonum sicut meruerit. et scalas ligneas iuxta eadem casa positi, sicut suprascriptum est. Completi namque ipsi viginti anni, liceat ipsum bonomilum et suos heredes et homines qui tunc in eadem traditionem abitantes fuerint inde exire et extraere inde omnia eorum causa mobilia et ire quo boluerit. et presentaliter ipse bonomilo et suos heredes dividant totam ipsam casam, qualiter eam facere et abere debuerint, sicut suprascriptum est, cum ipso meniano et cum ipse scale per medietatem in duas partes iusta ratione; et prius ipse domnus abbas et successores suos vel pars suprascripte ecclesie comprehendat exinde unam partem qualem voluerit faciendum quod voluerit, reliquam vero pars que remanserit liceat ipsum bonomilum et suos heredes inde disturbatum; ita tamen, ut paries fabrita que sunt vel fuerit intra ipsam partem que remanserint, non illos inde disturbent, set tantummodo ligna

que fuerint intra eadem parte que remanserint inde disturbent et tollant, sic tamen, ut nullum damnum faciant in ipsam partem, quam ipse domnus abbas et successores suos vel pars suprascripte ecclesie comprehendere debuerint. et de ipsa ligna faciant quod voluerint; sic tamen, ut si illa vel ex ea datura vel venditura abuerint, non abeant potestatem illa vel ex ea cuilibet dare vel vendere, aut per quemlibet modum alienare, nisi ipsi domno abbati et successores eius seu in parte predicte ecclesie illa vendant et dent eis pro eo pretio quo per doctos et deum timentes homines iuste appretiatum fuerit. et faciant illis scire ipsum domnum abbatem et successores eius vel partem suprascripte ecclesie pro ea emenda per tertium constitutum de duodecim in duodecim dies. et si intra ipsa constituta illis ipsa ligna, ut suprascriptum est, emere noluerint, et dare inde eis iusto baliente pretio, tunc post ipsa constituta liceat ipsum bonomilo et suos heredes de ea facere quod voluerint. et si infra ipsa constituta illa vel ex ea cuicumque sine solutione ipsius domni abbatis et successorum eius seu partis predicte ecclesie dederint, sicut de eorum pareat potestatem esse subtracta, tunc sine pretio perveniat ad potestatem ipsius domni abbatis et successorum eius, seu in parte predicte ecclesie faciendum quod voluerint. et per convenientia ipse bonomilo guadiam michi dedit et fideiussorem michi posuit stefanum socerum suum filium quondam rainerii. et per ipsam guadiam obligat se ipse bonomilo et suos eredes, si sicut superius scriptum est non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam et convenientiam ipse bonomilo obligat se et suos eredes componere ipsi domno abbati et successoribus eius seu in parte predicte ecclesie triginta aureos solidos constantinos: et taliter scriptum est per landolfum notarium.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

✝ Ego romualdus notarius me subscripsi.

MCCXCVI

A. D. 1059

✝ In nomine domini octabddecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense agusto, duodecima indictione. Ego muscatus abbas ecclesie sancte sophie, que constructa est intra hanc civitatem secus platea que ducit supter ecclesiam sancti maximi; et ipsa ecclesia cum rebus stabilibus et mobilibus ipsi ecclesie pertinentibus pertinet theodore filie gregorii

consulis, et ducis romanorum, que fuerat uxor paldulfi et heredibus ipsius paldulfi, mutuavi coram subscrivendis testibus, a carammalo filio quondam basilii quadraginta auri tarenos de presenti moneta, ut in completis quattuor annis ego et successores mei et pars iamdicte ecclesie reddamus ipsi carammalo et illius heredibus, aut cui scriptum quod pro parte eius scriptum est, in manu paruerit; et alii guadraginta auri tarenos bonos ex moneta tunc in hac civitate formata. propterea ego per convenientiam tradidi eidem terris fabritis ipsius ecclesie, que sunt intra hanc civitatem et propinque ipsius ecclesie de catodeo ipsarum casarum per fines et mensuras iusto pede manus hominis mensuratas. A parte meridiei est finis ipsa platea et intra iuxta pariete mensurati, pedes nobem et medium. Ab oriente est finis curtis commune in qua scala lignea ipsius case posita est, et intra capsum mensurati pedes quindecim et medium; a septemtrione est finis ipsius ecclesie et pedes nobem et medium; ab occidente est finis paries fabritus ipsius ecclesie, et pedes tredecim et medium. et totum primum solarium quod factum est super ipsam plateam, qualiter constructa est cum regiis in eo factis et cum regiis ex ipsa traditione ipsius catodei, una in parte meridiei et alia in oriente constructis. Ea ratione, ut amodo completis decem annis, ille et eius heredes suprascriptam traditionem, qualiter dictum est, cum vice de ipsis platea et curte, sua potestate teneant, foveas et omnes suas utilitates iusta ratione ibi faciant et in ea resideant, et alii si voluerint usque completos ipsos annos ad residendum dent illud vel ex eo, sicut iustum fuerit. et per ipsam scalam ipse carammalus et eius heredes et illi quibus, ut dictum est dederint, et per menianum quod factum est super ipsa curte in quo ipsa scala posita est et per ostracum ipsius case ad ipsum solarium quod ei tradidi eant et redeant, sicut iustum fuerit cum illorum congruitatibus iusta ratione. et illi qui in ipso ostraco super ipsum catodeum et super alterum solarium quod factum est super ipsum solarium redierint, nichil in ipsa traditione iactent, aut aliquam contrarietatem in ea faciant. et ipse carammalus et eius heredes licentiam habeant in ipso solario diffusurium facere et habere rationaviliter quod fluat in ipsa platea. et quicquid tributum ex ea tollere et habere potuerint usque completos ipsos annos sibi habeant faciendum ex eo quod voluerint. et per omnem annum usque completi quattuor anni in initio eorum dent tributum michi meisque successoribus et parti ipsius ecclesie per suprascriptam traditionem quattuor auri tarenos bonos tunc in hac civitate formatos. A completis ipsis quattuor annis usque completum ipsum constitutum per unumquodque annum in initio eorum ille et eius heredes dent michi meisque succesoribus et parti ipsius ecclesie duodecim auri tarenos bonos ex moneta tunc in hac civitate formata, ad faciendum ex eis quod voluerimus. Completis autem ipsis annis integram suprascriptam traditionem salba, sicut meruerit, et conciata bona cum regiis

et clabibus salvis ille et eius heredes michi meisque successoribus et parti ipsius ecclesie remittant. et illi et qui, ut dictum est, ab eorum parte retinent, licentiam habeant inde extrahere omnes res eorum et facere ex eis quod voluerint. Et per convenientiam ipse carammalus guadiam michi dedit et fideiussorem michi posuit radocanum germanum suum: et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes si, sicut superius scriptum est, michi meisque successoribus et parti ipsius ecclesie non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, componere michi meisque successoribus et parti ipsius ecclesie quinquaginta auri solidos constantinos. et quod superius disturbatum est legitur agusto; et taliter scriptum est per romualdum notarium.

✝ Ego alderissi notarius me subscripsi.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCXCVII

A. D. 1059

✝ In nomine domini hoctabodecimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense septembri, tertiadecima indictione. Ante me iohannem iudicem stefanus atrianensis filius constantini atrianensis, qui cognominatur spiczacanzone, coniunctus est cum mascino clerico et adelario germanis filiis quondam romoaldi; et per ipsum stefanum hostense sunt due cartule quarum una continebat: In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri guaimarii, et primo anno principatus domni iohanni eius filii gloriosi principibus, mense magius, sexta indictione. declaramus nos leo filius rodericus et mulier nomine viva filia quondam sergii atrianensis qui sumus nos ambo qui coniugi vir et uxor, quoniam michi iamdicto leoni pertinens est habere terra cum insirtitu et selba in locum transboneia, quod ego in vicariatu locum habeo da pantaleo atrianensis filius petri, et est terra per hec finis et mensuras: de una parte finis via que pergit ad vitaminea, inde sunt passi hoctuaginta septem: de alia parte finis alferii germanus meus, quod ego ante hos dies venumdedit, inde sunt passi quinquaginta; de super parte finis alia via, que vadit ad calcarole, inde sunt passi septuaginta septem, usque priore fine. tota supradicta mensura mensurata fuit ad iusto passu hominum. et michi iamdicte vive in ipsa rebus pertinente est habere quartam partem a parte de isto leo qui est viro meus

quod ille michi emisit in die mee copulationis; et volueramus nos iamdicti vir et uxor ipsa rebus venumdare. et dum ego iamdicta viva intellexit iuxta serie . . . . . . res parentes meos ipsa mea quarta de ipsa rebus venumdare non potere erga me, convocavit duos parentes meos et una cum ipso viro et parentes mei perreximus in presentia grimoaldi comitis et iudici, et illud ei notificavimus; ipsi vero comes et iudex secundum mandatum legis me iamdicta mulier interrogavit et inquisivit, ne forte aliqua violentia essere patibula ab isto viro meus, aut a quocumque homine. in eius presentia manifesta sum nullam patere violentia, set spontanea mea esset voluntate ipsa quarta mea venumdare. quorum ipso viro et parentes mei michi inde consentientes fuerunt. et pro stavilitatis causa ipso iudice una mecum et cum ipso viro et parentes mei in hac cartula manibus posuimus, et iaquintus notarius per notitia de ipsum iudicem, et de ipso viro et parentes mei rogavimus cartam vinditionis ista scribere, ut absque damnatione legis securus inde manere. et ideo nos iamdicti vir et uxor post accepta absolutione, sicut nobis congruum est bone nostre voluntatis, per hanc cartulam ante presentiam ipsius grimoaldi comitis et iudici et alii ydonei hominibus venumdedimus atque ad semper habendum confirmavimus tibi constantini atrianensis et filii quondam ursi, qui vocabatur spiczacanzone, tota et inclita ipsa rebus per supradictas fines et mensuras cum vice de ipse vie, ad securiter et firmiter amodo et semper tu iamdicto constantino et tuos heredes inclita supradicta nostra vinditione vobis habendum, dominandum, omnia exinde faciendum que volueritis, absque omni nostra et de nostris heredibus contrarietate, vel requisitione; unde pro confirmanda et staviliscenda supradicta nostra vinditione, nunc a presenti recepimus a te iamdicto, constantino emptorem nostrum statutum pretium hi sunt auri solidi de tari boni numerum sidecim, ana quattuor auri boni per solidos in omnes deliberationes, sicut inter nos convenit, de qua per bona convenientia nos iamdicti vir et uxor comuni consensu guadiam tibi iamdicti constantini dedimus et fideiussorem tibi posuimus maio filius quondam maioni; et per ipsam guadiam obligamus nos iamdicti vir et uxor comuni consensu et nostris heredibus amodo et semper antistandum et defensandum tibi iamdicto constantino vel ad tuis heredibus inclita supradicta nostra vinditione cum omnia ad se pertinentibus et cum vice de ipse vie da omnes homines omnisque partibus. quando autem tu et tui heredibus de supradicta nostra vinditione per vos ipsis volueritis esse auctori et defensori, potestatem habeatis in omnibus inde causare et finem facere, qualiter volueritis cum omnibus rationibus quas inde habueritis. Nam quando nos et nostris heredibus quesieritis exinde habere auctores et defensores, nos autem et nostris heredibus inclita supradicta nostra vinditione vobis defensemus, sicut superius legitur. et si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine vobis non adimpleverimus et de su-

prascripta aliquit contradixerimus per ipsam guadiam per bona convenientia componere obligamus nos iamdicti vir et uxor et nostris heredibus tibi iamdicto constantini tuique heredibus quadraginta auri solidos constantinos, et omnia suprascripta per supradicto hordine vobis adimpleamus. et taliter scribere rogavimus te iaquintus notarius, actum salerni. ego qui supra grimoalt comes et iudex. Altera vero continebat: In nomine domini vicesimo nono anno prinpatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et nono anno principatus eius capue, Et octabo anno ducatus illius amalfis et sirrenti, et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, Et quarto anno ducatum illorum apulie et calabrie, mense ianuario, quintadecima indictione. ante me iohannem iudicem coniunctus est constantinus atrianensis filius quondam ursi qui dictus est spiczacanzone cum dominico filio quondam mansonis, qui cognominatus est talamella, et cum alferada uxor eius filia amati, et ipsi vir et uxor romana lege viventes clarificaverunt se habere unam peciam de terra in loco transboneia, ubi gattumortu dicitur, propinquo troccle per fines et mensuras iuxto passu hominis mensuratas. A parte orientis finis medium balluncellum, et per ipsam finem passi septuaginta sex: A parte septemtrionis finis de heredibus cuiusdam roderici et per ipsam finem passi triginta: a parte occidentis similiter finis illorum et per ipsam finem passi septuaginta sex: a parte meridiei similiter finis illorum et inde passi quinque. Et clarificaverunt pertinere eis habere sortionem romoaldi filii quondam risi et sortionem ipsius risi in una pecia de terra cum aliquantis arboribus in suprascripto loco transboneia ubi gattumortu dicitur, quam dixerunt esse per fines: de capite finis viam, et de duabus partibus finis balloni, qualiter ambo ipsi balloni in pede iunguntur in unum. et ipsi vir et uxor hostenderunt sex cartulas ex headem rebus continentes. prima ex illis scripta per iohannem notarium, tricesimo hoctabo anno principatus domni guaimarii, et hoctabo anno principatus suprascripti domni nostri guaimarii eius filii, mense martius, nona indictione, et in ea subscripti romoaldus et alderissi notarii. Secunda scripta per ipsum iohannem notarium, tricesimo septimo anno principatus domni guaimarii et hoctabo anno principatus suprascripti domni nostri guaimarii eius filii, mense ianuario, nona indictione. et in ea subscripti iaquintus notarius et romoaldus. Tertia scripta per smaracdum notarium septimo decimo anno principatus suprascripti domni nostri guaimarii gloriosi principis filii domni guaimarii, mense nobembri, tertia indictione. Et in ea subscriptus amatus iudex. Quarta scripta per ademarius notarium, sextodecimo anno principatus domni nostri guaimarii filii domni guaimarii, mense martio, secunda indictione, Et in ea subscriptus grimoalt comes et iudex. Quinta scripta per ademarium notarium, sextodecimo anno principatus domni nostri guaimarii filii domni guaimarii, mense aprili, secunda indictione. Et in ea subscripti ademarius iudex et mirandus

notarius. Sexta scripta per truppoaldum notarium, vicesimotertio anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et tertio anno principatus eius capue, Et secundo anno ducatus illius amalfis et sirrenti, mense martio, nona indictione, et in ea subscriptus ademarius iudex. Et sicut ipsis dominicus et alferada congruum fuit, bona eorum voluntate, per hanc cartulam secundum legem et romanorum consuetudinem venumdederunt ipsi constantino totum et integrum quantum superius clarificaverunt se habere et eis pertinere in suprascripto loco per suprascriptas fines et mensuras cum omnibus que intra eam sunt cunctisqué eius pertinentiis et cum vice de viis suis et cum suprascriptis sex cartulis: Ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius constantini et de illius heredibus. Et ille et eius heredes potestatem habeant de ea facere quod voluerint. et propter confirmationem huius venditionis ipsi vir et uxor susceperunt ab ipso costantino statutum pretium auri solidos quadragintaquinque, quorum quisque habeat tarenos quattuor in omni deliberatione; et per convenientiam ipsi dominicus et alferada, secundum legem et romanorum consuetudinem, guadiam ipsi constantino dederunt et fideiussorem ei posuerunt stefanum filium quondam sergii, qui dictus est pellulu. et per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes semper defendere ad ipsum constantinum et ad illius heredes integram suprascriptam venditionem ab omnibus hominibus: ea ratione, ut quando ipse constantinus et eius heredes ipsi vir et uxor et illorum heredes defensores de ea habere quesierint, per omnes vices dent eis suprascriptas cartulas salbas habentes per omnes vices diebus sexaginta. et per omnes vices suprascriptas venditiones, sicut suprascriptum est, eis defendant. et post completos ipsos dies cartulas ipsas quales eis date fuerint per omnes vices illis reddant. et ipsi dominicus et alferada tribüerunt iamdicto constantino licentiam, ut quando ille et eius heredes voluerint, potestatem habeant suprascriptam venditionem per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de ea hostenderint. et si, sicut superius scriptum est, ipsi dominicus et alferada et illorum heredes et ipsum constantinum et ad eius heredes non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere ad ipsum constantinum et ad illius heredes centum auri solidos constantinos, et sicut superius scriptum est adimplere. et taliter te romualdum notarium scribere precepi. ego qui supra iohannes iudex. Cum autem suprascripte cartule hostense ac lecte fuerunt, ipse adelarius manifestavit et dixit pertinere ipsi stefano totum et integrum quantum suprascripto constantino genitori eius venumdatum est, quemammodum saprascripte cartule continent: ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius stefani et heredum eius, et liceat illum et eius heredes de eo facere quod voluerint, absque contrarietate ipsius adelarii et heredum eius. et nec ipse adelarius nec eius heredes ullo tempore quascumque cau-

sationes aut intentiones de eo ipsi stefano et illius heredibus preponerent. et per convenientiam ipse adelarius guadiam ipsi stefano dedit et fideiussorum ei posuit disiium filium quondam romualdi qui postmodum monachus fuit. et per ipsam guadiam ipse adelarius obligavit se et suos heredes, si suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, componere ipsi stefano et illius heredibus centum auri solidos constantinos, et taciti ex hoc adversus ipsum stefanum et eius heredes semper permaneant, et omnia suprascripta sint firma. preterea et iamdictus mascinus clericus in eadem presentia manifestavit et dixit pertinere ipsi stefano totum et integrum quantum suprascripti leo et viva vir et uxor venumdederant suprascripto constantino, quemammodum suprascripta prior cartula quam ipse stefanus hostendit, continet; et integram suprascriptam peciam de terra de predicto loco transboneia ubi gattumortu dicitur propinquo troccle que est per suprascriptas fines et mensuras, veluti suprascripta posterior cartula quam similiter ipse stefanus hostendit, continent cum omnibus que intra illud sunt cunctisque eius pertinentiis et cum vice de ipsis viis, ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius stefani et heredum eius. et liceat illum et eius heredes de eo facere quod voluerint. et ipse mascinus et eius heredes nullo tempore preponerent ipsi stefano et illius heredibus de eo quod ipsi stefano manifestavit et dixit pertinere, sicut suprascriptum est, quascumque causationes aut intentiones. et per convenientiam ipse mascinus guadiam ipsi stefano dedit et fideiussorem ei posuit semetipsum. et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes ut si quolibet tempore de eo, quod, sicut suprascriptum est, manifestavit et dixit ipsi stefano pertinere quascumque causationes aut intentiones ipsi stefano et illius heredibus, preposuerint, componerent ipsi stefano et illius heredibus centum auri solidos constantinos, et taciti ex hoc adversus ipsum stefanum et eius heredes semper permaneant, et sicut de eo superius legitur sit firmum. quod autem superius disturbatum est, in uno loco legitur martius, et in alio vendi. Et taliter te grimoaldum notarium scribere precepi. quem et iterum memorari atque addere feci, quoniam ipse stefanus omnia suprascripta fecit presente ipso genitore suo et per eius absolutionem.

† Ego qui supra iohannes iudex.

MCCXCVIII

A. D. 1059

✝ In nomine domini octabodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense septembri, tertiadecima indictione. Ante me petrum iudicem Adelarius filius quondam romoaldi Coniunctus est cum leonem filium quondam constantini qui dictus est cancellario. Et sicut ipsi adelarium congruum fuit bona sua voluntate per hanc cartulam venumdedit . . . . . . pecia de terra cum cannietum et silba et bacuum uno tenientem quod ipse adelarius habuit in locum trasaria, finibus mitilianense, que est per fines et mensuras iusto passu hominis mensurata: De pede fine medium ballone: A parte occidentis est finis ipsius leonis: A parte meridiei quod est de capite fine via antica: A parte orientis est finis ipsius adelarii et est per latitudinem ipsa pecia de terra in omni loco, Incipientem da ipsa fine ipsius leonis pergentem in ipsa parte orientis passi viginti tres. Et per longitudo da ambas lateres da medium ipsum ballonem usque ipsa via antica. iamdicta pecia de terra per iamdictas fines et mensuras, sicut diximus, Integram illam ipse adelarius ipsi leoni benumdedit cum omnibus que intra eam sunt cunctisque eius pertinentiis et cum vice de via sua. Ea ratione ut semper sit in potestate ipsius leonis et heredum eius, et liceat illum et eius heredes de ea facere quod voluerint. et propter confirmationem uius benditionis ipse adelarius suscepit a predicto leone statutum pretium aureos terenos bonos sexaginta quattuor in omni deliberatione. et per convenientiam ipse adelarius guadiam ipsi leonis dedit et fideiussorem ei posuit disideum filium quondam romoaldi. Et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi leonis et illius heredibus integrum illut quod ei, sicut suprascriptum est, benumdedit hab omnibus hominibus et partibus. et tribuit ipsi leoni licentiam, ut quando ille et eius heredes voluerint, potestatem habeant suprascripta benditione per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas de ea ostenderint. et si, sicut superius scriptum est, ipse adelarius et suos heredes ipsi leonis et illius heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsi leonis et ad eius heredes triginta auri solidos constantinos, et sicut superius scriptum est adimplere. et taliter te petrum notarium scribere precepi.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

MCCXCIX

A. D. 1059

┼ In nomine domini octabodecimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense septembri, tertiadecima indictione. Ego iohannes monachus coram presentia domni leonis venerabilis abbatis monasterii sancte et individue trinitatis quod conditum est in loco metiliano, dum ydonei homines interessent, per iussionem ipsius domni abbatis et per convenientiam tradidi ursoni de ipso loco metiliano qui vocatur boso filio quondam *(deest nomen)* de rebus pertinentibus ipsius monasterio in suprascripto loco metiliano inclitas tres partes de duabus peciis de terris cum arboribus et pomis et insertis quas ego iohannes in eodem monasterio olim offerui; et sunt per fines et mensuras, iusto passu hominis mensuratas. prima pecia: A parte orientis finis via et passi quinquaginta: A parte septemtrionis passi quindecim: A parte occidentis finis ipsius monasterii et passi quadraginta sex: A parte meridiei finis media sepes, et iuxta eam intra ipsam terram recte mensurati passi viginti octo et cubitum. Secunda pecia est: A parte orientis finis via caba que ducit nuceriam, et passi viginti: A septemtrione passi sexaginta septem: Ab occidente passi viginti octo et cubitum: A meridie passi sexaginta duo. Et in medium per trabersum passi viginti sex. Similiter et tradidi ei integram portionem meam de terram cum castaneis et silba de eodem loco ubi nobara dicitur, quam similiter in ipso monasterio optuli: Ea ratione, ut semper integra suprascripta traditio sit in potestate ipsius ursi et heredum eius eam tenendum et dominandum, fobeas et omnes suas utilitates iusta ratione ibi faciant. et casam in unam ex ipsis peciis ligneam faciant, et ibi resideant et habitent; et unde meruerit suprascriptam traditionem clusam habeant semper bonam, Et cum omnibus intro eam habentibus salbam eam semper bonam habeant. Et omni anno apto tempore de super et de supter totam ipsam traditionem operent bonam ut melioret et non deterioret, et ubi meruerit infra ambabus suprascriptis peciis arbores et vites de bono vitineo plantent et propaginent; sic tamen, ut semper habeant in totis ipsis peciis ubi meruerit bonam arborem surtam et operatam. et ipsi inserti procurent ut decet, et totum ipsum silbosum de nobara a presentes scampent bonum, et castanei ubi meruerit ibidem pastenent, et insitent in totum illud de nobara amodo et surgant zenzaletum bonum; et omni anno apto tempore operent illud sicut decet. et omni anno tempore arearum et vindemiarum faciant scire me vel partem suprascripti monasterii, ut illuc missum dirigamus, et ipse urso et eius heredes de omnibus laboribus quos in eadem traditione habuerint seminatum iustum terraticum sicut ipsi loco consuetudo est, ibidem

ipsi misso dent, reliquum aliud sibi habeant. et totam ipsam arborem omni anno rationabiliter ante ipsum missum vindemient et ibidem ad palmentum bindemia ipsa ut decet procurent, et inclita medietate de omne vino quod inde exierit ibidem ipsi misso dent, reliquam medietatem sibi habeant; et ipsa medietate ipsius monasterii de ipso vino reponant ibidem in organea que eis ibidem pars ipsius monasterii assignaberit, que per eis fiant semper studiata et conciata bona. et salbum illud et ipsam organeam faciant intus ipsam casam absque generatione et igne, donec illud pars ipsius monasterii inde tulerit; poma vero et alia fructa arborum de ipsis peciis rationabiliter colligant, et inclita medietate ex eis ipsi misso dent, reliquam medietatem sibi habeant. insertas ipsas et zenzalas ex castaneis quas in suprascripta traditione sunt et fuerint ut decet colligant totas et seccent bonas, et inclita medietate ex eis ipsi misso dent, aut michi iohanni: reliquam medietatem sibi habeant. et ipsum missum nutricent dum ibi steterit pro ipso vino et frudia recipienda secundum illorum possibilitatem; et palmentaticum omni anno per vindemie michi vel partibus ipsius monasterii dent, secundum consuetudinem ipsius loci. et per convenientiam ipse urso per iussionem ipsius domni abbatis guadiam michi dedit et fideiussorem michi posuit seipsum per partes convenientes. et per ipsam guadiam ipse urso obligavit se et suos heredes semper adimplere omnia, qualiter suprascriptum est. Tantum quale tempore ipsam traditionem tenere noluerint aut non potuerint in suprascripta ratione, tunc integram eam, sicut suprascriptum est, operatam et surtam et salbam; et unde meruerit clusam bonam cum ipsam organeam et iamdictam casam remittant partibus suprascripti monasterii faciendum ex ea quod voluerint, et illos liceat inde exire cum omnibus causis eorum, et ire quo voluerint. siquidem, ut suprascriptum est, ipse urso et eius heredes non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere michi et partibus ipsius monasterii quinquaginta auri solidos constantinos. suprascripto disturbatum legitur: michi; et taliter scripsit iohannes notarius.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

✝ Ego romoaldus notarius me subscripsi.

MCCC

A. D. 1059

Transumptum:

Divisio bonorum pertinentium ad Romualdum Comitem, tam intra, quam extra civitatem Salerni, facta inter Iaquintum filium quondam Ioannis et Mirandam uxorem eius; et Atam filiam quondam Landolfi comitis uxorem dicti Romualdi. Anno XVIII Gisulfi, mense Novembri, 13 Indictione.

Finis textus: Superius inter virgulos scriptum est: stabilibus. Suprascripta Ata romana interfecta est, et ultra viginti quinque anni eam agnobi esse. et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra Sico Comes et iudex.

MCCCI

A. D. 1059

† In nomine domini octabodecimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense decembri, tertiadecima indictione. Ante me siconem comitem et iudicem fotinus grecus filius quondam leonis, qui dicebatur carnara, coniunctus est cum petro neapolitano filio quondam stefani, et sicut ipsi fotino congruum fuit sua voluntate per convenientiam per hanc cartulam venumdedit ipsi petro, pro parte sua et pro parte petri generi sui filii quondam domnini, integram terram cum casa et terram vacuam simul coniunctas quas habet foris et propinquo hanc civitatem ultra et prope ribum qui dicitur basanola, quas diximus esse per fines et mensuras, iusto pede manus hominis mensuratas. A parte meridiei finis via, mensurati pedes secus ipsam casam et terram vacuam, pedes decem et quattuor uncias; a parte orientis finis sicut . . . . . fabrita aliorum discernit, et pedes viginti sex minus duas uncias; a parte septemtrionis similiter finis aliorum, indeque sunt pedes quattuordecim. A parte occidentis sunt pedes viginti sex minus uncias duas cum omnibus que intra eas sunt cunctisque suis pertinentiis

et cum vice de ipsa via. Ea vero ratione, ut semper integra suprascripta venditio, qualiter suprascriptum est, sit in potestate ipsorum petri et petri et heredum eorum, et liceat illos et illorum heredes de eo facere quod voluerint. Et pro parte confirmationis uius venditionis ipse fotinus suscepit ab ipso petro, pro parte sua et ipsius generi sui, statutum pretium auri tarenos nonaginta duos in omni deliberatione, sicut inter eos convenit. Et per convenientiam ipse fotinus guadiam ipsi petro pro parte sua et ipsius petri generi sui dedit, et fideiussorum ei pro sua et illius parte posuit iohannem atrianensem qui dicitur sirrentinum filium quondam ursi, et per ipsam guadiam ipse fotinus obligat se et suos heredes semper defendere ipsi petri et petro et eorum heredibus de integra venditione suprascripta per hos fines et mensuras: a parte meridiei pedes quattuordecim et medium; ab ipsa parte orientis pedes viginti sex minus duas uncias; ab ipsa parte septemtrionis pedes quattuordecim: ab ipsa parte occidentis pedes viginti sex minus uncias duas ab omnibus hominibus. Et eo quod remanet ex suprascripta venditione in ipsa parte orientis defendant ipsis petro et petro et eorum heredibus ab omnibus hominibus, quibus per ipsum fotinum et eius heredes illud vel ex eo quomodocumque datum aut alienatum paruerit, vel que pro eorum parte et datum quascumque causationes de eis preposuerint. et ipse fotinus tribuit ipsi petro licentiam, ut quando ille et ipse alius petrus et eorum heredes voluerint, potestatem habeant illud per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. et si, sicut superius scriptum est, ipse fotinus et suos heredes ipsi petro et petro et eorum heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumserint, per ipsam guadiam ipse fotinus obligat se et suos heredes componere ipsi petro et petro et eorum heredibus quinquaginta auri solidos constantinos; et ut suprascriptum est adimplere. Tantum amodo et usque in nativitate santi iohannis babtiste de mense iulio primo venturo ipsi socrus et gener et eorum eredes dimittant residere in suprascripta casa nicolaum filium quondam *(deest nomen)* qui nunc ibi residet et eius heredes, et facere ibi omnes suas utilitates iusta ratione. ad ipsa nativitatem licentiam habeant ipse nicolaus et eius eredes inde exire cum omnibus rebus suis quas ibi abuerint et ducerent, quo vellent: et nunc ipse fotinus et suos heredes remittere ipsi petro et petro et eorum eredibus totam suprascriptam casam conciatam quale nunc est et inclita suprascripta terra, ad faciendum de eo illi et eorum eredibus quod voluerint, sicut suprascriptum est. et taliter tibi iohanni notario scrivere precepi.

† Ego qui supra sico comes et iudex.

MCCCII

A. D. 1060

✝ In nomine domini domno constantino ducos dibina gratia imperatore agusto deo propitio, primo hanno imperii eius, mense ianuario, nona indictione. ideoque ego vir nomine rosemundo filio lamberti, qui sum commorantes intus cibitate lucerie, eo quod intus cibitate lucerie coram presentia domno sadelberto magnifico iudice et haliis . . . . . vonis hominibus qui hic supter conscripti sunt. clarefacimus nos quia ex predicto lamberto genitori meo habeo michi pertinentem una kasa solarata de supter et de super, et una petia de binea propinquo ipso bado, qui dicitur in tenerico, deserta iusta ipsa pastina de tocta donna: et de alia parte ipso bineale de aldemario filio pocari, et de alia parte iuxta ipsa bia que pergit ad ipso bado quod superius diximus in tenerico, et de quarta parte habet fine ipsa bineale de lamberto filio gondelgardo, et qui his dicta kasa de supter et desuper et ipso binialem per vona boluntate michi donare congruum et per donum et launegilt iusta dotem tibi falco... ipsa iamdicta kasa de supter et de super et ipso biniale totum et integrum, sicut nobis congruum et abtum esse bidetur, bona etenim nostra boluntatem coram presentia supradicti iudicis et aliorumque supscriptorum testium donabimus illum vobis ipsa iamdicta tota ipsa kasa de supter et de super, sicut quomodo ipso pariete inter nos est klauso, et ipso bineale apsque omni quarta uxoris nostre requisitione tibi iamdicto falco . . . . . quod dare debemus ad ipsi estranei. inter hec vero fines quae superius cernitur et legitur de fine in finem, quantum infra capsum et ipsa iamdicta kasa de supter et de super et communiter ipsa plateola hante eadem kasa, et quantum infra claustrum ipsa biniale; unde nec nobis neque hab heredibus nostris, berum etiam nec quartam uxoris nostre, neque ad nullumquempiam hominem ibi haliquit portio reserbabimus requirendum, et qualiter edificiata est ipsa iamdicta kasa et ipso biniale, una cum solo tecto et parietibus et siricindria sua et ipso biniale cum omnibus mediis limitibus et cum legitima trasita et exita sua cum bobem et carro et cum suis omnibus pertinentiis donabimus illum vobis falco, quomodo ad ipsi alii homines extranei placitum habuimus possidendum. De quo pro constabiliscendam atque confirmandam nobis hanc nostram donationem, manifesti sumus quod a presente recepimus a te nonominato falco launegilt faciolo cum serico, finitum vero dicimus aput nos receptum habere ipsum launegilt iusta legem: ea scilicet ratione, ut hamodo et semper eadem nostra donatione integram, sicut supra legitur, habere et possidere baleatis et faciatis exinde quem amodo bobis falco tuique heredibus placuerit, sine contradictione nostra et de nostris heredibus requisitione. unde guadia

tibi dedimus et mediatorem tibi posuimus poterisi filium potoni, et obligamus nos et nostris heredibus vobis cuius nomine falco vestrisque heredibus, ut hanc nostram donationem nos vobis ab omnibus hominibus ab omnique partibus hantistare et defendere debeamus eum vobis per inbitis; quod si noluerimus, aut si nos ipsos pro qualiscumque modis vel ingenium illum vobis retornare aut remobere quesierimus, primis omnium questio et kausatio nostra inanis et tacita sint, et viginti aurei solidos constantinos penam vobis vestrisque heredibus nos et nostris heredibus componere obligamus, et in antea taciti et contenti per imbitis maneamus in eadem guadia, et per dixtrictum ipsum vestrum mediatorem, qui se tribuimus vobis ad pinnerandum omnia sua pinnera legitima et inlegitima, tamdium donec per imbitis adimpleamus vobis ea que superius legitur. Quem te adelferium notarium hanc cartam donationis ascribere rogabimus te qui et interfuisti. Actum in civitate lucerie indictione feliciter.

† Ego iohannes iudex.

MCCCIII

A. D. 1060

† In nomine domini octabodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense ianuarius, tertiadecima indictione. Memoratorium factum a me iohannes presbiter filius alfani presbiteri, eo quod ante subscriptos testes per convenientiam tradidit mihi petrus comes filius quondam pandenolfi clerici una pecia de terra cum arbustis et aliis arboribus quam habet foris hanc civitatem in loco mitiliano, ubi pasciano dicitur, salernitane finibus, qui est per fines et mensuras, iusto passu hominis mensuratas: ex omni parte fine res ipsius petri: a parte orientis passi viginti unum: a parte septemtrionis, et passi nonaginti duo: a parte occidentis, et passi triginta: a parte meridiei et passi nonaginta; ut amodo et semper natos nascentes ego et mei heredes suprascripta traditione nostra potestate teneamus; fobeas et omnes nostre utilitatis iusta ratione ibi faciamus, et unde meruerit illut clodamus, et semper illut clausum abeamus; et omni anno apto tempore de super et de subter illut lavoremus et studiemus et cultemus bonum, sicut meruerit; et ubi meruerit arbores et bites de vono vitineo plantemus, propaginemus; ut semper in melius proficiant et non dispereant, et bonum pareat lavoratum et cultatum, et studiatum, sicut meruerit; et in ipsa traditione casa lignea faciamus et ibi residemus et abite-

mus; et per omnem annum per tempus arearum et vindemiarum faciamus scire ipsum petrum vel eius heredes, ut ibi pergat vel dirigat missum suum; et omnem vinum quod de ipsa traditione exierit ibique ad palmentum procuremus, sicut totam ipsam traditionem omni anno apto tempore vindemiemus, et de omne vino quod ex ea exierit inclita medietate ipsi petro vel ad eius heredibus vel ad missum illorum demus, reliquam medietatem nobis abeamus faciendum pro parte quod voluerimus; et si ibi aliquit seminaberimus omni anno apto tempore illut metamus et tritulemus, et ibique ad area et cum illut adunemus, et de quantum inde exierit demus ipsi petro vel eius heredibus vel missum illorum terraticum secundum consuetudinem de ipso locum: reliquum quod superfuerit nobis habeamus; poma vero que ibi sunt vel fuerint omni anno suo tempore colligamus, et inclita medietate ipsi missui illorum demus, reliquam medietatem nobis abeamus faciendum per parte quod voluerimus et voluerint. Ipsum vero missum, dum per vindemias et areas pro ipsa frugia recolligenda ibidem steterit, nos eum nutriamus secundum nostra possivilitate, et pro palmentatica omni anno ei demus unum parium de pulli boni, et omni anno de mense september demus ipsi petro vel eius heredibus unum aureum tarenum vonum de moneta, quale illis diebus in ac civitate formaviter: et omni anno conciemus organeum quod illi nobis dederint vonum ubi reponamus ipso vinum quod inde eis evenerit, et salbum illut faciamus eis omni anno absque degeneratione et ingne, donec illut inde adduxerint: et omni anno in pasca resurrectionis domini et in nativitate domini et in festivitate sancte marie de mense agusto adducamus eis servitium secundum nostra possivilitatem, et omni anno mictamus duos collictores in insiteto qui ipse petrus habet in eodem loco pasciano, et quando de ipse insites et castaneas collexerint, nos ille seckemus vone in ipsa casa que in ipsa traditione fecerimus, sicut dictum est, et inclitas duas partes de ipse castanee et insites ipsi petro et eius heredibus demus, et tertiam partem nobis abeamus faciendum per pars omnia quod voluerimus; ita ut postquam ipse castanee et insites collexerint ipsi collictores mensuremus illas a parte omines ipsius petri, et quando duo collectori ipsius petri vel de eius heredes de ipsi insiteto per annum colligere potuerint, nos illa in ipsa casa seckemus et salbe faciamus absque degeneratione et ingne, donec ille inde adduxerint. Et per convenientiam ego iamdictus iohannes presbiter guadiam ipsi petro dedi et fideiussorem ei posui alambertum filium quondam mitiliani de ipso loco congnatum meum, et per ipsam guadiam obligo me et meos heredes adimplere ipsi petro et eius heredibus omnia, qualiter suprascriptum est: et si, sicut superius scriptum est, ego et mei heredes ipsi petro et eius heredibus non adimpleberimus, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserimus, per ipsam guadiam obligo me et meos heredes componere ipsi petro et illius heredibus quinquaginta auri solidos constantinos et suprascripta adimplere. suprascripta feci

ego per absolutionem suprascripti alfani presbiteri genitoris mei. quod scripsi ego petrus notarius.

✝ Ego alderlssi notarius me subscripsi.

✝ Hic sum testatus scriba preclarus amatus.

MCCCIV

A. D. 1060

✝ In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis memse apreli, tertiadecima indictione. Ante me petrum iudicem iohannes qui vocatur markesanus filius quondam mansonis atrianensis, coniunctus est cum iohanne qui dicitur sirrentinus filius quondam ursi atrianensis, et ipse iohannes markesanus clarificavit se habere terram cum, vinea et terra vacua uno teniente foris hanc salernitanam cibitate in loco beteri, quam dixit esse per fines et mensuras, iusto passu hominis mensurata. A parte occidentis finis via qua itur ad plaiam maris de ipso loco beteri, mensurati passi triginta: a parte meridiei finis aliorum: a parte orientis finis altera terra cum vinea ipsius iohannis sirrentini, et passi viginti: a parte septemtrionis similiter finis aliorum, et per longitudinem ab ipsa terra cum vinea ipsius iohannis sirrentini usque in ipsam viam; et sicut ipsi iohanni markesano congruum fuit sua voluntate, per combenientiam per hanc cartulam venumdedit ipsi iohanni sirrentino, pro parte leoni amalfitani filio quondam liguri de lupo de quinque partibus integram unam partem de integram suprascriptam terram cum vinea et terra vacua uno teniente per suprascriptas fines et mensuras, cum omnibus intro habentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de ipsa via, ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius leoni amalfitani, qui est gener ipsius iohanni sirrentini et de eius heredibus: et liceat ipsum leonem et eius heredes de eo facere quod voluerint. et propter confirmationem uius venditionis, ipse iohannes markesanus suscepit ab ipso iohanne sirrentino pro parte ipsius leonis statutum pretium auri tarenos viginti et nobem in omni deliberatione; et per combenientiam ipse iohannes markesanus guadiam ipsi iohanni sirrentino pro parte ipsius leonis dedit, et fideiussorem ei pro illius parte posuit iohannem, qui dicitur ingeniusus, filius quondam lupeni atrianensis; et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi leonis amalfitani et illius heredibus integram suprascriptam venditionem ab omnibus hominibus et partibus. et ipse iohannes markesanus tribuit predicto iohanni

sirrentino licentiam, ut quando ipse leo et suos heredes voluerint, potestatem abeant suprascriptam venditionem per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint; et si, sicut superius scriptum est, ipse iohannes markesanus et suos heredes ipsi leoni et eius heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se ipse iohannes markesanus et suos heredes componere ipsi leoni et illius heredibus triginta auri solidos constantinos, et sicut superius scriptum est adimplere. Verumtamen ne nocead illud quod supra inter virgulos scriptum est quia legitur: de quinque partibus integram unam partem de. Reliquas vero quattuor partes de suprascripta terra per suprascriptas fines et mensuras dixerunt esse pertinente aliorum. Et taliter te iohannem notarium scribere precepi.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

MCCCV

A. D. 1060

✝ In nomine domini dei salvatoris ihesu christi, temporibus domni iohannis gloriosi ducis et imperialis patricii anthipati atque vesti et domni sergii gloriosi ducis filii eius, anno octabo post eorum recuperationem, medio mense magio, indictione tertiadecima, amalfi. Certum est me drosu filia mastali nasucacza et uxor iohannis filii pardi da tarente que sum in vice mea et in vicem de suprascripto viro meo qui est foris istam terram, seu et in vicem de pardo filio meo qui est sine erede, et ego quintinilo a partibus eorum, a presenti die pruntissima voluntate venumdedimus et contradidimus vobis domno lupino filio domni sergi de lupino de maurone comite, idest plenaria et integra ipsam portionem meam quod habeo in ipsum montem a supra alliola positum cum ipsa medietate mea de ipsa cripta, ubi iam fabrica posita est, que sunt terre seminatorie quod vobiscum in commune abuimus cum viis suis et omnibus infra se habentibus et pertinentibus, unde nichil nobis remansit, ut aliquot vobis exinde exceptuavimus a foris ipsa terra de supra ipsa suprascripta cripta, quod offertum habemus in ipsam ecclesiam beati michaelis archangeli, que ibidem in predicto loco constructa est et edificata, quod nobis obenit infra ipsa dote nostra a domna anna genitrice nostra filia iohannis amendola; et quante cartule exinde habuimus vobis eas dedimus. insuper firmamus vobis, ut si exinde alia qualiscumque carta imbenta dederit apud vos et vestros heredes, eas mittamus sine vestra damnietate vel ancariatione, unde

accepimus a vobis exinde plenariam nostram sanationem, idest auri tari decem boni, sicut inter nos combenit in omnem deliberationem et in omnem decisionem; ut a nunc die presenti et in perpetuis temporibus in vestra et de vestris heredibus sit potestatem habendi, fruendi, possidendi, vindendi, donandi seu commutandi, vestrisque heredibus dimittendi semper liberam habeatis potestatem sine omni nostra et de nostris heredibus contrarietatem vel requesitionem in perpetuum. insuper nos et nostri heredes vobis vestrisque heredibus eos antestare et defensare promittimus ab omnibus hominibus, quod si minime vobis exinde fecerimus auri solidos decem vobis componere promittimus; et hec carta sit firma in perpetuum. verumtamen hoc melius reclaramus, quia de quantum continet ipsa carta ex parentorum quod vobis exemplavimus, de totum vobis exinde ipsa medietate nostra venumdedimus a foris ipsam hereditatem quod ad nostram exinde reserbavimus potestatem, et a foris ipso, quod exinde offertum habemus in predicta ecclesia sancti angeli de supra ipsa predicta cripta.

✠ Ego leo filius mansonis de leone galloppi testis sum.

✠ Muscus filius constantini de domno musco testis est.

✠ Ego pulcharius filius mauri comitis testis sum.

✠ Ego iohannes scriba filius sergii scripsi.

MCCCVI

A. D. 1060

✠ In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense maio, tertiadecima indictione. Ego amanda filia quondam marii, relicta cuidam piperati, filii quondam leonis amalfitani, qui dictus est baru, inspirante deo a quo cuncta procedunt, sicut michi congruum est, bona mea boluntate . . . . meorum, secundum legem et consuetudinem romanorum in quam vivo, offero in monasterio sanctissime et individue trinitatis . . . . in quod domnus leo venerabilis abbas preest, integras omnes res meas estabilibus . . . . per fines et vocabula, et pertinente ipsius loci, seu alicubi . . . . pertinentiis, et cum vice de viis suis, et cum muniminibus ex eis continentibus, ea ratione, ut semper sit in potestate . . . . et partibus ipsius monasterii; et liceat ipso domno abbati et successoribus eius, et partibus ispius monasterii de ea facere . . . . dedi lupeno presbitero et monacho pro parte suprascripti monasterii per iussionem ipsius domni abbatis, et fideiussorem ei pro ipsius monasterio . . . .

ipsam guadiam obligo me et meos heredes semper defendere ipsi domno abbati et successoribus eius et partibus ipsius monasterii integrum illud quod in eo . . . . sicut suprascriptum est offerui, ab omnibus hominibus; et tribui licentiam, ut quando ipse domnus abbas et successores eius, et pars ipsius monasterii voluerint, potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de eo ostenderint. Verumtamen . . . . intus loco mitiliano. ubi proprie planum vocatur. et si sicut superius scriptum est, ego et mei heredes . . . . ipsius monasterio non adimpleverimus, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserimus . . . . predicta amanda, que iam ultra viginti quinque annos sum, obligavi me et meos heredes componere ipsi domno abbati et . . . . monasterii centum auri solidos costantinos, et sicut superius scriptum est adimplere. Suprascripta peregi coram presentia vivi castaldi . . . . . . te iohanne notario scribere rogavi.

† Ego qui supra bibo castaldeus.

MCCCVII

A. D. 1060

† In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense iunio, tertiadecima indictione. Ante me petrum iudicem vivo castaldeus filius quondam petri coniunctus est cum iohanne notario, et ipse vivo clarificavit se habere duas pecias de terris foris hac civitatem salernitanam in loco transboneia ubi fagitu dicitur, quas dixit esse per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas. Prima ex ipsis peciis est terra cum castaneto et aliquanti inserti, a parte occidentis finis via communis, et per eam recte prope ipsam terram mensuratas passi octoginta octo: a parte meridiei finis terram cum castaneto et insiteto, in qua ipse vivo et pars monasterii sancte et individue trinitatis, quod dedicatum est in loco mitiliano, in quod domnus leo vir venerabilis divina providentia fretus abbas esse dinoscitur, portiones habente, et per ipsam finem recte mensuratos passi quadraginta quattuor: a parte orientis passi octoginta: a parte septemtrionis passi viginti. Secunda ex ipsis peciis est terra cum insiteto et vacuo: a parte occidentis finis ipsius vivi et passi triginta duo recte mensuratos: a parte meridiei similiter finis ipsius vivi, et recte mensuratos passi octoginta: a parte orientis

gilium vallonis quod sabuculum dicitur, et prope eum intra ipsam terram recte mensuratos passi triginta quattuor: a parte septemtrionis passi nonaginta duo recte ab ipso cilio mensuratos, et in medium per trabersum mensuratos passi triginta duo. et sicut ipsi vivo congruum fuit sua voluntate per convenientiam per hanc cartulam vendidit ipsi iohanni notario pro parte suprascripti monasterii integras ambas suprascriptas pecias de terris per iamdictas fines et mensuras, et quantum est ab ipso cilio usque in medium ipsum vallonem per latitudinem et per longitudinem, quantum suprascripta secunda pecia ibi retinet, cum omnibus intra ipsas pecias de terris et intra illud quod est ab ipsa mensura de ipsa secunda pecia usque in medium ipsum vallonem habentibus cunctisque earum pertinentiis et cum vice de ipsa via et de aliis viis suis; ea ratione, ut semper integra suprascripta venditio sit in potestate ipsius domni abbatis et successorum eius et partibus ipsius monasterii de ea facere quod voluerint: et propter confirmationem uius venditionis ipse vivo per convenientiam suscepit ab ipso iohanne notario pro parte ipsius monasterii statutum pretium auri solidos quadraginta et unum, quorum quisque habebat tarenos quattuor in omni deliberatione. et per convenientiam ipse vivo guadiam ipsi iohanni notario pro parte ipsius monasterii dedit, et fideiussorem ei pro ipsius monasterii parte posuit maurum qui dicitur dezita filium quondam sergii atrianiensis, et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi domno abbati et successoribus illius et partibus ipsius monasterii integrum illud quod ipsi iohanni notario, sicut suprascriptum est, vendidit ab omnibus hominibus. et tribuit licentiam, ut quando ipse domnus abbas et successores suos et pars ipsius monasterii voluerint, potestatem habeant illud per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de eo ostenderint. et si, sicut superius scriptum est, ipse vivo et suos heredes ipsi domno abbati et successoribus illius et partibus ipsius monasterii non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsi domno abbati et successoribus illius, et partibus ipsius monasterii centum auri solidos constantinos, et, sicut superius scriptum est, adimplere. et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCVIII

A. D. 1060

† In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense iulius, tertiadecima indictione. Ego guisenolfus filius quondam alphani dum dei fabente clementia te gemma nomine filia landoni de nucerie in meoque sociabit coniugio, et ac die nubtiarum nostrarum, ante ydoneos omines per unc scriptum morgincap, secundum legem langobardorum regum edictum scriptum, do tibi nominate coniugi mee integram quartam partem de omni rebus et causam meam stabilem et mobilem, quod modolibet abiturus sum, seu quod est paterna maternaque substantia, et que legibus michi est pertinentes et fuerit habere de totum tibi nominate coniugi mee integram quartam partem tibi tradidit, ea ratione, ut semper sit in potestati tue et de tui eredes faciendi, secundum supranominatam legem langobardorum regum edictum, omnia que volueritis, et neque a me guisenolfus biro tuo, neque a meis eredibus, aut cuiquam ominibus abeatis aliquam requisitionem aut repreensionem, set in perpetuis temporibus tu et tui eredes securiter et firmiter illut abeatis et possideatis, et faciatis de ea secundum legem langobardorum regum edictum quicquit volueritis, sicut superius scriptum est. quod vero scriptum morgincap te petrus protonotarius scribere rogabimus. Actum nucerie.

† Ego guandelferi.

† Ego iohannes.

MCCCIX

A. D. 1060

† IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. GISULPHUS divina favente clementia langobardorum gentis princeps, Nostras ad deum tendere preces confidimus, si dignas petitiones nostrorum fidelium non contempnimus et eosdem fideles nostro beneficio nobis fore credimus fideliores et in nostro servitio promptiores, et ceteros ea que bene fecerimus arbitratos fidelius nostris obedire preceptis. Idcirco per interventum domne gemme principisse karissime genitricis nostre, Concedimus et confirmamus ederrado, dilecto parenti nostro, filio quondam landemarii comitis, omnes terras et casas et res stabiles, quas possidistis et dominastis sub tempore domni

guaimarii principis et ducis, genitoris nostri, tam intra hanc civitatem, quam et foris, et vobis gaite et marie, filie quondam friderisii comitis, qui fuit germanus tibi ederrado, dilectis parentibus nostris: Concedimus et confirmamus omnes terras et casas et res stabiles, quas similiter vos et ipse genitor vester possedistis et dominastis tempore ipsius genitoris nostri, tam intra hanc salernitanam civitatem, quam et foris. Iamdictas vero terras et casas et res, sicut superius legitur, vobis ederrado et gaite et marie in iamdicta ratione concedimus et confirmamus cum omnibus que intra eas sunt cunctisque earum pertinentiis et cum vice de plateis et viis et anditis earum et cum muniminibus omnibus ex eo continentibus. Ea ratione, ut integra suprascripta concessio et confirmatio, ut superius legitur, semper sit in potestate nostra, quemammodum vobis concessimus et confirmavimus, et heredum nostrorum. Et vos et vestri heredes licentiam habeatis ex eis facere quod volueritis; Et neque a nostris iudicibus, comitibus, castaldis, neque a quibuscumque actoribus nostre reipuplice quolivet tempore vos et vestri heredes habeatis ex hoc quod vobis, ut suprascriptum est concedimus et confirmamus, aliquam contrarietatem; Sed in perpetuum illud securiter habeatis, et ex eo in iamdicta ratione, quod volueritis, faciatis. Textum vero harum concessionum et confirmationum scribere precepimus te aceprandum levitam et scribam nostri sacri palatii. Anno nobis a deo concessi principatus nonodecimo. MENSE IULIO CONCURRENTE INDICTIONE TERTIADECIMA.

Locus†Sigilli.

MCCCX

A. D. 1060

† In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri Gisulfi gloriosi principis, mense iulio, tertiadecima indictione. Ante me iohannem iudicem ibique adessent idoneis hominibus landolfus filius quondam guaiferii comitis et aloara uxor sua filia iohannis comitis palatii, et petrus filius quondam lamberti comitis, coniuncti sunt cum maraldo clerico et medico et abbas ecclesie sancte semperque virginis dei genitricis marie, que condita est intus hanc salernitanam civitatem inter murum et muricinum, et pertinet heredum quondam domni iohanni principis. et ipsi landolfus, et aloara, et petrus clarificaverunt sibi pertinere inclitam tertiam partem de tota terra cum aliquantis arboribus et vacuum, et de unum de duobus molinis qui in uno sedio facti sunt, et unum ex ipsis molinis est a parte orientis et alium a parte occi-

dentis. ipsum molinum ab ipsa parte orientis pertinet ipsi et clerico, et ipsum molinum ab ipsa parte occidentis pertinet ipsorum landolfi, et aloare, et petri, et consortem eorum. nam et ipsum molinum ab ipsa parte occidentis est intra ipsam terram factum foris hanc civitatem in loco lirino, et dixerunt esse tota ipsa terra cum ipsum molinum ab ipsa parte occidentis per fines et mensuras, iusto passu homini mensuratas; a parte septemptrionis est finis via, et mensuratum rectum per ipsam viam, passi centum quadraginta quattuor: a parte occidentis est finis alteram viam, et mensurati rectum per ipsam viam passi quadraginta octo: a parte meridiei est finis limite, sunt inde passi centum quadraginta duo, et revolbit in ipsa parte septemtrionis passi viginti, et revolbit in oriente passi viginti usque media arcaturia; ab ipsa parte orientis est finis media ipsa arcaturia, et ipsa alia medietate de ipsa arcaturia cum ipsum molinum ab ipsa parte orientis pertinentem ipsi ecclesie, et mensurati intra suprascripta terram iuxta ipsam arcaturia passi septuaginta. de tota suprascripta terra cum ipso molino per ipsas fines et mensuras pertinet ipsi landolfo et petro integram tertiam partem, et de ipsa tertia parte pertinet ipsi petro mediatore et aliam medietatem ipsi landolfo; et de ipsa medietate ipsius landolfi pertinet ipsi aloare quartam partem per datum ipsius viri sui. et sicut ipsis landolfo et aloare et petro congruum fuit sua voluntate per convenientiam per hanc cartulam tradiderunt ipsi abbati integram ipsam tertiam partem de tota suprascripta terra cum ipso molino qui intra ipsam terram suprascriptam est factum, est per ipsas fines et mensuras cum omnibus que intra ipsam tertiam partem sunt, cunctisque suis pertinentiis et cum vice de ipsis viis et cum inclitam tertiam partem de aqua decurrit ad ipsum molinum, et cum integra tertia parte de sedio ipsius molini ab ipsa parte occidentis et de arcaturiis et ante positionibus et de omnibus ipsi molino pertinentibus. ea vero ratione ut semper integram traditio ipsa, qualiter suprascriptum est, sit in potestate ipsius abbati et successorum eius et parti suprascripte ecclesie, et liceat ille et eius successores et pars ipsius ecclesie ex eo facere quod voluerint; et propter confirmationem uius traditionis ipsi landolfus et aloara et petrus susceperunt ab ipso abbate statutum pretium auri tarenos costantinos viginti in omni deliberatione, sicut inter eos convenit. Et per convenientiam ipsi landolfus et aloara et petrus . . . . pro parte ipsius ecclesie dederunt et fideiussorem ei pro eius parte posuerunt iaquintum filium quondam . . . . landolfus et aloare et petrus obligaverunt se et illorum heredes semper defendere ipsi abbati . . . . ecclesie integrum illud quod ei, sicut suprascriptum est, tradiderunt ab omnibus hominibus et partibus . . . . ut quando ille et successores suos et pars ipsius ecclesie voluerint, potestatem habeant illud per se defendere . . . . cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. et si, sicut superins scriptum est, ipse landolfus et aloara et

petrus et illorum heredes ipsi abbati et successorum eius et pars ipsius ecclesie non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et illorum heredes componere ipsi abbati et successorum eius .... ducentos auri solidos constantinos. Veruntatem hoc memorari facio, ut ipse abbas et successores. . . filio quondam leoni bisinianensis et cum eius heredibus sicut ipsi landolfus et petrus et illorum heredes .... permanere debuerint .... scriptum est per iohannem notarium quintodecimo anno principatus domni gisulfi, mense ianuario, decima indictione .... filius quondam alferii comitis et ipse landolfus filius supradicti guaiferii comitis et petrus filius quondam lamberti comitis et sergius filius quondam desidei sartori; ipse sergius pro parte gaitelgrime filia landolfi comitis relicta quondam alberti comitis et pro parte landoarius filius ipsorum gaitelgrime et alberti ante testes tradiderunt ipsi melo filio ipsius leonis integram suprascriptam terram cum ipsum molinum, ut usque viginti quattuor annos inclita ipsa terra cum ipso molino, qualiter ipso brebe continet, ipse melus et suos eredes detinerent illud sue potestati, et ipse melus et suos eredes per omnem convenientiam usque ipsis annis completis darent ipsorum guaiferii et landolfi et petri et gaitelgrime et landoario et illorum heredes auri tarenos viginti quattuor, sicut ipsum brebem continet, in quo subscripti sunt landolfus et amatus notarii: et ipsi landolfus et petrus et .... faciant ipsum melum et suos heredes adimplere ipsi abbati eiusque successoribus et parti ipsius ecclesie omnia qualiter ipsum melum et suos eredes per ipsum brebem ipsis landolfo et petro eiusque eredibus adimplere debuerant per suprascriptam guadiam et penis obligatis. suprascripta fecit ipsa aloara cum boluntate ipsius landolfi viri sui. et taliter tibi iohanni notario scrivere precepi.

✝ Ego qui supra iohannes iudex.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCCXI

A. D. 1060

✝ In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri gisulfi glorioso principe, mense iulius, tertiadecima indictione. Ego lando filius quondam iohanni, vona mea voluntate ante subscripti testes donabi tibi gemma filia mea que sit uxor guisenolfi filii quondam al-

phani terra mea cum abellaneto quod abeo in loco nucerie propinquo ecclesie sancti prissi, ubi bespulo dicitur, que est per ec finis et mensuras iusto passu ominis mensurati. a parte sebtemtrionis fine bia passi biginti unum; a parte occidentis fine de eredes mari, passi triginta sebtem; a parte meridiei fine de eredes erkemperti, sicut inde terminatum est, inde passi biginti quadtuor; a parte orientis similiter finem de ipsa eredes erkemperti, sicut inde terminatum est, et coniungente se in ipsa bia a priora fine, inde passi triginta sex. de ec vero suprascripta pecia de terra cum abellaneto donabit tibi nominata gemma due sortis iusta ipsa bia da parte sebtemtrionis; reliqua vero tertiam partem est pertinente ab ipsa eredes erkemperti, ut semper cum ipsa eredes erkemperti de longitudo dibidatis per equalis mensura; ut quantum est superfluum de latitudo ipsa sortionem de ipsa eredes erkemperti, illut sibi abere, pro qua ego inde ipsius erkemperti obligatus sum per cartam dibisionis. Et sicut ipsa carta dibisionis continet due sortis ab ipsa nominata bia, tibi nominate gemma donabit cum omnia que intra eam sunt, cuntisque earum pertinentiis et cum bice de bie sue; Ut semper sit in potestati tue et de tui eredibus faciendi quicquid volueritis; Et probter confirmationem uius nostra donationem, recepi a te nominata filia mea launegilt iusta legem pelle vona unam. finitoque vero ipsa mea donationem, per subsebtum launegilt in omni deliberatione, de quam per vona combenientia ego suprascripto lando guadia vobis suprascripti bir et uxor dedi, et fideiuxorem vobis posuit ademarius filius quondam grimoaldi de locum floccanum. Et per ipsam guadiam obligo me et meis eredibus semper defendere tibi tuique eredibus integra suprascripta nostra donationem, ut superius legitur, cum bice de bie sue ab omnibus ominibus omnique partibus. Et quando volueritis tu et tui eredes potestatem abeatis modis illam defendere, sicut bultis cum omnibus muniminibus et rationibus quas inde ostenderitis. Et si, sicut superius scriptum est, illut tibi tuique eredibus non adimpleverimus, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserimus, per quabis modum, omnia sicut in lex langobardorum de carta de donum et launegilt subscebtum continet, illut tibi tuique eredibus adimpleamus, et at componere siamus nos et nostris eredibus obligati, et componere tibi tuique eredibus biginti auri solidi constantini, et suprascriptam vobis adimpleamus. et ipso sturbatum legitur sebtemtrione. Quam te petrus protonotarius scribere rogabimus. actum nucerie.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

† Ego guandelferi.

MCCCXII

A. D. 1060

✝ In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense augusto, tertiadecima indictione. Ante me petrum Iudicem muscatus venerabilis abbas ecclesie sancte sophie, que constructa est intra hanc salernitanam civitatem secus plateam que ducit supter et non longe a fistula, et ipsa ecclesia cum omnibus stabilibus et mobilibus rebus ipsi ecclesie pertinentibus theodore filie gregorii consulis et ducis romanorum et heredibus paldulfi, qui fuit maritus ipsius theodore pertinet, et fortunatus filius quondam petri presbiteri, et regalis uxor ipsius fortunati filii quondam nicolay, que regalis primum quidem uxor fuerat iohannis filii quondam petri de loco palmentata coniuncti sunt; Et dixerunt ipsi ecclesie pertinere integras septem partes de quinque peciis de terris, quas ipse iohannes prior maritus ipsius regalis et petrus germanus ipsius iohannis ac filius ipsius petri habuerunt foris hac civitate: ex quibus prima est cum querceto et vacuo, ubi colonia dicitur per fines et mensuras. A parte orientis est finis medio torum, et passi octoginta: a parte septemtrionis est finis media serra montis, et passi centum sexaginta: A parte occidentis est finis qualiter a media ipsa serra descendit et coniungit in media sepe, et per mediam ipsam sepem descendit ad partem meridiei, et per totam istam partem sunt passi centum viginti quattuor. Ab ipsa parte meridiei est finis media sepem, et passi nonaginta sex, et revolvet in ipsa parte meridiei passibus duobus, et revolvit in ipsa parte orientis aliis duobus passibus. Secunda est cum arbusto in loco palmentato per fines et mensuras: A parte orientis est finis via puplica, et passi sexaginta quattuor; A parte meridiei est finis media sepes, et passi undecim: A parte occidentis finis medio limitem, et passi sexaginta quattuor. A parte septemtrionis finis media sepe, et passi viginti. Tertia et similiter cum arbusto in iamdicto loco palmentata per fines et mensuras. A parte orientis est finis media sepem, et passi viginti sex: A parte septemtrionis est finis, sicut ripa discernit et recte mensurati prope ipsam ripam intra ipsam terram, passi viginti quattuor: A parte meridiei est finis media sepes que est intra hanc et alteram terram que subscrivenda est, et passi triginta duo. Quarta est in ipso loco palmentata per fines et mensuras: A parte orientis finis media sepes et passi tredecim: A parte septemtrionis est finis suprascripta tertia pecia, et finis aliorum sicut media sepes discernit, et passi octoginta sex: A parte occidentis est finis fluvius qui lirinus dicitur et mensuratus intra ipsam terram recte prope ipsum fluvium, passi triginta quinque: A parte meridiei finis media sepes, que discernit intra hanc et terram ecclesie sancti

adiutoris, que in eo loco constructa est, et passi octuaginta duo. Quinta est cum arbusto in eodem loco palmentata intra quam ligneam domum constructa fuit, que est per fines et mensuras: A parte septemtrionis est finis via antiqua que caba dicitur, et passi viginti: A parte occidentis finis via puplica, et passi decem et octo. A parte meridiei finis media sepes, et passi viginti duo: A parte orientis finis media sepem, et passi decem et septem. octabam partem de suprascriptis quinque peciis de terris per iamdictas fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas ipsi regali; et ob hoc ipsi abbas et fortunatus et regalis coniuncti sunt in convenientiam, dum idonei interessent homines. Et per ipsam convenientiam ipse muscatus abbas pro ipsa octaba parte quam ipsi regali pertinuit habere in suprascriptis prima et secunda et tertia et quarta peciis, tradidit eidem regali in sortem integras ipsas septem partes de ipsa quinta pecia de terra per suprascriptas fines et mensuras, cum omnibus que intra eas sunt cunctisque earum pertinentiis et cum vice de viis quibus coniuncta est; ut semper sit in potestate ipsius regalis et heredum eius, et illa et eius heredes licentiam habeant ex eo facere quod voluerint; et nullo tempore ipse abbas et successores eius, et potestatem dicte ecclesie ex integra ipsa quinta pecia per suprascriptas fines et mensuras, vel de ea aliquas actiones ipsi regali et illius heredibus preponant; Sed semper eam ille successores eius et pars iamdicte ecclesie ipsi regali et eius heredibus defendant ab omnibus hominibus quibus per eos illam vel ex ipsa quemlivet modum data aut obligata seu alienata paruerit, et qui per illorum parte et dato quascumque causationem de eo ipsi regali et illius heredibus preposuerint. Et ipsa regalis tradidit ipsi abbati integram ipsam octabam partem de ipsis prima et secunda et tertia et quarta peciis per suprascriptas fines et mensuras in sortem cum omnibus que intra ipsam octabam partem sunt cunctisque eius pertinentiis et cum vice de viis suis; ut semper sit in potestate ipsius abbatis et successorum eius et partium ipsius ecclesie, ad faciendum ex eo ipse abbas et successores eius et pars iamdicte ecclesie quod voluerint. Et nullo tempore ipsa regalis et eius heredes ipsi abbati et successoribus eius, et parti ipsius ecclesie ex integris ipsis prima et secunda et tertia et quarta peciis vel de eius aliqua factionis ipsi abbati et successoribus illius et pars ipsius ecclesie preponant; Sed semper integras eas illa et eius heredes ipsi abbati et successoribus illius et pars ipsius ecclesie defendant ab omnibus hominibus quibus per eam illas vel ex ipsis per quemlivet modum date aut obligate seu alienate paruerint: et qui pro illius parte et dato quascumqne causationes de eis illi et successoribus illius et pars ipsius ecclesie preposuerint. Et per convenientiam ipsi vir et uxor, secundum legem eorum et romanorum consuetudinem qua vibunt, guadiam ipsi abbati dederunt et fideiussorem ei posuerunt siconem co-

mitem filium quondam guale comitis. Et per ipsam guadiam ipsa regalis obligavit se et suos heredes si, sicut superius scriptum est, ipsi abbati et successoribus illius, et pars ipsius ecclesie non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, componere ipsi abbati et successoribus illius et pars ipsius ecclesie centum auri solidos constantinos. Et ipse fortunatus per suprascriptam guadiam obligavit se et suos heredes, si suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, componere ipsi abbati et successoribus illius et parti ipsius ecclesie centum auri solidos constantinos. Ipsa namque regalis suprascripta fecit per seipsam quam ultra viginti quinque annos eam esse agnovi. Et taliter te romoaldum notarium subscribere precepi.

(Desunt firmae).

MCCCXIII

A. D. 1060

✝ In nomine domini anno nonodecimo principatus domni nostri Gisulfi gloriosi principis, mense september, quartadecima indictione. Memoratorium factum a me leo filius quondam leonis surrentinum, coram presentia bibo castaldo . . . alii coniunctus sum cum constantinu socero meus filius quondam petri amalfitano propter dotis que dedit et confirmabit iohanni nepoti suo filius meus, quia dedit nobis integrum catodeum de terra sua cum casa fabrita solarata de intus anc salernitanam civitatem a super ecclesia sancti martini da la palma; ut sic illut abeant iohannes filius meus et eius eredes, sicut ipsum scriptum continet, quod scriptum est per alderissi notario. Nam de alia rebus et causa mobilia pertinentem ipsius constantini manifestum ei facio, ut non aliquando tempore nec ego nec meos eredes queramus aliquit de rebus ipsius constantini tollere aut dare pro nulla ratione, sed omni tempore ipse constantinus et eius eredes securiter illut sibi abeant, et faciant omnia quod voluerint, apsque omni contrarietate mea et de meis eredibus. Et obligo me et meos eredes, ut si aliquando tempore qualiscumque causationes inde eidem constantini et ad eius eredes preposuerimus, per conbenientia componere obligo me iamdictus leo et mei eredes ipsius constantini et ad eius eredibus quinquaginta auri solidos constantinos, et taciti et bacui inde maneamus, et pro securitate ipsius constantini scribere fecimus te alderisii notarium.

✝ Ego petrus notarius me subscripsi.

✝ Ego petrus notarius me subscripsi.

MCCCXIV

A. D. 1060

✝ In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense octuber, quartadecima indictione. Ideoque nos petrus presbiter et abbas, et merigno germanus filius quondam petri et Imetanko filius quondam grimoaldi qui sumus consobrini fratres, clarefacimus nos abere terra bacua abintro anc castello muntorum rotense finibus, quod nobis est pertinentes a pars ipsorum genitoribus nostris, et per nostre rationibus: et congruum nobis fuerat illut benumdare, ut si filius quondam dilecti, et sicut nobis toti supradicti congruum est nostre vone voluntatis ante presentia maioni iudici et alii testes, per anc cartulam benumdedimus tibi predicti ursi tota et inclita ipsa terra, quod superius diximus, ab intro anc castello muntorum, quod est per ec finis et mensurie: da partibus orientis finis platea que pergit ad ipsa platea puplica, sunt inde pedes sidecim; de partibus meridie finis de eredes ursi, sunt inde pedes undecim; a pars occidentis finis media strectola, sunt inde pedes sidecim; da partibus septemtrionalis finis muro de predicto castello, sunt inde pedes duodecim, et congungentes se in priore fine totum at iusto pede manum hominis mensuratum. de ec vero terra per iamdictas fines et mensurie totum et inclitum cum omnia intro se abente omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de platea et strectola sua, et cum solo solario suo illut tibi predicti nos benundedimus, at securiter et firmiter amodo et semper tu et tuis eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia inde vel exinde faciendum quod vobis placuerit, absque omni contrarietate nostra et de nostris eredibus aut cuiquam hominibus; et pro confirmandam et stabilissendam an nostram bindictionem, nunc a presenti recepimus a te predicto urso statutum pretîum i sunt auri tari boni numerum quattuordecim, sicut inter nos combenit in omnem deliveratione. finitoque vero pretium aput nos vel qua per vonam combenientia, guadiam tibi predicti ursi dedimus, et mediatorem tibi posuimus nos ipsis; et per ipsam guadiam obligamus nos et nostris eredibus antistandum et defensandum tibi tuique eredibus suprascripta nostra bindictione da pars uxoribus et da genitrice nostra, et da omnis omines omnique partibus. Et dedimus tibi pro at defensionem abendum una carta que continet: bicesimo sexto anno principatus domni guaimarii, de mense martius, duodecima indictione, quomodo lando castaldus filius landoni comitis benundederunt grifoni, et petri, et iohanni, et grimoaldi germani filii iaquinti ipsa predicta terra: scripta per iso presbiter et notarius, et testes ego qui supra lando, ego iaquintus; ut quando nobis necessum fuerit cum ista carta, et cum ipsa declarata carta quod nobis pro

at defensione abendum dedimus, et cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de eas ostederitis, sicut vultis, il!ut nobis defendite per nos ipsam, quando nos vel nostris eredibus defensores exinde quesieritis, tunc ipsa declarata carta salva aput nos remittatis, et nos et nostris eredibus inclita ipsa terra per iamdictas fines et mensuras illut vobis vestrisque eredibus antistemus et defensemus, et post fine facta salva ipsa carta aput vos remittamus per omnes bices, quando nobis illa dederitis; et si, sicut superius legitur, talia vobis vestrisque eredibus non adimpleverimus, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contrare quesierimus, aut si quodcumque causationes vobis exinde preposuerimus, tacitam et bacua sit, et obligamus nos et nostris eredibus per combenientiam, et per ipsam guadiam, componere tibi tuique eredibus quinquaginta auri solidi constantini, et omnia suprascripta per inbitis vobis adimpleamus et defensemus, sicut superius legitur, per supradicta guadia et obligata pena. disturbatum legit defensemus. et taliter scribere rogabimus te garimpoto clericum et notarium: intus an castello muntorum.

† Ego qui supra maio.

MCCCXV

A. D. 1060

† In nomine domini nonodecimo anno principatus domni gisulfi gloriosi principis, mense october, quartadecima indictione. Declaro ego nicola vice comes quoniam coniuncti sunt ante nos quedam hominibus pando filius cuiusdam alferi, qui aliter cabat, cum sergi abbatis monasterii sancti archangeli, de rebus et loco qui dicitur ancilla dei, et sunt coniuncte cum vineis pertinentes eidem monasterio. Qui dum per manus predicti pandoni ostensa est et monimen quod ec continet: Tricesimo secundo anno principatus domni nostri guaimarii, et secundo anno ducatus eius amalfi et syrrenti, et octabo anno principatuum et ducatuum domni gisulfi, mense maius, indictione secunda, et secundum consuetudo predictis locis, iaquintus vice comes comprehensisset rebus pro plubice que fuerit comita ursiviri germani eorunde sorori eorum qui de anc terra exierit. et nobissima vero die repetit predicta rebus ipso pandus ad ipsum iaquinto et pro pars reipublice illud securatum est per manus iaquinti vice comitis ad ipsum pando per as fines, quod ita continebat da fine rebus monasteri sancti arcangeli et descendente secus ipsa sepis fine ursigruse et seret in pesclo immobile, et descendente et seret in alia petra

et badit in priore via, et per ora via abiente tramite in rio et abiit ubi dicitur aqua de corno et seret in preceptum musuricla, et per eadem fines abiit in precepto de iamdicto monasterio usque in prima fine. Scriptum per manus landi presbiteri et notarii, et testes iaquintus vice comes. Et dum per rogum predicti pandoni, simulque predictus abbas et aliorum monachi eadem monasterio honorati cum bonorum hominum et supter scriptus notarius super ipse rebus perreximus, et igitur ipsa monimen que et continet relegere fecimus; sed dicebat ipse pando quod videlicet via puplica finis monasterii fleret per ipso abbati et per eadem monachi demonstrabat subtus ipsa via et vinee quod illorum esset, et repetebat ipso pando preceptum de ipso monasterio videret et finem inter se fieret. Set antequam ipso preceptum ipso abbati demonstraretur, et aliqua sacramenta exinde fieret per nostram locutionem vonorumque hominum reberteret in combenientiam utraque pars, et finis confixeret per ipse petre immobiles que rectum se discernunt inter ipsas res pandoni et res prefati monasterii, in quo ipsa una petra, est in capud de ipsa sepis finis ursi et rebus predicti monasterii, et feret rectum in alia petra et da illa petra rectum abiente in alia petra et iterum rectum demonstrat in alia petra et abiente in petra ubi videtur querquum . . . . et perbadit in petra que non longe a bia puplica esse paruerit, et tote sunt immobiles et crux facte. et a foris as fines aberet pando et eius eredes unde eidem necesse fuerit de eadem fines rebus monasterii passi duo pro vice de viis per latitudo via fleret ipsi passi. Unde per eadem combenientia ipse iamdictus abbas cum suo advocatore et cum . . . . dederit et fideiussorem ei poneret leo filius quondam mauri presbiteri de cute et iohannes filium quondam petri musuricla. Et per ipsa guadia obligavit se predictus sergius abbas et suos successores et pars ipsum monasterium ad predictum pando et ad eius heredes, ut si aliqua de scripta combenientia dirumpere vel remobere aliqua voluerit, ut primis omnium questio et causatio erit apud ipsum pando et de eius heredes fleret tacita et bacua, et ad compositionem se obligavit predictus abbas eiusque successores et pars ipsum monasterium ad componendum cum illorum apposita persona ad iamdictum pando et ad eius heredes et cui pro vice eorum suprascripta combenientia in manus paruerit quinquaginta solidos auri constantini, et scripta combenientia omni tempore firma et stabile permaneat et taceant per inbitis. Et taliter scribsi ego landus presbiter et notarius per iussionem prefati vice comitis.

✝ Ego qui supra nicolaus clericus et notarius.

MCCCXVI

A. D. 1060

✝ In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense nobembri, quartadecima indictione. Dum in sacro salernitano palatio coram presentia suprascripti domni nostri gisulfi invictissimi et a deo conserbati principis essem ego petrus iudex et plures more solito circa eum essent fideles, inter quos aderat domnus leo venerabilis abbas monasterii sancte et individue trinitatis, quod constructum est foris hanc salernitanam civitatem in loco metiliano, et maurus imperialis protospathario filius quondam marini, qui dictus est iactavecte, et mastalus filius quondam godeni abitatores civitatis amalfitane, et ipsi maurus et mastalus ostenderunt unum preceptum utili anulo insignitum quod continebat: In nomine sancte et individue trinitatis, gisulfus divina favete clementia langobardorum gentis princeps, nostras ad deum tendere preces confidimus si dignas petitiones nostrorum fidelium non contempnimus, et eosdem fideles nostro beneficio nobis fore credimus fideliores et in nostro servitio promptiores, et ceteros eaque bene fecerimus arbitratos fidelius nostris obedire preceptis; Idcirco per interventum domne gemme principisse karissime genitricis nostre confirmamus vobis mauroni imperiali protospatario filius quondam marini, qui cognominatus est iectavecte, et mastalo filius quondam godeni habitatoribus de civitate amalfis de quinque partibus integras quattuor pars de terra cum silvis in loco qui cetara dicitur, quas emtas habetis a mario, qui dictus est pappalardo filio quondam riccardi, et a griso filio quondam cuncti, et a sellitto et riccardo germanis filiis quondam sellicti, et a machenolfo filio quondam iohannis, et a vivo castaldo filio quondam petri. et tote ipse terre sunt per fines qualiter incipit a grotte de sub latere montis falerzu, et rectum pergit in parte occidentis, et inde vadit in parte meridie usque in pumicara, et inde vadit in parte occidentis usque in medium flumen de ipso loco de cetara; et per medium ipsum flumen ascendit in locum qui dicitur ad hominem mortum, et ab ipso loco homine mortuo ascendit in parte occidentis et coniungit in serra que dicitur muiulu, et per ipsam serram vadit in parte orientis et coniungit in altera serra que dicta est de pulveraccho, et exinde in serra de castaniola, et in serra de sao, et vadit usque in suprascripte grotte de falerzo cum omnibus intra ipsas quattuor parte sunt cunctisque earum pertinentiis et cum vice de viis earum. Necnon et concedimus vobis integram ipsam quartam partem de suprascriptis terris per suprascriptas fines cum omnibus que intra eam sunt cunctisque eius pertinentiis et cum vice de viis suis, ea ratione, ut de toto et integro eo quod vobis, ut dictum est, confirmamus et concedimus, integras tres partes semper sint in potestate

tua mauronis et eredum tuorum; et liceat te et tuos heredes de eis facere quod volueritis; et reliquam quartam partem ex eo semper sit in potestate tua mastali et heredum tuorum: et liceat te et tuos heredes ex ea facere quod volueritis, et neque de nostris iudicibus, comitibus castaldeis; neque a quibuscumque auctoribus nostre reipuplice, quolivet tempore vos et vestris heredes habeatis ex hoc quod vobis concedimus et confirmamus, ut suprascriptum est, aliquam contrarietatem, sed in perpetuum illud vobis et vestri heredes in suprascripta ratione securiter habeatis et faciatis ex eo, ut dictum est, quod volueritis vos et vestri heredes, absque omnibus controversiis et requisitionibus nostre reipublice. Textum vero huius concessionis et confirmationis scribere precepimus te aceprandum lebitam et scribam nostri sacri palatii, anno nobis a deo concessi principatus nonodecimo, mense nobembri, concurrente indictione quartadecima. Cum autem ipsum preceptum fuit ostensum ipsi maurus et mastalus volebant facere cum predicto domno abbati de suprascriptis terris quemammodum inferius describendum est; et ut hoc firmum permaneat, iusta capitulum edicti regis langobardorum, interesse fecimus ydonei homines, ut secundum eumdem capitulum quod de convenientia abbatis et ceteris affixum est, hec convenientia in subscrivenda ratione finita sit. Et ideo ipse domnus abbas per iussionem ipsius domni principi convenientia faciens manifestavit dicens ipsum preceptum in omnibus quod continet veracem esse et nichil ex eo quod continet remobere aut contradicere posse: et recepit de ipsis maurone et mastalo propter hoc auri tarenos de presenti moneta centum viginti, ad faciendum ex eis quod voluerit. Et per convenientia ipse domnus abbas guadiam ipsis mauroni et mastalo dedit, et fideiussorem eis posuit aldemarium filium quondam iohannis vestararii; et per ipsam guadiam et convenientiam ipse domnus abbas obligavit se et successores suos et pars suprascripti monasterii, ut nullo quoque tempore querant tollere vel contrare suprascriptas terras per iamdictas fines vel ex ipsis mauroni et mastalo vel illorum heredibus, aut quascumque actiones adversus illos vel eorum heredibus preponere presument, et semper ille et successores suos et suprascripto monasterio pars defendant ipsis mauroni et mastalo et illorum heredibus suprascriptas terras per iamdictas fines a iohanne monacho ipsius monasterii, qui dicitur de rogata, filio quondam petri, et a iaquinto ipsius monasterii monacho filio quondam igni, et a machenolfo filio quondam iohannis, et ab eorum heredibus, et ab omnibus hominibus quibus per ipsum domnum abbatem et successores eius, et pro parte suprascripti monasterii et per ipsos iohannem, et iaquintum, et machenolfum et per illorum heredes ipsas terras vel ex ipsis datas aut obligatas vel manifestatas seu alienatas paruerit, et quibus per earum partes et dato quascumque causationes ex eo ipsis mauroni et mastalo et illorum heredibus preposuerint; ab aliis autem hominibus et cum voluerint ab omnibus hominibus ipsi maurus et mastalus et illorum

heredes potestatem habeant ipsas terras per se defendere, qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eis ostenderint. et si, sicut superius scriptum est, ipse domnus abbas et successores suos, et pars ipsius monasterii ipsis mauroni et mastalo et illorum heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint; per ipsam guadiam et convenientiam obligavit se et successores suos et pars suprascripti monasterii componere ipsis mauroni et mastalo, et illorum heredibus trecentos auri solidos constantini. Et ipse domnus abbas reservavit sivi vicem de via puplica que ducit infra suprascriptas terras, ut per eandem viam ille et successores eius et pars ipsius monasterii, et homines quos voluerint, potestatem habeant ire ad res ipsius monasterii que est a foras suprascriptas fines coniunctas cum suprascriptis terris, et faceret ex ipsa vice de via et de ipsis rebus ipsius monasterii quod voluerint, absque contrarietate ipsorum mauronis et mastali et heredum eorum. et duas cartulas unius tenoris, hanc quam pars suprascripti monasterii, et alteram quam ipsi maurus et mastalus retinunt. scripsit iohannes notarius per iussionem suprascripti domni principis.

† Ego petrus iudex.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCCXVII

A. D. 1060

† In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense ianuario, quartadecima indictione. Ante me petrum iudicem ursus filius quondam sergii castaldi qui dictus est cafarellum, et pulissena uxor eius filia quondam alferi, coniuncti sunt cum manso atrianensis filio quondam constantini, qui dictus est tumacellum: et ipsa pulissena clarificavit se abere una pecia de terra cum binea et cannietum foris hanc salernitanam civitatem in locum transboneia, ubi trocclo dicitur: et dixit ipsam terram esset per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas. A parte septemtrionis finis ipsius mansonis et de germani sui, et passi quadraginta octo. A parte orientis finis medio ballone, et per eum mensurati passi sidecim. A parte meridie passi quadraginta nobem. A parte occidentis passi tridecim et medium. Et bolevat ipsa mulier, conscentienti ei ipso viro suo, illud benundare ipsi mansonis

et observantes ea que in langobardorum regum edictum scripta sunt de muliere que res sua consentiente biro suo benundare boluerit suum abet ipso viro suo, fecerunt notitia ad duos parentes qui ipsi pulissene propinquiores sunt; et in presentia ipsorum parentum et mea ipsa pulissena nullam se dixit patere biolentia, nisi voluntate sua ipsa pecia de terra, consentiente ipso biro suo, se dixit benumdare. Et ego in hac cartula manum pona quam petrus scribit cum notitia ipsorum parentum et mea scribit; ut ab hoc die hoc quod vendiderit stabilem déveat permanere. Quo ita facto ipsa pulissena, sicut ei congruum fuit, sua boluntate per hanc cartulam consentiente ei ipso biro suo, benundedit ipsi mansonis integra suprascripta pecia de terra per suprascriptas fines et mensuras cum omnibus que intra eam sunt, cunctisque eius pertinentiis, et cum bice de bia sua; ea ratione ut integra suprascripta benditio, sicut supra legitur, semper sit in potestate ipsius mansonis, et leoni et ursi germani sui, et de illorum heredibus; et liceat illis et illorum heredibus de ea facere quod voluerint, et pro parte confirmationem uius benditionis, ipsa pulissena, consentiente ei ipso biro suo, suscepit a predicto mansone statutum pretium aureos tarenos quadraginta quattuor in omni deliberatione. Et per combenientia ipsi ursus et pulissena vir et uxor guadiam ipsi mansonis dederunt, et fideiussorem ei posuerunt petrum filium quondam iohanni qui postmodum monachus fuit, et dictus est scaciaracia; et ipse manso ipsa guadia et predictus fideiussor suscepit pro parte sua et pro parte leoni et ursi germani sui, filii suprascripti costantini; et per ipsam guadiam ipsa pulissena, consentiente ei ipso viro suo, obligavit se et suos heredes semper defendere ipsorum germanorum et ad illorum heredibus integram suprascripta benditio, sicut supra legitur, hab omnibus hominibus et partibus. et ipsa pulissena, consentiente ei ipso biro suo, tribuit ipsi mansoni licentia, ut quando ille et predicti germani sui et illorum heredibus voluerint, potestatem habeant suprascripta venditione per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas de ea ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsa pulissena et suos heredes ipsorum germanorum, et ad illorum heredibus non adimpleberint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam, consentiente ei ipso biro suo, obligavit se et suos heredes componere ipsorum germanorum et ad illorum heredibus triginta auri solidos constantinos; et sicut superius scriptum est adimplere: et ipse ursus filius predicti sergii, per combenientiam per suprascripta guadia obligavit se et suos heredes, si suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumserint, componere ipsorum germanorum et ad illorum heredibus triginta auri solidos constantinos, et taciti ex oc adbersus illos permanerent. Verumtamen quum ipsa pulissena reserbavi via per ipsa rebus ad consortes suos que

per legem illam ibi abere debet; ut per ipsam via ingredi et regredi possant cum illorum congruitatis, iusta ratione. Et quod superius inter virgulas scriptum est, dicit et mensuras; et ipsum disturbatum in uno loco legitur, se nullam se dixit pateret; et in aliis loco legitur, et taciti ex oc adbersus illos permanerent. et taliter te petrum notarium scribere precepi interfuisti.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCXVIII

A. D. 1061

† In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri Gisulfi gloriosi principis, mense februario, quartadecima indictione. Dum coram presentia domni leonis venerabilis abbatis monasterii sancte et individue trinitatis, quod conditum est foris hanc salernitanam urbem in loco mitiliano, essem ego petrus iudex et aliis, adelarius filius quondam romoaldi et gemma uxor eius filia petri, coniunti sunt cum iohanne monacho ipsius monasterii, et ipsi adelarius et gemma clarificaverunt se communiter habere unam peciam de terra cum insiteto foris hanc civitatem in loco transboneia, ubi rotam dicitur, quam dixerunt esse per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas. A parte meridie finis via, et per eam recte prope ipsam terram, mensurati passi septuaginta. A parte occidentis finis via commune et passi viginti septem: A parte septemtrionis passi octoginta: A parte orientis passi quadraginta recte mensuratos. Et dixerunt ex eadem terra quartam partem pertinere ipsi gemme per datum ipsius viri sui, reliquas vero tres partes pertinere ipsi adelario. Et udentes ipsi adelarius et gemma ipsam terram communiter venundare, fecerunt notitiam duobus propinquioribus parentibus ipsius gemma, et in presentia ipsorum parentum et mea ipsa gemma violentiam aliquam se pati non reclamavit, nisi bona voluntate sua ipsam quartam partem suam se dixit venundare, ut ab hoc die omni tempore hoc quod vendiderit stabile debeat permanere; et ego in hac cartula manus ponam quam iohannes scriba cum notitia ipsorum parentum et mea scribit. Et sicut ipsis adelario et gemme congruum fuit, bona illorum voluntate, per hanc cartulam communiter venumdederunt ipsi iohanni monacho pro parte suprascripti monasterii integram suprascriptam terram per iamdictas fines et mensuras cum omnibus que intra eam sunt cunctisque suis pertinentiis, et cum vice de ipsis viis. Ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius domni abbatis et successorum eius, et partibus ipsius monasterii, et liceat illum et successores eius et pars suprascripti

monasterii de eo facere quod voluerint. Et propter confirmationem huius venditionis, ipsi vir et uxor communiter susceperunt ab ipso iohanne pro parte suprascripti monasterii, presente ipso domno abbate, statutum pretium auri tarenos centum viginti in omni deliveratione. et per convenientia ipsi adelarius et gemma communiter guadia ipsi iohanni pro parte ipsius monasteri presente ipso domno abbate dederunt, et fideiussorem ei pro ipsius monasterii parte posuerunt dauferium, qui cognominatur barbutu, filium quondam petri. Et per ipsam guadiam ipsi venditores obligaverunt se et suos heredes semper defendere ipsi domno abbati et successoribus illius et partibus ipsius monasterii integrum illud quod ipsi iohanni, sicut suprascriptum est, venumdederunt ab omnibus hominibus. Et tribuerunt communiter licentiam, ut quando ipse domnus abbas et successores suos, et pars ipsius monasterii boluerint, potestatem habeant illud per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsi adelarius et gemma et illorum heredes ipsi domno abbati et successoribus illius et partibus ipsius monasterii non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere ipsi domno abbati et successoribus illius et partibus suprascripti monasterii ducentos auri solidos constantinos. Ipsa vero gemma suprascripta fecit communiter cum ipso viro suo et cum illius voluntate quia in illis mundio est. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCCXIX

A. D. 1061

† In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense maio, quartadecima indictione. Ante me petrum iudicem iaquintus filius quondam madelmi et iohannacius cognatus eius filius quondam desidei atrianensis, qui dictus est turadialu, coniuncti sunt cum sergio filio dalfini, et ipsi iaquintus et iannacius ostenderunt tres cartulas: prima ex eis continebat, qualiter urso atrianensis filius leoni de auro, et mulier nomine grusa filia iohanni que erant ambo vir et uxor, clarefecerunt, ipse ursus habere rebus in loco sepi stabi salerni, que erat terra cum vinea et arbusto vitato et insites et pomis, uno teniente,

et in ipsa rebus habebat casa lignitia et palmentum, et ipsi gruse in ipsa rebus pertinebat habere quartam peciam a parte ipsius ursonis viro suo, quam ille ei emiserat in die eorum copulationis, et erat ipsa rebus per fines et mensuras: A parte septemtrionis fine cilium de poiu, inde sunt passi sexagintaduo: A parte orientis que fuerat theodorici notario, unde via fuerat, et passi sexaginta unum: A parte meridie fine via, que ducebat ad sanctum adiutorem, et passi quadraginta sex: A parte occidentis passi octoginta quattuor, totum mensuratum ad iusto passu hominum. tunc autem, sicut ipsis vir et uxor congruum fuerat bone eorum boluntatis, per ipsam cartulam secundum legem et consuetudo est gentis illorum romanorum, per largietate et absolutione ipsius domni principis, quem eis dandum direxerat per ragemprandum iudicem, venumderant adque ad semper habendum confirmaberant ipsi disideo atrianensi filio quondam sergii tarudulo tota et inclita ipsa rebus infra ipse fines et mensuras, et ipsa casa et palmentum, que superius legitur, ad securiter et firmiter semper ipse disiius et suos heredes inclita supradicta venditio abendum, possidendum, dominandi omnia exinde faciendi que volerent, absque ipsorum viri et uxor contrarietatem vel requisitione, sicut ipsa cartula continet, que scripta est per iaquintum notarium, de tricesimo octabo anno principatus domni guaimarii, et nono anno domni guaimarii eius filio gloriosis principibus; mense februario, decima indictione, in qua ipse ragemprandus iudex subscriptus est. Secunda de tertiodecimo anno principatus suprascripti domni guaimarii filii quondam domni guaimarii principis, mense maio, quartadecima indictione. Cum supradicta gloriosa potestas secundum gloriose sue dignitatis resideret in sacro salernitano palatio, et ante eius vestigiis astaret grimoaldus comes et iudex, venerunt quidam falco filius quondam rigandi de loco sepi, et lando et truppoaldus nepotes eius qui erant infantes infra etatem ac filii quondam godelchisi, qui fuerat germanus ipsius falconis; in simul et cum ipsi infantes venerat mulier nomine guidelaita matrem illorum, et proboluti fuerant ad pedes supradicte gloriose potestatis; ipsa mulier cum ipsi filii sui cum fletu clamantes, suamque necessitatem intimare udentes: ipse piissimus et gloriosus princeps preceperat ipsi iudici, ut illos érigere et patienter illos interrogare, pro qua venissent reclamandum; illis autem dixerunt, ut ipse vir et genitor illorum a iam preteritis defunctus fuerat et dimisisset ipsorum infantuli ad parlandum devitum, et non habebant unde devitum ipsum salbare, nisi accepta licentiam de rebus sua stavile ubicumque venderet; ipse iudex talia audiendo taliter illud intimaberat ad ipsa magnifica potestate; ille autem misericordia motus secundum mandatum legis de sua presentia direxerat super ipsa rebus que illis vendere cupiebant bona persona domini timentes, qui hoc ipsum hopus sapienter consideraret, ut ad ipsos infantes aliqua damnietas contra rationem aut per neglegentiam minime perbenisset. et dum

illuc perrexisset ipse missus, una cum ipsis mater et filiis et cum ipse falcus et alii bonis hominibus, et diligenter mensuraberat ipsa rebus; et dum hic rebersus fuisset ipse missus supradicte gloriose potestatis cum ipsis mater et filiis et cum ipso falco retulerunt, ut illud quod vendere cupiebant ipsi infantes cum ipso falco thio illorum in supradicto loco sepi pro ipso devitum quod dixerant habere, quod erat viginti sex auri tarenos, non fuisset valiente, nisi viginti et quattuor tarenos, eo quod erat terra cum viniola deserta et arbustellum et pomiferis non cultatum etiam et terra mala, set totum per has fines et mensuras: de pede fine medio poiu et finis disigii atrianensis filius quondam sergii tarudulo, inde latitudo passi quindecim: ab oriente fine de heredes quondam ipsi notario, et per longitudo passi sexaginta: de capite finis similiter de heredes ipsius ursi notario, et per longitudo passi quattuordecim; da parte occidentis fine de consortes ipsorum thio et nepotes, et per longitudo passi alii sexaginta, mensurati ad passum qui signatum est in columna marmorea de ecclesia sancti mathei de archiepicopio salernitano. et dum audierat illa excellentissima potestas, viscera pietatis motus, per ipsum iudicem ad solutionem dandum direxerat, ut ipsa rescella per iamdictas fines et mensuras que communiter dixerat habere, ex necessitate haberet illam vindendum cui boleret illud venderent; et ipsa mulier nomine guidelaita in sortionem ipsius viri sui de ipsa rebus quartam partem se professerat habere per suum scriptum morgincap ei emissum ab ipso viro suo alia die eorum copulationis, et congruum fuerat illum venumdare, et suum habens in presentia ipsius comitis et iudici duos parentes suos, et sicut ipsum iudicem rogaverat, ut ipsas res suas volebat vendere, et seipsam venditricem fecerat, et ipse comes, et iudex in ipsa cartula suis manibus posuerat, sicut et mundoalt eius inde ei consentiens fuerat, ut quod vendere stavile esset; et mirandus notarius per notitia ipsius comitis et iudici ipsam cartulam scripserat, ut absque damnatione legis securus inde maneret. hoc autem facta, tunc post absolutionem accepta ab ipsa gloriosa potestas que per ipsum iudicem esse dandum direxerat; ipsis falco, et guidelaita, et lando, et truppoaldus, sicut eis congruum fuerat bone eorum boluntatis, venumdederunt predicti disideo atrianensi filio iamdicti sergii taruduli tota ipsa rescella per iamdictas fines et mensuras cum omnibus infra se habentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de via sua, ad securiter et firmiter semper ipse nominatus desideus et suos heredes illud habendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volerent, sicut ipsa carta continet, que scripta est per ipsum mirandum notarium, in qua ipse grimoalt comes et iudex subscriptus est. Tertiam scriptam per ipsum mirandum notarium, de quartodecimo anno principatus suprascripti domni guaimarii filii quondam domni guaimarii principis, mense martius, quintadecima indictione; in qua ipse grimoalt comes et iudex subscriptus est. Cum autem ipse cartule

fuerunt ostense, sicut ipsis iaquinto et iannacio congruum fuit, bona eorum boluntate, per hanc cartulam per combenientiam dederunt ipsi sergio integras ipsas res per suprascriptas fines et mensuras, quas per suprascriptas secunda et prima cartula ipsi disideo genitor et socerum ipsorum iaquinti et iannacio benumdata sunt, quemadmodum ipsas cartulas continunt, cum omnibus intra eam habentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de viis suis et cum suprascriptis tribus cartulis, quas, ut dictum est, ostenderunt; ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius sergii et heredum eius; et liceat illum et eius heredes ex ea facere quod voluerint. et propter confirmationem uius venditionis ipsi iaquintus et iannacius susceperunt ab ipso sergio statutum pretium auri tarenos ex presenti moneta ducentos, in omni deliberatione; et per combenientiam ipsi iaquintus et iannacius guadiam ipsi sergio dederunt et fideiussorem ei posuit ipse iaquintus aldemarium filius quondam iohannis vestarini, et ipse iannacius posuit eidem sergio fideiussorem ipsum iaquintum cognatum suum, et per ipsam guadiam obligaverunt se ipsis iaquintus et iannacius et eorum heredes semper defendere ipsi sergio et illius heredibus integram suprascriptam venditionem ab omnibus hominibus; Sic tamen ut quando ipse sergius et eius heredes ipsos iaquintum et iannacium et eorum heredes defensores de suprascripta venditionem habere quesierint, tunc per omnes vices dent eis suprascriptas cartulas iusta rationem salbas abendas diebus sexaginta; et tunc per omnes vices ipsi iaquintus et iannacius et eorum heredes integram suprascriptam venditionem, sicut superius legitur, ipsi sergio et illius heredibus defendant; et post completos ipsos dies per omnes vices cartulas ipsas salbas, quales eis date fuerint, ipsi sergio et illius heredibus defendant. Et tribuerunt licentiam, ut quando ipse sergius et eius heredes voluerint, potestatem habeant suprascriptam venditionem per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas de ea ostenderint. et si, sicut superius scriptum est, ipsis iannacius et iaquintus, et eorum heredes ipsi sergio et illius heredibus non adimpleverint, et suprascriptam vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes ipsis iaquintus et iannacius componere ipsi sergio et illius heredibus centum auri solidos constantinos. et sicut superius scriptum est, adimplere; suprascripta fecit ipse sergius, presente ipso dalfino genitori suo, et per illius absolutionem. Suprascripto disturvato legitur quattuor, et quod superius inter virgulos scriptum est, ne noceat, quia ab omnibus hominibus legitur; et taliter te Iohannem notarium scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCXX

A. D. 1061

✝ In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense iunio, quartadecima indictione. Ante me petrum iudicem radoaldus, filius quondam romoaldi, et letitia uxor eius filia quondam petri clerici et iohannes filius eorum coniuncti sunt cum mansone genero eorum et cognato et filio quondam iohannis, qui dictus est sfagilla. dum ibidem adessent vivus et petrus germani filii quondam nikolay, qui dictus est rubro, et ipsi germani ostenderunt unum scriptum quod iussi legere ita continentibus. In nomine domini vicesimo primo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense iunio, quartadecima indictione. Ante me petrum iudicem radoaldus filius quondam romoaldi, et letitia uxor eius filia quondam petri clerici, et iohannes filius eorum coniuncti sunt cum vivo et petro germani filii quondam nikolay qui dictus est rubro, et per convenientia ipsi radoaldus et letitia, et iohannes guadiam ipsis germanis dederunt et fideiussorem ei posuerunt mansonem generum ipsorum radoaldi et letitie et cognatum ipsius iohannis ac filius quondam iohannis, qui cognominatus fuit sfagilla; et per ipsam guadiam obligaverunt se ipsi vir et uxor et iamdictus filius eorum et illorum heredes, ut in nativitate domini nostri ihesu christi, hoc anno prius veniente dent ipsis petro et vivo et illorum heredibus, vel cui hoc scriptum in manu paruerit, centum viginti nobem solidos, habentes per unumquemque solidos auri tareni quattuor bonos ex moneta que illis diebus in hac civitate publice formantur, ad faciendum ex eis quod voluerint. quum dixerant ipsi radoaldus et letitia et iohannes, ut preterito tempore ipsos solidos eidem petro et vivo dare debuissent, et si in antea ipsos solidos cum eorum voluntate tenuerint, tunc quando ipsi petrus et vivus. et eorum heredes ipsos solidos eis quesierint, tunc ipsis radoaldus et letitia et iohannes, et eorum heredes retdant illos eis bonos cum usuris quomodo per annum venit de quinque solidos sex per rationem secundum quantum tempus illos tenuerint super ipsum constitutum: et si ipsi vir et uxor et iamdictus filius eorum, et eorum heredes ipsos solidos, sicut suprascriptum est, ipsis petro et vivo et eorum heredibus, et cui hoc scriptum in manu paruerit, sicut suprascriptum est, non dederint, dent eis illos, sicut supra legitur, ipse manso et eius heredes quando illos eis ab ipso constituto in antea que fierint, quia taliter inter eis convenit; et si, sicut superius scriptum est, ipsis devitor et fideiussor, et illorum heredibus, ipsis germanis et eorum heredibus, vel cui hoc scriptum in manu paruerit non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam

obligaverunt se et eorum heredes componere ipsis germanis et eorum heredibus, vel cui hoc scriptum in manu paruerit, centum auri solidos constantinos, et sicut superius scriptum est adimplere; et per convenientiam ipse fideiussor obligavit ipsis germanis et eorum heredibus, vel cui hoc scriptum in manu paruerit ad pignerandum omnes res suas et heredum eorum legitimi et inlegitimi. similiter obligaverunt ipsis devitor ad ipsum fideiussor, et ad eius heredes. suprascripta fecit ipsa letitia cum voluntate suprascripti viri et mundoalt sui et uniter cum illo, et ipse iohannes filius eorum suprascripta fecit per absolutionem ipsius radoaldi genitoris sui; et taliter tibi iohanne notario scribere precepi. ego qui supra petrus iudex. Ut autem ipsum scriptum ostensum ac lectum fuit, ipsi vir et uxor radoaldus et letitia et iohannes filius eorum nominative obligaverunt ipsi mansoni genero et cognato eorum filius quondam suprascripti iohannis integra terra cum arbusto et castaneto et quercubus, uno teniente quam eis habere pertinet foris hanc a deo conserbatam salernitanam civitatem in loco vaneara, quam dixeruut esse per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas: A parte septemtrionis finis medio vallone et iuxta eum mensurati passos centum triginta octo: A parte occidentis et passi sexaginta quattuor: A parte meridie finis medium vallone e intra eam prope ipsum vallonem rectum mensuratum passi centum sexaginta duo: A parte orientis finis media sepes et medio limes, et mensurati intra ipsam terram iuxta ipsam sepem passi sexaginta octo; ea ratione ut si ipsi radoaldus et letitia et iohannes et eorum heredes suprascriptos centum viginti nobem solidos, quos per ipsum scriptum ipsis germanis et eorum heredibus, vel cui ipsum scriptum in manu paruerit, dare debunt, sicut ipsum scriptum continet, dare noluerint, ab ipso constituto in antea quod continet ipsum scriptum quando eis quesiti fuerint, tunc presentaliter ipse manso et suos heredes dent ipsis germanis et eorum heredibus, aut cui ipsum scriptum in manu paruerit, ipsos centum viginti nobem solidos quorum quisque abeat auri tarenos bonos, sicut ipsum scriptum continet, quattuor cum usuris quod in eis pretio, sicut ipsum scriptum continet, accreverint. et statim integra suprascripta terra cum arbusto et castaneto et quercubus per suprascriptas fines et mensuras et omnes alie res staviles, quas eis et foras ipsas mensuras in suprascripto loco et per fines et vocavula et pertinentes ipsius loci habere pertinuit cum omnibus que intra illud sunt, omnibusque suis pertinentiis et cum vice de viis suis et cum moniminibus ex eo continentibus, perbeniant ad potestatem ipsius mansonis et heredum eius; et liceat illum et eius heredes de eo facere quod voluerint. et iam ipsos solidos cum usuris quod in eis accreverint per rationem, sicut ipsum scriptum continet, ipsi radoaldo et letitia, et iohanni, et eorum heredibus non querant. et per convenientiam ipsi radoaldus et letitia, et iohannes guadiam ipsi mansoni dederunt, et fideiussorem ei posuerunt seipsos: et per ipsam guadiam obligave-

runt se et suos heredes semper defendere ipsi mansoni et eius heredibus ab omnibus muniminibus integrum illud quod ei, ut suprascriptum est, obligaverunt in suprascripta ratione. et tribuerunt ei licentiam, ut quando ille et suos heredes voluerint, potestatem habeant integrum illud, qualiter prelegitur, per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus monuminibus et rationibus, quas de eo ostenderint. et si, sicut superius scriptum est, ipsi radoaldus et letitia, et iohannes, et eorum heredes ipsi mansoni et eius heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere ipsi mansoni et eius heredibus centum auri solidos constantinos; et, sicut scriptum est, adimplere. suprascripta fecit ipsa letitia cum voluntate suprascripti viri et mundoalt sui, et una cum eo: et ipse iohannes hec suprascripta fecit per licentiam suprascripti genitoris sui, et una cum illo. quod autem superius inter virgulos scriptum est: in uno loco legitur, in antea; in altero habere pertinuit; suprascripto disturbato legitur, integrum illud. et taliter tibi iohanne notario scribere precepi.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

In calce huius chartae legitur: Mense aprili, indictione tertia: ante me iohannem iudicem iaquintus filius iaquinti presbiteri reddidit petro et vivo rubri supra nominati pro parte rolegrimi uxori sue, et pro parte sikelgrimi, et alferada eius gemme et romoald pro omnibus ipsis solidos centum triginta sex solidos ex moneta amalfitana.

MCCCXXI

A. D. 1061

✝ In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense iulio, quartadecima indictione. Dum in sacro monasterio quod conditum est foris hanc salernitanam urbem, prope litus maris in loco qui nuncupatur ercle . . . . . sancte semperque virginis dei genitricis marie in quod domnus marinus venerabilis abbas preest essemus nos sico comes et iudex, et iohannes iudex; et ibidem adessent antimus amalfitane civitatis iudex et plures alis homines . . . . vivo castaldeus patrie huius, filius quondam petri et pantaleoni predicte civitatis, filius quondam iohannis de leone de gutto, de iohanne de domna blatta, ad faciendum inter se finem de causationibus quas inter se . . . . cetaria

et carbonaria. Et per partes ostenderunt sua munimina. Ipse vivo ostendit cartulas sex, et ipse pantaleon ostendit cartulam unam, et per partes manifestaverunt pluras cartulas . . . . hoc non ostenderint. Prima quidem legere fecimus ipsas cartulas quas ipse vivo ostendit, prima ex eis scripta per barbatum notarium, quarto anno principatus domni sicenolfi, mense nobembri, octaba indictione. Acipertus atrianensis filius quondam . . . . cartulam, bona eorum voluntate vindederant iohanni filio ianniperti totas et integras res illorum quas communiter habebant in montibus in locis cetaria et in faleczo et carvonaria, et septem arboribus . . . . . . sancti cesarii, et fine caputaque, sicut finis ipsius iohannis discernebat. A parte meridie fines pede montis faleczi, sicut valle discernebat, et descendente in fluvio de cetaria, et prevaricante ipsa . . . . valle maiore, et per ipso vallone saliente in toro de imbrici, et rectum exiente in fluvio de carvonara, de super parte finis serre montis. Infra ipsas fines totum inclitum ipsi iohanni venumdederant cum castanietum . . . . cum omnia infra se habentibus, et cum vice de viis suis, et ubicumque exinde inventus dederit, nec sibi, nec alio homini nichil exinde reserbaverant; sed in integrum ipsi iohanni venumdederant, sicut ipsa . . . . a testibus rovorata est. Secunda cartula scripta per ursum presbiterum et notarium, quadragesimonono anno principatus domni guaimarii principis, et octabo anno domni gisulfi eius filii, mense aprili, quartadecima indictione. Maraldus et iohannes germani filii iohanni per convenientiam pro vice sua et de consortibus suis tradiderant ad lavorandum campuli filii leonis de cercle de terris eorum vacue, quas commune habebant in montibus in suprascriptis locis cetaria et faliczu et carbonaria, et septem arboribus, et ferolitu finibus mitilianense usque sex annos completos; et erat ipsas res per ipsas fines, sicut suprascripta prima carta continet, ut liceret illum et homines quos ibi ad lavorandum miserat ipse terris lavorare et silvas indeque roncare, et annualiter ipse terris seminare usque ipso constitutum, et de quod annualiter ibi seminarent, darent eis terraticum secundum consuetudinem de ipso loco, sicut ipsa carta continet, in quam tenpus et guisenolfus testati sunt. Tertia cartula scripta per antipertum notarium, vicesimo anno principatus suprascripti domni gisolfi, mense septembri, undecima indictione. Ingelgardus clericus filius ingelgardi, et garofalus filius lioperti pro vice sua et de consortibus suis tradiderant ad lavorandum stephano qui vocabatur scontratu, abitatori de tragoneia ipsas res eorum per suprascriptas fines quas commune habebant; ut usque octo anni completi quantum inde ille et homines quos ibi miserint ad lavorandum, et de quod annualiter ibi seminaverint darent eis terraticum secundum consuetudo de ipso loco, sicut ipsa carta continet, in qua machenolfus et ragemprandus subscripti sunt. Quarta cartula scripta per ildericum subdiaconum et notarium, tricesimo tertio anno principatus suprascripti domni gisolfi,

mense augusto, octaba indictione. Ipse ingelgardus clericus filius ingelgardi ante presentia maioni castaldei et testium tradiderant birino naturalis filius magenolfi de loco transboneia res suas quas habebat cum consortibus suis, que erat silva, et quercietum in monte de faleczo, ... et ferolitu, ut usque tres anni potestatem haberent in ipsis rebus cesina facere et roncare et zappare et seminare, et de quale semente ibi seminaverint dare eis terraticum secundum consuetudinem de ipso loco, sicut ipsa cartula continet . . . . et petrus subscripti sunt. Quinta cartula scripta per ipsum ildericum subdiaconum et notarium, nono anno principatus domni iohanni, et tertio anno domni guaimarii eius filii, mense nobembri, quinta indictione. Disiio et lando germani filii cuidam ingelgardi presbiteri, ante alfanum comitem . . . . atque dederat petro monacho filio quondam campuli de aliola finibus amalfitanorum, terris et cum silvis de monte de caronara et de montibus de loco cetara finibus salernitana, quas communiter habebant cum consortibus suis per suprascriptas fines, velut ipsa prima cartula continet, pro vice sua et de consortibus suis tradiderat ad roncandum et cesine faciendum, et lavorandum, et seminandum usque tres frudia, et omne annum dare inde eis terraticum, secundum consuetudinem de ipso loco, sicut . . . . . . cartula continet, in qua ipse alfanus et leo presbiter subscripti sunt. Sexta cartula scripta per alderisium notarium, quintodecimo anno principatus domni guaimarii, mense martio, prima indictione. Ipsi disiio et lando filii suprascripti ingelgardi presbiteri ante testes dederant ipsum annum licentiam et potestatem iohanni magistri filii sergii monachi, ut ille et homines quos misisset abscidere lignamina per montanea eorum quantu ei fuerit necesse ad sufficiendum per cetara, et carbonara, et ferolitu, et falerzu, que erant pertinentes eorum per gradum successionis, et ille et eius heredes darent exinde illis et eorum heredibus servitium medium tarenum, sicut ipsa carta continet, in quam dilectus presbiter et notarius et urso subscripti sunt. Postmodum vero legere fecimus ipsa cartula quam ipse pantaleon ostendit, et continebat qualiter ipse prefatus iohannes et guttus filius suprascripti leonis de gutto de iohanne de domna blatta diviserant et diffinierant per ipsam cartulam merissi divisionis plenarias et integras terras vacuas et silvas in citara positas, tam de montibus quam et de planis cum plenariis et integris tigilletis ibidem habentibus, et cum omnibus sibi habentibus et pertinentiis, excepto ipso quod de antea divisum habebant quam, et cum omnia cum omnibus, quantum habebant intrans predicti loco nominato iaole, et iosano, et ad fabricam, quas ipse guttus diviserat per medium in duabus partibus, et pro eo quod diviserat illud tenebat sibi in manu de causa commune plenaria et integram totam terram vacuam et silvosa de . . . . . . citara positam, sicut demonstrabat de super ipsa fine, ubi erat ipsa via, ubi fines factam habebant cum aliolensis et cercensis de suptus fine mare, de uno latere fine

causa suprascripti monasterii de ercle, sicut descendebat in iusu a predicto . . . . . . causa eorum et predicto monasterio per ipsam finem usque in mare per fines de bela collata. et de alio latere, sicut ascendebat in susu in ipso capite eorum a citara per ipsum torum per finem ipsius gutti, et in susu per medium ipsum torum per finem ipsius iohannis . . . . ipso monasterio et de veterensibus retraversando a capite desuper ipsis veterensibus et inde in quercum ubi baptiderat crucem que erat in latere predicte vie. Ipsud vero aliud diviserant per medietate in duas portiones, sicut tunc dicebant, ut aptiderant crucem in castanea grossa, sicut tunc dicebant de suptus et de super, et inde limpido descendente in iusu, sicut demonstrabant cruces. ipsas quas baptiderant per ipsas castaneas usque in ipsam castaneam ubi erat ipsa crux, de suptus inde retraversando angulum in da occidente usque in piczu de ipso primo monte ubi erat licina in capite, et ab ipso monte retraversando limpido descendente in iusu in da parte meridie, sicut discernebat per medium tracturarium que erat in medio lamas usque in flumen de plenario ipso qui erat a parte orientis cum omnia sua pertinentia. Unde nichil exceptuaverant, sicut demonstrabant desuper suprascripta via in quantum eorum pertinente erat et de suptus et de uno latere usque in medium flumen, et de alio latere. A parte occidentis, sicut superius dixerant et cum plenario ipso a transmonti insertetum et castanietum vacuum et plenum cum omnibus sibi habentibus et pertinentibus; unde nichil exceptuaverant fecerant esse unam portionem, et de plenario ipso aliquo qui erat a parte occidentis cum omnibus sibi habentibus et pertinentibus, unde nichil sceptuaverant, sicut demonstrabant desuper suprascripta via, in quantum eorum pertinente erat, et de suptus finis medium flumen; et de uno latere a parte occidentis, sicut demonstrabat suprascriptus quercus, ubi baptiderant predictam crucem et inde in iusu per finem ipsius gutti de ipso quod in manu tenebat, et per finem de suprascriptis veterensis usque in finem de predicto gutto, et inde retraversando angulum in iusu per finem ipsius gutti usque in flumen fecerant aliam portionem, qui voluisset ambulare per ipsam viam, que tunc facta erat, potestatem haberent cum bobibus iunctis et cum tracto, et cum omnia causa. verumtamen quale pars de illud suprascriptum aliquid perdiderint, non quereret ad aliam partem restaurationem, quia sic eis steterat. Quarum ipsi iohanni tetigerat in portionem ipso qui superius legitur, qui erat a parte occidentis, cum omnibus sibi habentibus et pertinentibus, quomodo superius legitur; et ipsius gutto tetigerat in portionem ipsam suprascriptam alia portione a citara et ipso a transmonti, sicut erat cum omnia sua pertinentia, et sicut superius legitur, et in omnibus exinde diffinierant, et sibi exinde adpreenserant, ad faciendum exinde unusquisque ex eis de sua portione quod volerent, sicut ipsa cartula continet in qua leo filius pando de tauro comite, et constantinus filius constantini filii mauri de leopardo, et lupinus

filius leonis filii stephani filii lupini comites testes sunt; et scriptum est per sergium presbiterum scriba, die nonadecima mense magii, indictione octaba. Cum autem suprascripte cartule fuerunt ostense, diu inter se ipsi vivo et pantaleon altercantes volebat sibi ipse vivo cum partibus monasterii sancte et individue trinitatis quod conditum est foris hanc predictam urbem in loco metiliano in quod domnus leo venerabilis abbas preest, et cum alii eorum consortibus habere ipsas res per suprascriptas fines, velut ipse cartule, quas ostense continent. Item contra ipse pantaleon dicebat sibi et maraldo germano suo filio suprascripti iohannis ex ipsis rebus pertinere illud quod ipse iohannes genitor eorum in portionem compreenserat, sicut suprascripta carta quam ostendit continet, et que ille cum ipso maraldo germano suo, quem ipse genitor eorum per expletis quadraginta annos illud possedisset. Nos autem talia audientes super ipsis rebus cum ipso antimo iudice et cum alio perreximus et studiosius illud perscrutavimus et invenimus ipsos pantaleonem et maraldum possidentes ex ipsis rebus terram cum castaneto et silva et vacuo per has fines: de super parte fine via puplica, de alia parte fine de alii qui sunt heredes suprascripti gutti; de alia parte fine de hominibus huius nostre patrie quos dicuntur veterensis, et finis suprascripti monasterii sancte marie de loco ercle, et de alia parte fine ipso fluvio de cetaria que est a parte orientis. Cum autem taliter ipsos pantaleonem et maraldum possidentes invenimus, sicut inter ipsos pantaleonem et vivum convenit, nos et ipsi antimi iudicavimus, et eos guadiare fecimus, ut pro parte plicarent se, et ipsi vivo pararet sancta dei evangelia, et ipse pantaleon secundum legem per sacramentum ad ipsa evangelia ipsi vivo iuret, ut quem ille cum ipso germano suo, que ipse genitor eorum per expleti quadraginta anni ipsas res per suprascriptas fines quas possidendum eos invenimus, possedisset, et sibi et ipsi maraldo legibus esse pertinentem; et ubi taliter iuramenta iam semper ipsi pantaleon et maraldus et illorum heredes securiter habeant ipsas res per suprascriptas fines, de quam iuraverit, sicut scriptum est, et faciant ex ea quod voluerint, absque contrarietatem ipsius vivi et heredum eius, et partibus suprascripti monasterii sancte trinitatis et aliorum consortium eorum; et pro parte fideiussore inter se posuerunt seipsos. postmodum vero nos ipsi pantaleon et vivo plicati in eodem monasterio sancte marie, coram nobis et ipso antimo, et aliis per ipsum vivum parata sunt sancta dei evangelia, et ipse pantaleon paratus fui ipsum sacramentum dandum, sicut suprascriptum est; set antequam sacramentum ipsum fieret, colloquio nostro et aliorum hominum, horta est inter eos sicut inferius declarabitur convenienter. Ipse autem vivo per susceptum launegilt donavit ipsi pantaleoni ipsum sacramentum, et ipse pantaleon viginti quattuor auri tarenos dedit ipsi vivo, et ob hoc ipse vivo manifestavit ipsi pantaleoni de suprascripta terra per iamdicta fine, de qua, ut suprascriptum est, iurare debuit; ut semper in-

tegram eam cum omnibus intro habentibus cunctisque suis pertinentiis, et cum vice de ipsa via sit in potestate ipsorum pantaleonis et maraldi, et heredum eorum, ad faciendum ex ea quod voluerint. et per convenientia ipse vivo et iohannes monachus suprascripti monasterii sancte trinitatis per iussionem ipsius domni leonis abbatis, guadiam ipsi pantaleoni pro parte sua et ipsius maraldi germani sui dederunt, et fideiussorem ei pro sua et illius parte posuerunt ursum filium quondam mauri atrianensi, qui dictus est caputu; et per ipsam guadiam ipse vivo obligavit se et suos heredes semper defendere ipsis pantaleoni et maraldo et eorum heredibus integrum illud, de quo, ut suprascriptum est, ipsi pantaleoni manifestavit ab omnibus hominibus habitatoribus de ipso loco metiliano et aliorum heredibus, et ab omnibus hominibus quibus per ipsos homines et per eorum heredes et per ipsum vivum, et per eius heredes illud vel ex eo datum aut obligatum vel manifestatum seu quomodocumque alienatum paruerit, et qui per eorum partes et dato quascumque causatio ex eo ipsis pantaleoni et maraldo et eorum heredibus preposuerint, et ipse domnus leo abbas per ipsam guadiam et per convenientiam dum ydonei homines interessent obligavit se et successores suos et partes suprascripti sui monasterii semper defendere ipsis pantaleoni et maraldo et eorum heredibus integrum illud de quo ipse vivo, ut suprascriptum est, manifestavit ab ipso iohanne monacho filio quondam petri, et a iaquinto monacho ipsius monasterii filio quondam igni, et a magenolfo filio quondam iohannis et ab eorum heredibus et ab omnibus hominibus, quibus per eos et per eorum heredes et per ipsum domnum leonem et per successores eius et pro parte suprascripti sui monasterii illud vel ex eo quomodocumque datum aut obligatum vel manifestatum seu alienatum paruerit; et quibus per eorum parte et dato quascumque causationes ex eo ipsis germanis et eorum heredibus preposuerint, ab aliis autem hominibus et cum voluerint ab omnibus hominibus ipsi germani et eorum heredes licentiam habeant illud per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse vivo et eius heredes, et ipse domnus leo et successores eius et pars suprascripti sui monasterii ipsis germanis et eorum heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipse vivo obligavit se et suos heredes, et ipse domnus leo obligavit se et successores eius et pars suprascripti manasterii componere ipsis pantaleoni et maraldo et eorum heredibus quingentos auri solidos constantinos. quod autem superius inter virgulos scriptum est, legitur suprascripti. Et taliter tibi iohanne notario scribere precepimus.

† Ego qui supra iohannes iudex.

† Ego qui supra sico comes et iudex.

† Ego qui supra leo abbas.

† Ego romoaldus notarius me subscripsi.

† Ego alderissi notario me subscripsi.

MCCCXXII

A. D. 1061

✝ In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense septembri, quintadecima indictione. Ante nos sico comes et iohannes iudices coniuncti sunt vivo et maraldus filius quondam petri, et iohannes habitatores civitatis amalfitane, filius quondam leonis qui vocatus est mannarinus, ad faciendum inter se fines et causationibus, quas inter se olim coram nobis et antimo iudice ipsius civitatis habuerunt de rebus foris salernitanam urbem, videlicet de locis cetaria et carbonaria, quas ipse iohannes pertinere fatebat teodenandi uxori sue, et pente sororis eius que est uxor mauronis ipsius civitatis, filius quondam sergii qui cognominatus est sclinillu, filius quondam iohannis filii gutti, et teodenande filie quondam sergii filii suprascripti gutti que est uxor mauronis prefate civitatis, filius quondam mauri, et partibus ecclesie que ad honorem domini et salvatoris nostri ihesu christi condita est intra ipsam civitatem, ubi atranum dicitur a suprascripta pertinentia ipsis mulieribus et aliis ex quibus ipsi vivo et iohannes per partes munimina ostenderant. Ipse vero vivo ostenderat cartas . . . . unam et per partem consentiens fuerant amplius cartulas inter se ex eo non essent ostensuros et legere eas feceramus. Prima ex ipsis cartulis quas ipse vivo ostenderat scripta . . . . qualiter acipertus atrianensis filius quondam mastali et luperisi filius lupi per ipsam cartam vindederant iohanni filio ianniperti totas et integras res eorum, quas communiter . . . . carbonara et septem arbori et ferolitu, per fines: a parte orientis finis sancti cesarii et finis caputaquis, sicut finis ipsius iohannis discernebat; a parte meridie fine pedemontis . . . . in fluvio de cetaria, et prevaricante ipso fluvio et coniungente in valle maiori, et per ipso vallone saliente in toro de imbrici, et rectum exiente in fluvio de carbonara, de super parte finis serre montis cum castanetis et quercetis et silbis, et cum omnia infra se habentibus, et cum vice de viis suis, et ubicunque inventus dederit, sicut ipsa carta continet, que satis a testibus roborata erat. Secunda carta scripta per ursum presbiterum et notarium quadragesimo nono anno principatus domni guaimarii principis, et octabo anno domni gisolfi eius filii, mense aprili, quartadecima indictione. quomodo maraldus et liotus germani filii iohannis pro vice sua et de consortibus suis tradiderant ad laborandum campuli filio leonis de cercle suprascriptas res per suprascriptas fines quas communiter habebant usque sex anni, sicut ipsa carta continebat, in quam tempus et guisenolfus testati erant. Tertia carta scripta per antipertum notarium, vice-

simo anno principatus suprascripti domni gisolfi, mense septembri, undecima indictione, qualiter ingelgardus clericus filius ingelgardi, et garofalus filius lioperti, pro vice sua et de consortibus suis tradiderunt ad laborandum stephano scontrato abitatori de tragoneia ipsas res eorum per suprascriptas fines, quas communiter habebant, sicut ipsa carta continebat in quam magenolfus et ragemprandus subscripti erant. Quarta carta scripta per ildericum subdiaconum et notario tricesimo tertio anno principatus suprascripti domni gisulfi, mense augusto, octaba indictione. ipse ingelgardus clericus tradiderat virino naturalis filius magenolfi de loco transboneia res suas, quas habebat cum consortibus suis, que erat silba et quercietum in monte de faleczo et cetera, et ferolitu usque tres annos, sicut ipsa carta continebat, in qua maio et petrus subscripti erant. Quinta carta scripta per ipsum ildericum subdiaconum nono anno principatus domni iohanni, et tertio anno domni guaimarii eius filii, mense nobembri, quarta indictione. disiio et landu germani filii cuidam ingelgardi presbiteri tradiderant petro monacho filio campuli de aliola finibus amalfitanorum suprascriptas res per iamdictam finem pro vice sua et de consortibus suis, sicut ipsa carta continebat, in qua alfanus et leo presbiteri subscripti erant. Sexta carta scripta per alderisium notarium quintodecimo anno principatus domni guaimarii, mense martio, prima indictione. ipsi germani filii suprascripti ingelgardi presbiteri dederant ipsum annum licentiam et potestatem iohanni magistri filii sergii monachi, ut ille et homines quos misisset absciderent lignamina per montanea eorum quanta ei fuissent necesse ad sufficiendum per cetara et carbonara et ferolitu et falerzu que erat pertinente eorum per gradum successionis, et darent eorum servitium medium tarenum, sicut ipsa carta continebat, in qua dilectus presbiter et notarius et urso subscripti erant; Ipsa carta quam ipse iohannes . . . . suprascriptus gutto filio leonis de gutto de iohanne de domna blatta diviserant et diffinierant per ipsam cartam merissi divisionis plenarias et integras terras vacuas . . . . montibus quam et de planis cum plenariis et integris tigilletis ibidem habentibus, et cum omnibus sibi habentibus et pertinentibus, excepto ipso quod de antea divisum habebant, quam et cum omnibus quantum habebant in trasmonti loco nominato iaole, et iosano, et ad fabricam, quas ipse guttus diviserant per medium in duabus partibus, et pro eo quod diviserant illud tenebant sibi in manu de causa communiter plenariam et integram totam terram vacuam et silbosam de istam partem citara positam, sicut demonstrabat desuper ipsa fine, ubi erat ipsa via ubi finem factam habebant cum aliolensis et cercensis, de suptus finis mare, de uno latere fine causa monasterii de ercle, sicut descendebat in susu a predicta via intra causa eorum et predicto monasterio per ipsam finem usque in mare per fines de vela collata, et de alio latere, sicut ascendebat in susu in ipso capite eorum a citara per ipsum

torum per finem ipsius gutti et in fusu per medium ipsum torum per finem ipsius iohannis et de ipso monasterio, et de veterensibus retraversando a capite de super ipsis veterensibus et inde in quercum, ubi baptiderant crucem que erat in latere predicta via. Ipsi duo alii diviserant per medietatem in duas portione, sicut tunc dicebant, baptiderant crucem in castanea grossa, sicut tunc dicebant de suptus et de super, et de bacuo limpido descendente in iusu, sicut demonstrabant cruces ipsas quas baptiderant per castaneas usque in ipsam castaneam, ubi erat ipsa crux de suptus, et inde retraversando angulum in da occidente usque in piczu de ipso primo monte ubi erat licina in capite, et ab ipso monte retraversante limpido descendente in iusu in parte meridie, sicut discernebat per medium tractaturium que erat in medietatem lamam usque in flumen de plenario ipso erat a parte orientis, cum omnia sua pertinentia, unde nichil exceptaverant, sicut demonstrabat de super suprascripta via, in quantum eorum pertinentes erat; et de suptus et de uno latere usque in medium flumen, et de alio latere a parte occidentis, sicut superius dixerant, et cum plenario ipso a transmonti insertetum et castanietum vacuum plenum cum omnibus sibi habentibus et pertinentibus, unde nichil exceptaverant fecerant esse unam portionem, et de plenario ipso alio que erat a parte occidentis cum omnibus sibi habentibus et pertinentibus, unde nichil exceptaverant, sicut demonstrabat de super suprascripta via in quanto eis pertinente erat, et de suptus finis medio flumine, et de uno latere a parte occidentis, sicut demonstrabat suprascriptus quercus ubi vaptiderant predictam crucem, et deinde in iusu per finem ipsius gutti de ipso quod in manu tenebat, et . . . . suprascriptis veterensibus usque in fine suprascripti gutti, et deinde traversante angulum in iusu per finem ipsius gutti usque in flumen fecerant alia portione que voluisset ambulare per ipsam viam quem tunc ibi facta . . . . iunctis et cum tracto vel cum omnia causa, et quale pars da illud suprascriptum aliquid perdiderat, non quereret ad aliam partem restaurationem; et ipsi iohanni tetigerat in portionem ipso que superius legitur, que erat a parte occidentis, cum omnibus sibi habentibus et pertinentibus, quomodo supra legitur. et ipsi gutti tetigerat in portionem ipsam suprascriptam aliam portionem a citara et ipso a trasmonti, sicut erat cum omnia sua pertinentia, et sicut supra legitur; et in omnibus exinde diffinierant et sibi exinde apprenderant ad faciendum unusquisque ex eis de sua portione quod voleret, sicut ipsa carta continebat, in qua leo filius pantaleonis de tauro comite, et constantinus filius constantini filii mauri de leopardo, et lupinus filius leonis filii stephani filii lupini comitis testes erant, et scripta erat per sergium presbiterum scribam, die nonadecima, mense magii, indictione octava. Et cum fuerant ostense et lecte diu inter se ipsi vivo et iohannes: altercantes volebat sibi ipse vivo cum partibus mo-

nasterii sancte et individue trinitatis, quod conditum est foris hanc predictam urbem in loco metiliano; in quod domnus leo venerabilis abbas preest et cum aliis eorum consortibus, habere ipsas res per suprascriptas fines, velut suprascripte cartule quas ostenderat continebant. Hoc contra ipse iohannes dixerat ex ipsis rebus pertinere ipsis mulieribus et partibus ipsius ecclesie integrum illud quod ipse guttus in sorte compreenserat, et in manu tenuerat, sicut suprascripta cartula quam ipse iohannes ostenderat, continebat, et per expletum quadraginta anni illud possedissent. Nos autem taliter audientes super ipsis rebus cum ipso antimo iudice et cum aliis perrexeramus, et inveneramus ipsas mulieres et pars ipsius ecclesie possidendum ex ipsis rebus terra cum insiteto et castaneto, et aliis arboribus, per as fines: desuper parte fine via puplica, de duabus partibus fine ipso fluvio de cetaria, de alia parte fine res heredum suprascripti iohannis germani ipsius gutti. Cum autem taliter illud possidendum invenissemus, sicut inter ipsos vivum et iohannem convenerat, iudicaveramus nos et ipse antimus et eos guadiare feceramus, ut ipse vivo pararet sancta dei evangelia, et ipse iohannes secundum legem per sacramentum ad ipsa evangelia, ipsi vivo iuraret, ut quem ipse mulieres et pars suprascripte ecclesie quem ipse guttus, quem filii eius per expleti quadraginta annos illud possidissent, et legibus eis esse pertinente, et ubi taliter iuraret iam semper ipse mulieres et earum heredes et pars ipsius ecclesie securiter hoc haberent suprascriptas res de qua, ut dictum est, iurasset et faceret ex ea quod volerent, absque contrarietatem ipsius vivi et heredum eius et partibus ipsius monasterii et consortium eius, et per partem fideiussoris inter se posuerant. Postmodum ut ipsi iohannes et vivo per partes plicati intra sacrum monasterium, quod conditum est in loco ercle, coram nobis et ipso antimo et aliis per ipsum vivum parata fuerant sancta dei evangelia, et ipse iohannes paratus fuerat iurare, ut suprascriptum est; Set antequam iurasset, Ipse vivo per susceptum launegilt donaverat ipsi iohanni ipsum sacramentum: In tali ratione, ut convenientiam ex eo inter se fieret. Nunc autem ipsa convenientia inter eos factam, Ipse iohannes dedit ipsi vivo vigintiquattuor auri tarenos ex amalfitanorum monetis, ad faciendum ex eis ipse vivo et ipse domnus abbas quod voluerint. et ipse vivo pro taliter manifestavit de iamdicta terra per iamdictos posteriores fines de quam, ut dictum est, ipse iohannes iurare debuerat, Vel semper integram eam cum omnibus intro habentibus, cunctisque eis pertinentiis et cum vice de ipsa via, sit in potestatem ipsarum mulierum et heredum earum et partibus suprascripte ecclesie sancti salvatoris: et liceat ipse mulieres et eorum heredes et pars iamdicte ecclesie de ea facere quod voluerint. Sicut tamen ut tertiam partem ex ea habeant pars iamdicte ecclesie et alteram tertiam partem ex ea habeat ipsa teudenanda filia suprascripti sergii et heredum eius, et aliam tertiam partem ex ea habeant ipse teudenanda et penda sorores et

earum heredes. Et per convenientiam ipse vivo et iohannes monachus filius quondam petri, per iussionem ipsius domni abbatis leonis guadiam ipsi iohanni dederunt et fideiussorem posuerunt pro parte ipsarum mulierum et partibus suprascripte ecclesie radoaldum filium quondam romualdi. Et per ipsam guadiam ipse vivo obligavit se et suos heredes semper defendere ipsis mulieribus et partibus suprascripte ecclesie et heredibus ipsarum mulierum integrum illud de quo, ut suprascriptum est, manifestatum ab omnibus hominibus abitatoribus de ipso loco metiliano et ab eorum heredibus, et ab omnibus hominibus quibus per ipsos homines et per eorum heredes et per ipsum vivum et per eius heredes illud vel ex eo quomodocumque datum aut obligatum, vel manifestatum seu alienatum paruerit, et qui pro eorum partibus et dato quascumque causationes ex eo ipsis mulieribus et earum heredibus et partibus suprascripte ecclesie preposuerint. et ipse domnus leo abbas per suprascripta guadiam et per convenientiam, dum ydonei homines interessent obligavit se et successores suos et partes suprascripti monasterii sui semper defendere partibus suprascripte ecclesie et ipsis mulieribus et earum heredibus integrum illud de quo ipse vivo, ut scriptum est, manifestavit ab ipso iohanne monacho, et a iaquinto monacho filio quondam igni, et a machenolfo filio quondam iohannis, et ab eorum heredibus, et ab omnibus hominibus quibus per eos et per eorum heredes et per partem suprascripti monasterii sui illut vel ex eo datum aut obligatum, vel manifestatum, seu alienatum paruerit: et qui eorum parte et dato quascumque causationes ex eo ipsis mulieribus et eorum heredibus et partibus suprascripte ecclesie preposuerint. Ab aliis autem hominibus et cum voluerint ab omnibus hominibus potestatem haberent ipse mulieres et pars suprascripte ecclesie et heredes ipsarum mulierum illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus munimiribus et rationibus quas de eo ostenderint; et si, sicut superius scriptum est, ipse vivo et eius heredes ipse domnus leo abbas et successores suos et pars suprascripti sui monasterii ipsis mulieribus et eorum heredibus et partibus suprascripte ecclesie non adimpleverint, et suprascriptam vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipse vivo obligavit se et suos heredes, et ipse domnus leo obligavit se et successores eius et partes suprascripti sui monasterii, comprensis ipsis mulieribus et earum heredibus et partibus suprascripte ecclesie, trecentos auri solidos constantinos. quod autem inter virgulos scriptum est in uno loco legitur: guadiam ipsi iohanni; et in aliis partibus suprascripte ecclesie, et suprascriptum disturbatum legitur partibus. et taliter tibi iohanni notario scribere precepimus.

✝ Ego qui supra sico comes et iudex.

✝ Ego qui supra iohannes iudex.

✝ Ego qui supra leo abbas.

✝ Ego romoaldus notarius me subscripsi.

✝ Ego landolfus notarius me subscripsi.

(In pede legitur): Rogandum te domno antimo iudice mandamus ut testetis in hanc cartam.

MCCCXXIII

A. D. 1061

✝ In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense octobri, quintadecima indictione. dum coram presentia domni leonis venerabilis abbatis monasterii sancte et individue trinitatis quod foris anc civitatem in loco metiliano constructum est, essem ego sico comes et iudex, et ibidem adesset vivo castaldeus filius quondam petri et ydonei homines interessent, Ipse domnus abbas ostendens unum preceptum utili anulo consignatum scriptum per aceprandum lebitam et scriba sacri palatii presente anno et indictione et preterito mense septembri; qualiter ipse domnus princeps concesserat in ipso monasterio et ipsi vivo terram et casam fabritam que fuerat petri clerici filii quondam alfani intra hanc civitatem prope portam que dicitur de la palma, et terram in quam valneum construendum inceptum habebant et aque que ibi a super surgunt et aliud sicut ipsum preceptum continet. et ostendens sex cartulas ex quibus prima scripta per barbatum notarium, quarto anno principatus domni sicenolfi, mense nobembri, octaba indictione. Acipertus filius mastali et luperisi filii lupi venumdederant iohanni filio ianniperti totas et integras res suas quas habebant in montibus in locis cetaria, et faleczo, et carbonara, et septem arbori, et ferolitu per fines: a parte orientis finis sancti cesarii et finis caputaque, sicut finis sua discernebat, et descendente in fluvio de cetaria et prevaricante eo et coniungente in valle maiore, et per ipso vallone saliente in toro de imbrici, et rectum exiente in fluvio de carbonara, desuper parte fine serre montis cum castanetis, et quercetis, et silvis, et cum omnibus intro habentibus, et cum vice de viis suis, et ubicumque inventus dedisset, sicut ipsa carta continet, que satis roborata est a testibus. Secunda scripta per ursum presbiterum et notarium, quadragesimonono anno principatus domni guaimarii principis, et octabo anno domni gisolfi eius filii, mense aprili, quartadecima indictione. Maraldus et liotus germani filii iohannis, pro vice sua et de consortibus suis tradiderant ad laborandum suprascriptas fines campuli filio leonis, sicut ipsa carta continet, roborata per tenpum et guisenolfum. Tertia scripta per antipertum notarium, vicesimo anno principatus domni gisolfi, mense septembri, undecima indictione. Ingelgardus clericus et garofalus pro vice sua et de consortibus suis tradiderant ad laborandum stephano scontrato de suprascriptis rebus, sicut ipsa carta continet, in qua machenolfus et ragemprandus testati sunt. Quarta scripta per ildericum subdiaconum et notarium, tricesimo tertio anno principatus suprascripti domni gisolfi, mense augusto, octaba indictione. Ipse ingelgardus clericus tradiderat virino res suas, quas habebat cum con-

sortibus, que erat silba et quercietum in monte de faleczu, et cetara, et ferolitu, sicut ipsa carta continet, in qua maio et petrus subscripti sunt. Quinta scripta per ipsum ildericum, nono anno principatus domni iohannis, et tertio anno domni guaimarii eius filio, mense nobembri, quinta indictione. disiio et lando filii ingelgardi presbiteri tradiderant petro monacho de suprascriptis rebus pro vice eorum et de consortibus illorum, sicut ipsa carta continet, in qua alfanus et leo presbiter testati sunt. Sexta scripta per alderissium notarium, quintodecimo anno principatus domni guaimarii, mense martio, prima indictione. Ipsi disiio et lando dederant ipsum annum licentiam et potestatem iohanni magistri, ut potestatem haberet abscidere lignamina per montaneis eorum de cetara, et carbonara, et ferolitu, et falerzu, sicut ipsa carta continet, in qua dilectus presbiter et notarius et urso subscripti sunt. Cum autem fuerunt ostense, convenit inter ipsos domnum abbatem et vivum, ut pars iamdicti monasterii habeant ipsas cartas et iamdictum preceptum, et quando ipse vivo et eius heredos eas vel iamdictum preceptum parti ipsius monasterii quesierint, tunc per omnes vices infra dies decem pars iamdicti monasterii ipsum preceptum et iamdictam cartam iusta rationem salvas coram iudicem istius civitatis dent habent diebus centum, excepto si per vim puplicas tultas aut per ignem manifesti cremati fuerint partibus ipsius monasterii, non sit ex hoc pars ipsius monasterii culpabiles; et quando ipse vivo et eius heredes ipsas cartas aut ipsum preceptum a partibus ipsius monasterii susceperint firment parti ipsius monasterii firmam cartam a publico scriba scripta cum guadiam et ydoneo fideiussore et penis obligatis de tricentos auri solidos constantinos, in qua iudex subscribatur, ut expletis ipsis centum diebus, cartulas ipsas et preceptum, quales eis date datumve fuerint partibus ipsius monasterii reddant, excepto si per vim puplicas tultas aut per ignem manifestum adustas ipsum preceptum, vel cartulas fuerint, eis non sint ex hoc ipse vivo et eius heredes culpabiles. et cum ipse cartule et preceptum redditas et redditum fuerint ipsam cartulam que per eis facta fuerit incidatur, et ipse vivo et eius heredes semper suprascriptas cartas partibus ipsius monasterii defendant ab omnibus hominibus aliter quam aliquam pertinentiam quesierint habere in ipsis cartulis, et quando pars suprascripti monasterii voluerit causare cum suprascriptis cartulis, ex eo quod continent, vel cum ipso precepto, ex eo quod continet potestatem habeant, qualiter voluerint. et per convenientiam iohannes monachus per iussionem ipsius domni abbatis guadiam ipsi vivo dedit et fideiussorem eius posuit leonem atrianensem, filium quondam petri de mira. et per ipsam guadiam ipse domnus abbas obligavit se et successores eius et partes suprascripti monasterii, si sicut scriptum est, ipsi vivo et eius eredibus non adimpleverint et suprascriptas, vel ex eis quicquam removere aut contradicere

presumpserint componere ipsi vivo et eius heredibus centum auri solidos constantinos. et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra sico comes et iudex.

† Ego ademarius notarius me subscripsi.

† Ego qui supra leo abbas.

† Ego grimoaldus notarius me subscripsi.

MCCCXXIV

A. D. 1061

Transumptum — Concessio terrae vacuae in loco Salicto de pertinentiis Salerni, facta Mauro de eodem loco, filio quondam Ioannis, a Mauro Atrianensi filio quondam Mastali, pro medietate vini et aliis portionibus. Anno XXV Principatus Gisulpi, mense Octobris, XV Indictione.

Finis textus: . . . . . et potestatem habeant ipse filius iohannis vel eius heredes per tote silbis quod ipse filius mastali qui sunt in ipsa rebus de predicto loco apsidere per omne annum palos quantum sufficiad in ipsa vinea, scepto palos de quertie maiori et licine que ibi sunt. et faciant sire per omne annum ipse filius mastali vel eius heredes et ante illis absidere ipsos palos quantum necesse fuerit ad ipsa vinea; et si parutus sit, ut silba non abeant in ipsa rebus, predictus filius mastali non siat inde culpaviles neque filius mastali vel eius heredes; et in ipsa terra vacua iuxta predictum vallonem in parte occidentis ipsi ad decem passos de latitudine et longitudine suprascriptos viginti passos pastenent ibidem ficus, pera, bolumbra cerasa, seu aliis arboribus fructiferis et surgant, et a quo parutus est ut fructus inde exead per omne annum suo tempore illas colligant, et inclitam medietatem inde deant ad ipsum missum, reliquam medietatem sibi habeant. Et potestatem haveant ipse filius iohannis vel eius heredes in suprascripta rebus ipsi filii mastali illut quod ei, sicut suprascriptum est, tradidit ubi potuerit ortora ibi facere, qualiter voluerint per omne annum, et quanta ortora ibi fecerint, dent inde per omne annum mastali et illius heredibus seu ad missum illorum integram quartam partem; reliquas tres sortes sibi habeant faciendum per partes quod voluerint. et ipse filius iohannis . . . . . oc anno per tempus arearum faciat clusurium bonum propinquo ipso applicto de ipsa casa in parte septentrionis: et ipse filius mastali . . . . . dent eis lignamina quantu ei necesse fuerit. pro suprascripto tigurium. Ipso missum dum pro ipse vindemie et pro ipse castanee ibidem

steterit recipiendum, illis eum nutriant secundum illorum possivilitatem, et palmentatica ei deant per omne annum due galline vone; et per omnis annum ipse filius iohannis vel eius heredes dent ipsi filii mastali et illius heredibus tribus hopera ad vindemiare: et per omne annum ipse filius iohannis vel eius heredes adducant ipsi filio mastali et illius heredibus intus ec cives ad domum in quo abitaverint in nativitate et in die resurrectionis domini . . . . . . ana singulas saomas de ligna da focu iuste . . . . quale tempore da ipsi decem anni in antea suprascripta traditione tenere et lavorare noluerint aut non potuerint, tunc inclita suprascripta traditio lavorata et cultata, et unde meruerit clusa cum ipso salicetum et cannietum et ipso insiteta, et ipsa casa cum alia redita et palmentum et cum ipsis organeis da vino salbum adsignent ipsi filio mastali vel illius heredibus faciendum ex eo quod voluerint; et ipse filius iohannis vel eius heredes licead inde exire cum omnibus rebus suis movilibus et ire quod voluerit. Et per combenientiam ipse filius iohannis guadiam ipso filio mastali dedit et fideiussorem ei posuit urso filio quondam petri galiardo de ipso loco; e per ipsam guadiam obligavit se et eius heredes si, sicut superius scriptum est, ipsi filii mastali et illius heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit seipse filius iohannis et eius heredes componere ipsi filio mastali et illius heredibus quinquaginta auri solidos costantinos et suprascripta adimplere. Et taliter scribere precepi te iohannes notarius qui interfuit.

✝ Ego qui supra iohannes iudex.

MCCCXXV

A. D. 1061

✝ In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri Gisulfi gloriosi principis, mense octobri, quintadecima indictione. Dum in sacro salernitano palatio coram presentia domni leonis reberendissimi abbatis monasterii sancte et individue trinitatis, quod conditum est foris hac civitatem in loco metiliano, essem ego sico comes et iudex, et ibidem adessent sergius et iohannes germani filii quondam maraldi et ydonei interessent homines: Tunc in eamdem presentia ipsi germani ostenderunt unam cartulam que continebat. In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense octobri, quintadecima indictione. Ante me siconem comitem et iudicem lando qui paganus dicitur filius quondam landolfi comitis coniunctus

est cum sergio et iohanne germanis, filium quondam maraldi, et si sicut ipsi landoni congruum fuit sua voluntate per hanc cartulam vendidit ipsis germanis integram medietatem suam de terra cum arbusto et abellaneto et castaneto que est foris hanc civitatem in loco mitiliano ubi fanum dicitur, que est per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratis, A parte quasi septemtrionis est finis medium vallonem per quod fluit aqua que draguntio dicitur, qualiter incipit mensuria ab alio vallone et descendit per ipsum vallonem recti passi viginti sex usque viam puplicam. A parte quasi orientis est finis ipsa via, et per eam mensurati passi centum septuaginta octo; de superiore parte que est a meridie est finis, sicut limite discernit, et rectum mensurati passi sexaginta duo: A parte occidentis finis terra aliorum et finis medium ipsum vallonem, et recti mensurati intra ipsam terram prope ipsa finem passi centum quadraginta duo, Cum omnibus integram ipsam medietatem habentibus, cunctisque suis pertinentiis, et cum vice de ipsa via: Ea ratione, ut semper sit in potestate ipsorum sergii et iohannis et heredum eorum, et liceat illos et eorum heredes de ea facere quod voluerint; reliqua vero medietas iamdicte terre per iamdictam finem et mensuram ipsis germanis pertinet per aliam illorum rationem. et propter confirmationem huius benditionis ipse lando suscepit ab ipsis germanis statutum pretium auri tarenos centum quattuor in omni deliberatione. et per convenientiam ipse lando guadiam ipsis sergio et iohanni dedit, et fideiussorem eis posuit landolfum filium quondam landonis comitis; et per ipsam guadiam ipse lando obligavit se et suos heredes semper defendere ipsis iohanni et sergio et illorum heredibus integrum illud quod eis, sicut suprascriptum est, vendidit ab omnibus hominibus, et tribuit eis licentiam, ut quando illi et illorum heredes voluerint, potestatem habeant illud per se defendere, qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse lando et suos heredes ipsis sergio et iohanni et illorum heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipse lando obligavit se et suos heredes componere ipsis sergio et iohanni et illorum heredibus quinquaginta auri solidos constantinos; et sicut superius scriptum est adimplere. et taliter tibi iohanni notario scribere precepi. ego qui supra sico comes et iudex. Cum autem fuit ostensa Ipse domnus abbas faciens cum eo ipsi germani convenientiam, dixit: ipsam cartulam in omnibus sicut continet veracem esse, et nichil ex eo quod continet removere aut contradicere velle, etiam et manifestavit ipsis germanis de integra suprascripta terra per iamdictam finem et mensuram semper sit cum omnibus intro eam habentibus, cunctisque suis pertinentiis et cum vice de ipsa via in potestate illorum et heredum eorum, et liceat illos et eorum heredes de ea facere quod voluerint, et nullo tempore ipse domnus abbas et successores eius et pars ipsius monasterii

aliquam actionem ex ea aut intentionem ipsis germanis et illorum heredibus preponant; et per convenientiam per iussionem ipsius domni abbatis maurus monachus ipsius monasterii guadiam ipsis germanis dedit, et fideiussorem eis pro parte ipsius domni abbatis posuit domnellum filium quondam iaquinti notarii; et per ipsam guadiam ipse domnus abbas obligavit se et successores suos et pars suprascripti monasterii semper defendere ipsis germanis et illorum heredibus integrum illud, de quo eis, ut suprascriptum est, manifestavit ab omnibus hominibus quibus per ipsum domnum abbatem et per successores eius et pro parte suprascripti monasterii illud vel ex eo datum aut obligatum vel manifestatum seu alienatum paruerit; et qui pro parte et dato ipsius domni abbatis et successorum eius et partibus ipsius monasterii quascumque causationes ex eo ipsis germanis et eorum heredibus preposuerint, ab aliis autem hominibus, et cum voluerint ab omnibus hominibus potestatem habeant ipsi germani et eorum heredes illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse domnus abbas et successores eius et pars ipsius monasterii ipsis iohanni et sergio et illorum heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et successores eius et pars suprascripti monasterii componere ipsis germanis et eorum heredibus centum auri solidos constantinos. et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra leo abbas.

† Ego lupinus prepositus.

† Ego leo presbiter et monachus.

† Ego qui supra sico comes et iudex.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

† Ego Amatus notarius me subscripsi.

MCCCXXVI

A. D. 1061

† In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense octobri, quintadecima indictione. Ante me siconem comitem et iudicem adelarius, filius quondam romoaldi, coniunctus est cum leone, qui cognominatur cancellaru, filius quondam constan-

tini. Et sicut ipsi adelario congruum fuit sua voluntate per hanc cartulam venumdedit ipsi leoni de rebus suis quas habet foris hanc civitatem salernitanam in latere montis de loco transboneia, ubi proprio traverse dicitur, terram cum castaneis et silba per fines et mensurias, iusto passu hominis mensuratas. A parte orientis finis via, que ducit inter hanc terram et terram cum castaneis, quam ipsi leoni pertinet, a parte ipsius adelarii, et terram aliorum, que fuit ipsius adelarii, et per ipsam viam rectum iuxta ipsam terram, mensurati passi septuaginta duo. A parte meridiei finis res ipsius adelarii et passi sexaginta. A parte occidentis similiter finis res ipsius adelarii et passi septuaginta duo. A parte septemtrionis finis res aliorum et passi sexaginta, Cum omnibus intra suprascriptam terram per iamdictas fines et mensurias habentibus, cunctisque suis pertinentiis et cum vice de ipsa via. Ea ratione ut semper sit integra suprascripta venditio in potestate ipsius leonis et heredum eius et liceat illum et eius heredes de ea facere quod voluerint. Et propter confirmationem huius venditionis ipse adelarius accepit ipso leone statutum pretium auri tarenos nonaginta sex in omni deliberatione. Et per convenientiam ipse adelarius guadiam ipsi leoni dedit et fideiussorem ei posuit amatum filium quondam petri. Et per ipsam guadiam ipse adelarius obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi leoni et illius heredibus integrum illud quod ei, sicut suprascriptum est, venumdedit ab omnibus hominibus. Et tribuit ei licentiam, ut quando ipse leo et eius heredes voluerint potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse adelarius et suos heredes ipsi leoni et illius heredibus non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint per ipsam guadiam ipse adelarius obligavit se et suos heredes componere ipsi leoni et illius heredibus quinquaginta solidos constantinos et, sicut superius scriptum est, adimplere. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

✝ Ego qui supra sico comes et iudex.

MCCCXXVII

A. D. 1061

✝ In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense nobembri, quintadecima indictione. Ante me petrum iudicem risus filius quondam petri et petrus filius quondam maraldi coniuncti sunt cum vivo castaldeo filio quondam petri, et sicut ipsis riso et petro congruum fuit bona eorum boluntate per hanc cartulam per combenientiam

venumdederunt ipsi vivo integras omnes res staviles eorum, quas eis habere pertinuit a parte suprascriptorum genitorum et genitricis eorum foris hanc a deo conserbatam salernitanam civitatem in loco mitiliano, et per vocavulis ipsius loci videlicet caputaque, et faleczu, et cetaria, et carbonaria, et septem arbori, et per aliis vocavulis et pertinentiis ipsius loci cum omnibus intro ipsam vinditionem habentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de viis eorum, ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius vivi et heredum eius, et licentiam abeant ipse vivus et eius heredes de eo facere quod voluerint, et propter confirmationem huius venditionis ipsi risus et petrus susceperunt ab ipso vivo statutum pretium auri tarenos sedecim in omni deliveratione. et per combenientiam ipsi risus et petrus guadiam ipsi vivo dederunt et fideiussorem ei posuerunt seipsos, sic etenim inter eos combenit; et per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes semper defendere ipsi vivo et eius heredibus integram suprascriptam benditionem ab omnibus hominibus; et prebuerunt ei licentiam, ut quando ipse vivus et eius heredes voluerint, potestatem habeant suprascriptam benditionem per se defendere, qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsi risus et petrus et eorum heredes ipsi vivo et eius heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere, aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere ipsi vivo et eius heredibus triginta auri solidos constantinos; et sicut superius scriptum est adimplere. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCXXVIII

A. D. 1061

† In nomine domini vicesimo anno psincipatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense decembri, quintadecima indictione. Ante me petrum iudicem dauferius archidiaconus filius quondam guaiferii comiti per combenientiam tradidit iaquinto de loco nucerie et filio marzi pro parte sua et angeli germani sui ac filii suprascripti marzi integras res suas quas habet in ipso loco nucerie, et per fines et vocavula et pertinentes ipsius loci: videlicet primis una pecia de terra cum arbusto, que est a super via staviana, Altera vero est cum arbusto ubi campu dicitur; et tertia autem que est cum arbusto a super ecclesia sancti laurentii et a super via; et

quarta pecia de terra cum insiteto que dicitur da la cisterna, et eam ad lavorandum retinet heredes stephani; et quinta et sexta pecias que sunt a lu sardone et ad flumen, et septima pecia de terra ad loco anzano, et octaba pecia de terra que dicitur fusarum suptus ecclesia sancti davit; et nona pecia de terra ubi aqua viva dicitur, et integra portione sua de tota terra ubi pinillu dicitur, quod est suptus et super via; et decima pecia de terra cum arbusto de loco barbaciano que est prope ecclesia sancti xisti, quam ipsi germani iaquintus et angelus ad lavorandum retinuit, et integra portione sua de tota terra ubi a la noce dicitur; et undecima pecia de terra, et duodecima ubi ad beterem dicitur; et tertiadecima et quartadecima pecias de terra da sancto marziano, quas retinet ad pastenandum sparanus et alferius filius audini, et integra portione sua de monte qui zuncla dicitur; et sextadecima et septimadecima pecias de terra, ubi a la cisterna vocatur; et octabadecima pecia de terra de loco pau, et integrum quantum ei pertinet ubi pau dicitur; et quantum ei pertinet ubi miliario dicitur; et nonadecima pecia de terra ubi a la statua clamatur, que ad pastenandum retinet filius stephani. ea ratione ut integra suprascripta traditio, qualiter prelegitur, cum vice de viis suis sint in potestate ipsorum iaquinti et angeli et heredum eorum, sicut hic subter describendum est. et tote terris vacuis quas infra ipsa traditione sunt, rationaviliter arent . . . . . . et seminarent faciant bonum, sicut meruerit: et omne terraticum quod de tota ipsa traditione amodo et usque completos annos octo ipse dauferius et eius heredes tollere debuerint totum illud ipsi germani et eorum heredes sivi tollant et habeant et faciant ex eo quod voluerint, et tote ipse terris scepto illud quod ipse dauferius per brebes ad lavorandum habent ipsi germani et eorum heredes lavorent et seminent, sicut meruerit. et ille vel ex eo ad lavorandum et seminandum dent cui boluerint. et omne terraticum quod de tota ipsa traditione ipse dauferius et eius heredes tollere potuerint totum illud ipsi germani et eorum heredes sicut suprascriptum est sivi habeant, et faciant ex eo quod voluerint. Et per hoc omni anno in nativitate sancte marie ipsi germani et eorum heredes dent ipsi dauferio et illius heredibus censum quattuor auri tarenos bonos ex moneta que nunc formantur in amalfitana civitate usque completos ipsos annos, et amodo et usque completos ipsos annos ipsi germani et eorum heredes per omne annum in nativitate domini et in pasca resurrectionis eius veniant intra hanc civitatem ad domum ipsius dauferii et de eius heredes cum salute sicut meruerit et iustum fuerit. Completis vero ipsis octo annis ut amodo se compleant ipsi germani et eorum heredes remittant ipsi dauferio et illius heredibus integra suprascripta traditione. et illis sit licentia et homines quos in ea miserint ex ea abstraere omnes res suas et ducere eas ubi voluerint et portare illud ubi voluerint absque eorum contrarietate. et per combenientiam ipse dauferius guadiam ipsi iaquinto pro parte sua et ipsius germani sui dedit

et fideiussorem ei pro sua et illius parte posuit petrum filium quondam iaquinti, qui fuit filius iaquinti. et per ipsam guadiam obligavit se ipse dauferius et suos heredes defendere ipsorum germanorum et heredum eorum integram suprascriptam traditionem in suprascripta ratione ab omnibus hominibus usque completos ipsos annos, et non querant illam vel ex ea eis eorumque heredibus tollere aut contrare amodo et usque ipsos octo annos completos. Et si, sicut superius scriptum est, ipse dauferius et suos heredes ipsis germanis et eorum heredibus non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsis germanis et eorum heredibus triginta auri solidos constantinos, Et sicut scriptum est adimplere. Iamdicta vero pecia de terra cum arbusto, que est prope ipsa ecclesia sancti xisti, quam ipsi germani ab ipso dauferio ad lavorandum per brebem retinere omni tempore ita permaneant cum eo et cum illius heredibus secundum textum predicti brebis eo modo, ut amodo et usque completos ipsos annos nichil terraticum ex ea illis et eorum heredes ipsi dauferio et illius heredibus dent per suprascriptam guadiam et obligata pena. Verumtamen eadem ipsa pecia, que dicitur da la statua retinet ad lavorandum acceptore qui dicitur manganellu. suprascripto disturvato legitur in uno loco octaba et in alio nono. in altero in amalfitana. et quod inter virgulos scriptum est, legitur dent. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

MCCCXXIX

A. D. 1061

✝ In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense decembri, quintadecima indictione. Ante me petrum iudicem anna filia quondam sergii qui vocavatur de dumeti, que fuerat uxor quondam sergii atrianensis, et marinus filius ipsorum anne et sergii coniuncti sunt cum petro qui vocatur spia filius quondam lupeni atrianensis. et ipsi mater et filius, anna scilicet et marinus, clarificaverunt sivi pertinere terra cum casa fabricata solarata intra hanc a deo conserbatam salernitanam civitatem prope ecclesiam sancte trofimenis, et est per has fines et mensuras iusto pede manus hominis mensuratas. a parte occidentis est finis via que ducit inter hanc et suprascriptam ecclesiam, et per eam iuxta ipsam casam mensurati pedes undecim et medium et uncie due. A parte meridiei finis media paries fabricati et mensu-

rati recte intra ipsam terram cum casa iuxta ipso pariete pedes viginti et medium. a parte orientis finis alia via et mensurati intra ipsam casam iuxta ipsum parietem fabricatam predicte case pedes quattuordecim. A parte septemtrionis finis media paries fabricata et mensurati intra ipsam casam iuxta ipso pariete pedes decem et septem et medium et uncie due. et dixerunt ipsa terra cum casa ab ipsa parte occidentis super ipsa via in altum mineaneum abere in omni loco per latitudinem pedes tres ad suprascripto pede mensuratum, et per longitudinem est ipsum mineaneum, quantum est ipsa terra cum casa per latitudinem ab ipsa parte occidentis. et ipsi anna et marinus ostenderunt tres cartulas ex ipsa terra cum casa continente, ex quibus primam scriptam per petrum notarium, anno tricesimo septimo principatus domni gisulfi principis, mense ianuario, tertiadecima indictione: et in ea testati sunt iohannes et romoaldus. Secunda per antipertum notarium scripta de anno quadragesimo principatus domni gisulfi principis, mense augusto, quintadecima indictione. et in ea subscripti sunt adelmundus et sikenolfus. Tertiam scriptam per petrum notarium, anno quadragesimo tertio principatus domni gisulfi, et primo anno principatus domne gemme uxori eius et domni paldolfi optato filii eius, mense magio, tertia indictione. in qua testati sunt iohannes audelassi et petrus. de predicta vero terra cum casa per suprascriptas fines et mensura et de ipso mineaneo quartam partem pertinere dixerunt ipsi anne ei ab ipso viro suo data, et tres partes ipsi marino. Et sicut ipsis anne et marino congruum fuit bona sua boluntate per combenientiam per hanc cartulam secundum legem et romanorum consuetudinem venumdederunt ipsi petro pro parte marende uxori sue filia quondam gutti atrianensis integram suprascriptam terram cum casa per suprascriptas fines et mensuras cum integro ipso mineaneo per suprascriptam mensuriam cum omnibus intro ipsam venditionem abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de ipsis viis et cum stillicidiis ipsius case a foras ipsa mensuria unum in ipsa via a parte orientis et alterum in ipsa via ab ipsa parte occidentis . . . . et cum suprascriptis cartulis, ea ratione ut integra suprascripta venditio, qualiter superius legitur, sit semper in potestate ipsius marende et heredum eius; et liceat illam et eius heredes de ea facere quod voluerint. Et propter confirmationem huius venditionis ipsi anna et marinus susceperunt ab ipso petro pro parte ipsius marende auri tarenos bonos de presenti moneta ducentos in omni deliberatione. Et per combenientiam ipsi marinus et anna guadiam ipsi petro pro parte ipsius marende uxori sue dederunt et fideiussorem eius pro illius parte posuerunt iohannem atrianensem, qui vocatur marcesanus, filius quondam mansonis atrianensis, et per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes semper defendere ipsi marende et eius horedibus integram suprascriptam venditionem ab omnibus hominibus, ita tamen ut quando ipsa marenda et suos heredes ipsos annam et marinum et eorum heredes

defensores de suprascripta venditione habere quesierint, tunc per omnes vices ipsa marenda et eius heredes dent ipsis anne et marino et eorum heredibus suprascriptas cartulas ratione iusta salvas abendas per omnes vices diebus sexaginta et tunc per omnes vices ipsi anna et marinus et eorum heredes integram suprascriptam venditionem, sicut superius scriptum est, ipsi marende et illius heredibus defendant. Et post completos ipsos dies per omnes vices ipsi anna et marinus et eorum heredes cartulas ipsas salvas iusta ratione ipsi marende et illius heredibus redant. Et ipsi Anna et Marinus tribuerunt ipsi petro licentiam ut quando ipsa marenda et eius heredes voluerint potestatem habeant suprascriptam venditionem per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsi anna et marinus et eorum heredes ipsi marenda et illius heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint per ipsam guadiam obligaverunt se ipsi marinus et anna et eorum heredes componere ipsi marende et illius heredibus centum auri solidos constantinos, et sicut superius scriptum est adimplere. Suprascripta fecit ipsa anna per semetipsa et quod maior est vigintiquinque annorum. quod autem superius inter virgulos scriptum est ne noceat quia legitur: abere. et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

MCCCXXX

A. D. 1062

✝ In nomine domini, domno constantino ducos dibina gratia imperator augusto, deo propitio, tertio hanno imperii eius mense ianuario, quintadecima indictione. Ideoque ego vir nomine petro filio costantino et bisantio filio kaloleo, qui sumus commorantes intus cibitate lucerie; eo quod intus supradictam cibitatem lucerie coram presentia domno teudemari iudice et aliis vonis hominibus, qui hic supter conscripti sunt, clarefacimus nos quia ex predicto constantino genitori meo petro habemus in communiter cum bisantio cognato meo una petia de binea in locum qui dicitur ad ipsa padule da ipsa pars flubio salsula non multum longe da ipso bado qui dicitur de ipse vinee, et que est dicta binea per vonam nostram boluntatem nobis bendere congruum est, et nostram congruitatem exinde facere. Sic nobis congruum et abtum esse bidetur vonam etenim nostra boluntatem coram presentia supradicti iudicis et aliorumque suprascriptorum testium bindedimus illam bobis Sillicto cebalupo filio benedicti ipsa iamdicta vinea

que superius patefecimus nobis te pertinentes que habet fines: De prima vero pars quod est a fine de ipsa bia publica que pergit ad ipso bado de ipsa vinea inde sunt ad passum iustum mensuratum hominis mediocris persona, qualiter in ipsa porta maiore consignatum est passi triginta et nobem et medio: De secunda vero parte quod est a finem et integrum ipso puteo fine ipso vincole de martino inde sunt passi sexaginta et septem. De tertia vero pars quod a medio limite fine ipsa binea bisantio presbiter filio madelfrit inde sunt passi triginta. De quarta autem pars quod est a fine et medium limitem ipsa vinea que fuit maynardo filio petri de dato inde sunt usque in priores fines passi quadraginta tres et medium. inter iste namque finis et mensurie que superius cernitur et legitur de finem in finem quantum infra claustrum est ipsa iamdicta vinea unde neque nobis neque hab eredibus nostris berum etiam neque ad nullumquempiam hominem ibi aliquit portio reserbabimus requirendi; Set qualiter edificiata est ipsa iamdicta vinea una cum mediis limitibus et cum biis et cum legitima trasita et exita sua cum vobis et carro et cum toto ipso puteo et cum omnibus suis pertinentiis vindedimus illam vobis Sillicto entori nostro possidendum. De quo per constabiliscendam atque confirmandam tibi hanc nostram bindictionem manifesti sumus quod a presente recepimus a te nominato Sillicto entori nostro uno aureo solido vono scifato et decem et hocto dinari, finitum vero dicimus aput nos receptum abere ipsum pretium; ea scilicet ratione ut hamodo et semper eadem nostra benditio integram, sicut superius legitur, abere et possidere baleatis et faciatis exinde quod amodo tibi sillicto entori nostro tuique heredibus placuerit sine contradictione nostra et de nostris heredibus requisitione. Unde guadiam tibi dedimus et mediatorem tibi posuimus benedictum filium iaspido, et obligamus nos et nostris heredibus vobis cui nomen Sillicto entori nostro tuique heredibus ut hanc nostra benditio nos vobis ab omnibus hominibus, ab omnique partibus antistare et defendere debeamus illam vobis per inbitis; quod si noluerimus, aut si nos ipsis pro qualiscumque modis vel ingenium illam vobis retornare aut remobere quesierimus, primis omnium suprascripta et kausatio nostro inanis et tacita sint, et decem aurei solidi constantini penam vobis vestrisque heredibus nos et nostris heredibus componere obligamus et in antea taciti et contenti per invitis maneamus in eadem guadia et per districtum ipsum nostrum mediatorem quod se tribuimus vobis ad pinnerandum omnia sua pinnera legittima et inlegitima tandiu donec per inbitis adimpleamus vobis ea que superius diximus, quam e adelferii notario hanc cartulam benditionis ascribere rogavimus, quam et una nobiscum in terfuisti. quod scripsi in civitate lucerie indictione feliciter.

† Ego tedemari iudice.

† Ego petro teste.

† Ego roffrida teste.

MCCCXXXI

A. D. 1062

✝ In nomine domini, vicesimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense ianuario, quintadecima indictione. In sacro salernitano palatio, ante me Iohannem Iudicem mascinus clericus filius quondam romoaldi causavit cum iohanne filio quondam leonis atrianensis dicens ei, ut ipse iohannes et filii eius malo hordine introissent in res et vias pertinentes ipsius mascini de loco transboneia et per fines et vocavula et pertinente ipsius loci, et foveas ibidem fecissent, et sepes rupissent, et ipse et iamdicti filii et blatta eius uxor frudium ex eis tulissent, et ipsas res et via eidem mascino contrassent. Ipse iohannes dixit in predicto loco et per fines et vocavula et pertinentia ipsius loci plures res et vias haberi, set nescire de qualibus ipse mascinus cum eo causaret. Ego autem, sicut inter eos convenit, iudicavi et illos guadiare feci, et cum iudice et notario ad ipsas res et vias pergerent; et ipse mascinus ostenderet ipsi iohanni ipsas res et vias de quibus superius cum eo causavit, et pro parte plicarent se cum suis rationibus, et secundum legem inter se finem faciant ex eo quod ipse mascinus cum ipso iohanne, sicut suprascriptum est, causavit superius: et ipse iohannes posuit ipsi mascino fideiussorem landolfum qui vocatur ioncatella filium quondam constantini, et ipse mascinus fideiussorem ipsi iohanni posuit iohannem notarium filium quondam truppoaldi notario. Et taliter pro parte ipsius iohannis tibi iohanni notario scribere precepi.

✝ Ego qui supra iohannes iudex.

MCCCXXXII

A. D. 1062

✝ In nomine domini, vicesimo primo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense martio, quartadecima indictione. Ego romoaldus filius quondam iohanni vona mea voluntate ante subscripti testes benumdedit tibi racco filio quondam iohanni fricatese una pecia de terra mea cum arbustum bitatum quod abeo in finibus nucerie a subtus locum quod dicitur a la matroniana ubi a li gabatary dicitur, que est per ec finis et mensurias: de pede a

parte septemtrionis fine tua et pertange in fine rebus de heredes iaquinti; et a parte occidentis similiter fine tua et modicum pertange in fine de ominibus de floccanum; a parte meridie similiter fine tuaque racco; a parte orientis fine medio ribus unde descendit aqua de la matroniana et coniungit se usque at priore fine, et est per mensura: de longitudo passi nonaginta nobem, totum at iusto passu ominis est mensuratum. de ec vero suprascripta pecia de terra per iamdictas fines et mensuras, ut superius legitur, que est arbustum et castanietum, Inclita sortionem meam, qualiter michi emisit iaquintus filius quondam gastaldi illut tibi nominati racco benumdedit et nichil nobis, nec quarta uxori mee, nec at meis eredibus aut cuiquam ominibus ibidem remansit sortionem, set sicut diximus tota et inclita sortione que fuit pertinente ipsius iaquinti illut tibi nominato racco benumdedit cum omnia que intra ea sunt cunctisque earum pertinentiis et cum bice de bia sua, Ut semper sit in potestati tua et de tui heredibus faciendum quicquit volueritis; et propter confirmationem uius benditionis suscepi a te nominato racco auri tari voni nobem, In omni deliberatione; de qua per vona combenientia ego nominatus romoaldus guadiam tibi nominato racco dedit, et fideiuxorem tibi posuit meipsum; et per ipsam guadiam obligo me et meis eredibus semper defendere tibi tuique eredibus integra suprascripta nostra benditio, ut superius legitur, da partibus uxori mee et ab omnibus ominibus omnique partibus, et cum bice de bie sue; et quando volueritis tu et tui eredes potestatem abeatis modis illam defendere sicut bultis, cum omnibus monuminibus et rationibus quas inde ostenderitis, et si, sicut superius scriptum est, illut tibi tuique eredibus non adimpleverimus, et de omnibus suprascriptis quicquam remobere aut contradicere presumpserimus, per quabis modum per ipsam guadiam obligo me meique eredibus componere tibi tuique eredibus, seu cui carta ista bice nostra in manu paruerit, biginti auri solidos constantinos, et suprascripta vobis adimpleamus; quam te petrus protonotarius scribere rogabimus; actum nucerie.

† Ego guisenolfus.

† Ego iohannes.

MCCCXXXIII

A. D. 1062

† In nomine domini, vicesimoprimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense aprilis, quintadecima indictione. Nos ademari et germanus filii quondam mirandi de sicut nobis congruum est nostre voluntatis coram hante subscripti testes per unc scriptum

donamus et confirmamus vobis visantii clerici filio idem visantii et mulier nomine visantia uxore mea et vera sorore nostra integra una tertia portione de una pecia de terra que nobis pertinet abere a parte suprascripti mirandi genitori nostrum in locum ubi a lu mercatum dicitur, que est ipsa pecia per ec finis et mensuria: de subter parte ab occidente fine via publica, inde passi quindecim; a meridie sunt passi per longitudo sexaginta septem; de super parte ab orientis abet passi sex: a septemtrione descendente et coniungente se usque ad ipsa via priora fine, et passi sexaginta sex, totum ad iusto passu omini mensuratum. predicta pecia de terra cum arbustum infra suprascripte finis et mensurias inclita una tertia pars vobis iamdicti viri et uxori congnata et sorore nostra donavimus cum omnia intro se habentibus cunctisque eorum pertinentiis et cum vice de via sua, ad securiter et firmiter amodo et semper vos vestrisque eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quicquit volueritis, absque omni contrarietate nostra et de nostris eredibus aut cuiquam ominibus pro nostris partibus. et propter confirmatione uius donationis subscepimus nos iamdicti germani a vobis iamdicti viri et uxori sorore et congnata nostra iuxta lege launegilt cammiso unum, in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit, finitoque launegilt ipsum aput nos ea ratione, nos iamdicti ademarii et mirandus germani per combenientiam quam et una nobiscum esse romoaldus thio et advocatorem nostrum, guadiam vobis suprascripti viri et uxori dedimus et fideiuxorem vobis posuimus iohannes thio nostro filie quondam iohanni presbiteri. Et per ipsam guadiam obligavimus nos et nostris eredibus semper defendere vobis vestrisque eredibus tota et integra suprascripta nostra donatione da ominibus illis ominibus et partibus cui per nos illut datum aut obligatum esse paruerit, et si causatio nobis fuerit exurte de ipsa nostra donatione. de alii vero ominibus et partibus per partes communiter inde causemus usque ad veram et diffinitam legem cum omnibus moniminibus quas inde causemus, et securiter nos et nostris eredibus illut vobis vestrisque eredibus non adimpleverimus, sic vobis persolbamus et adimpleamus iuxtitia, sicut in lex langubardorum de donum et subsceptum launegilt continet, ita nos nostrisque eredibus adimpleamus, et persalbamus iustitia; et si, sicut superius scriptum est, illut vobis vestrisque eredibus non adimpleberimus, et aliquit inde quesierimus remobere aut contrare quesierimus per quamvis rationibus, Ideo per suprascripta guadia per combenientia componere obligavimus nos et nostris eredibus vobis iamdicti viri et uxori vel ad vestris eredibus, seu cui unc scriptum pro vice vestra in manu paruerit, viginti auri solidos constantinos, et omnia suprascripta vobis adimpleamus. Verumtamen et oc recolimus de ipsa suprascripta donatione nos suprascripti germani donavimus tivi visantium clericum medietatem et tivi nominate visantia sorore nostra reliqua medietatem de ipsam tertiam partem, sicut supra legitur; iterum sceptuavimus inde ipsa casa lignitia quod in ipsa rebus

modo ibi facta abemus, quod illut tivi non donavimus; et taliter scribere rogavimus te petrus notarius; actum nucerie.

† Ego lando.

† Ego mirandus.

MCCCXXXIV

A. D. 1062

† In nomine domini, vicesimoprimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense aprili, quintadecima indictione. Ante me petrum iudicem vivus castaldeus filius quondam petri coniunctus est et cum ursone filio quondam romoaldi et cum alfano filio quondam iohannis havitatores de loco mitiliano. et ipse vivus castaldeus per conbenientiam tradidit ipsius ursoni et alfani terram cum biscilieto, quam ipse castaldeus abet foris hanc salernitanam civitatem, in loco transboneia in plaio montis super aqua que dicitur subuculo, et propinquo vallem que dicitur da fossatu, que est per fines et mensurias, iusto passu hominis mensurata. A parte meridie fine terra ipsius vivi, qualiter rectum ascendit per mediam vallem, et passi triginta quattuor: A parte occidentis fine altera terra quam ipse castaldus, sicut supter describenda est, ipsorum ursoni et alfani tradidit, et passi quinquaginta sex. A parte septemtrionis finis ipsius castaldi, et recte mensurati passi centum quindecim; et rebolbente in parte orientis secus terram ipsius vivi, passi viginti octo usque medium vallonem per quod aqua que sabuculo dicitur fluit: ab ipsa parte orientis fine medio ipso vallone recte mensurati passi quadraginta octo usque in priorem finem, ea ratione, ut amodo et usque completos annos duodecim ipsi ursus et alfanus et eorum heredes suprascripta traditio integram cum vice de via sua teneant et dominent, foveas omnique suas utilitatis ibi faciant, qualiter voluerint iusta ratione; et totam ipsam terram scampent et zappent et spurgent ipsum biscilietum quod ibidem est, et eum sicut meruerit bonum rationaliter apto tempore insitent de robiolis et zenzalis et granacze, et eos rationaliter surgant et custodiant et vigilent, ut qualiter in melius proficiat et non depereat, et omne insites et castanee quod de eadem traditione collexerint, amodo et usque completos ipsos annos, totum illut sivi habeant ipsi ursus et alfanus et eorum heredes, et faciant ex eis quod voluerint. et amodo et usque completos ipsos annos ipse vivus et eius heredes defendant ipsorum ursonis et alfano et eorum heredibus integram suprascriptam traditionem cum vice de

via sua ab omnibus ominibus. Completis vero ipsis annis, ut amodo se compleant ipsi ursus et alfanus et eorum heredes integra suprascripta traditione per suprascriptas fines et mensuras cum vice de via sua bona pastenata et insitata et surta de bonum insitetum et robolitum et zenzalitum et granaczitum surtum et operatum bonum, adque per circoitum unde meruerit clusum sicut meruerit, ipso vivo et eius heredibus remittant ad faciendum ex eo quod voluerint; et illis et eorum heredibus licentia sit ex ea abstraere omnes res suas et ducere eas ubi voluerint, absque eorum contrarietate. Et propter hoc ipse vivus per combenientia tradidit ipsorum ursonis et alfani ipsam alteram terram que est in plaio ipsius montis secus suprascripta prima pecia que est per fines et mensuras suprascripto iusto passu hominis mensuratus: A parte occidentis fines ipsius vivi castaldi, sicut media valle discernit, et per eam recte mensurati, qualiter ascendit, passi quinquaginta sex: A parte meridie finis ipsius vivi castaldi, qualiter recte descendit per mediam valle, passi septuaginta quattuor: A parte quasi orientis similiter finis suprascripta prima pecia et mensurati rectum, qualiter vadit ipsa parte occidentis, passi centum usque in priorem finem cum omnibus que intra eam sunt, cunctisquo suis pertinentiis et cum vice de via sua; ea ratione, ut semper sit in potestate ipsorum ursonis et alfani et de eorum heredibus; et liceat illos et eorum heredes de ea facere quod voluerint, sicut hic supter describendum est. Et semper ipse vivus et eius heredes integram suprascriptam posteriorem traditionem per suprascriptas fines et mensuras ipsis ursonis et alfani et eorum heredibus ab omnibus hominibus cum vice de via sua defendant, Et quando voluerint potestatem habeant ipsi ursus et alfanus et eorum heredes illud per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Tantum non abeant potestatem quocumque tempore ipsi ursus et alfanus et eorum heredes suprascriptam terram quam ipse castaldus per sivi semper habendum, sicut suprascriptum est, tradidit vel ex ea bendere aut donare seu obligare, Nisi si eam vendere aut dare voluerint ipsi castaldi et eius heredibus illam vindant et dent pretio quo per doctos homines iusta appretiata fuerint. Et faciant ipsi ursus et alfanus et eorum heredes ipsum castaldum et eius heredes scire pro ea emendum per tertium constitutum usque dies triginta sex, et si infra ipsa constituta ipse castaldus et eius heredes illam vel ex ea emere noluerint et dare eis exinde ipsud iustum pretium, sicut iuste appretiatum fuerit, tunc post ipsa constituta licentiam abeant ipsi ursus et alfanus et eorum heredes illam vel ex ea dare cui boluerint. Nam si ante ipsa constituta ipsi ursus et alfanus et eorum heredes suprascriptam terram quam eis pro sivi, sicut suprascriptum est, abendum tradidit vel ex ea cuicumque venumdederint obligaverint manifestaverint, seu quocumque modum alienaverint, sicut de eorum potestste pareat substractum, tunc sine pretium perbeniat ad potestatem ipsius castaldi et he-

redum eius. et per combenientiam ipse castaldus guadiam ipsis ursonis et alfano dedit et fideiussorem eis posuit iohannem qui dicitur sirrentini filium quondam ursonis atrianensis; et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes si sicut superius scriptum est ipsis alfano et ursonis et eorum heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, componere ipsorum ursonis et alfano et eorum heredibus triginta auri solidos constantinos. et sicut superius scriptum est adimplere. quod videtur superius quasi disturbatum legitur: in uno loco usque medium; in alio et in altero: nisi si eam; et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCXXXV

A. D. 1062

† In nomine domini vicesimoprimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense iunio, quintadecima indictione. Ante me petrum iudicem ursus filius quondam iannacii atrianensis, qui dictus est curiale, coniunctus est cum iohanne et lupeno germani sui ac filii quondam suprascripti iannacii, et ipse ursus ostendit scripta ita continente. Ego ursus atrianensis filius quondam iannacii, qui dictus est curiale, divisi terris et casis et res staviles foris hanc salernitanam civitatem, quibus commune habeo cum iohanne et lupeno germani mei, filii suprascripti iannacii, et feci ex eis tribus sortionibus: primum divisi terra cum casa fabrita solarata de intra hanc salernitanam civitatem in vico sancte trofimene propinquo ecclesiam sancti michaelis: et feci ex ea duas sortiones, primam in parte occidentis, Secunda in parte orientis. Ipsa sors ab ipsa parte occidentis per fines et mensuras: A parte meridiei est finis anditum, et per eum secus istam sortionem mensurati pedes octo et medium et uncie due. A parte orientis est paries fabrita et finis subscribentis secunda sors. A parte septemtrionis finis totus paries fabrita istius sortis, quantum ex eo isti sors coniunctus est, et mensurati recte iuxta ipsum parietem pedes nobem et uncie tres. A parte occidentis est finis terra vacua, que in hac sorte adiungenda est. Et adiunxit in ista sorte integra ipsa terra vacua, que est ab ipsa parte occidentis, qualiter michi et ipsis germanis meis ibidem et coniunctum habere pertinet. Et adiunxi in ista sorte integra una pecia de terra cum vinea et insitetum et silba et canneto uno teniente, quam michi et ipsis germanis meis commune habere pertinente foris hanc civitatem

in loco cetaria, et est per fines: A parte orientis est finis via, a parte septemtrionis est finis res leoni consobrino fratri nostro filio quondam marini curialis. a parte occidentis est finis medio terra. A parte meridiei finis aliorum. Et integra una pecia de terra cum insiteto et vinea que habemus foris hanc predictam civitatem in loco ayrole, ubi a li lauri dicitur. Et tota alia pecia de terra cum vinea et arboribus de ipso loco ayrole propinquo suprascripta pecia, qualiter ambo ipse pecie michi et ipsis germanis meis in sortem evenerunt ab heredum marini patruo nostro. Et tota terra cum arboribus et insites de ipso loco ayrole, ubi ad via dicitur, qualiter ego et ipsi germani mei eam comparavimus a guidone et iaquinto filio quondam *(deest nomen)* et a petro qui dicitur caputa, Et quanta res michi et ipsis germanis meis habere pertinet in loco pasciano, Et integram medietatem domos res staviles, quas michi et ipsis germanis meis commune pertinent habere in ipso loco cetaria ista pars fluvio de ipso loco cetaria. Et qui comprehendit ista sors et eius heredes licentiam habeant emere tota terra de ipso loco ayrole propinquo illud de ipso loco ayrole quod in hac sorte adiunxi, que michi et ipsorum germanorum meorum obligata est absque contrarietate de ipsi alii fratres et heredum eorum. Et ipsi alii fratres et heredes eorum nullo tempore dent solutionem illis et illorum heredibus, qui ipsam terram obligatam habent, ut cuicumque per quolivet modum dare aut alienare liceat. Trabes vero et limitares quod sunt de ista sorte semper sint positi qualiter modo sunt; de totum istut feci esse primam sortem cum vice de ipsis viis et de predictis anditis et de aliis viis suis, et qualiter ista sors de ipsa casa conciata et edificata est. Ipsa secunda sors feci esse pars ab oriente de ipsa terra cum casa fabricata solarata per fines et mensuras: A parte septemtrionis est finis aliorum, sicut totus paries fabritus istius sors discernit, et mensurati intra istam sortem secus ipsum parietem pedes undecim minus uncie quattuor. A parte orientis est finis medius paries fabritus. A parte meridiei est finis totus paries fabritus, qui est inter ista sorte et scalis fabricatis quibus scales commune dimisi inter ista et ipsa prima sorte. A parte occidentis est finis ipsa prima sors. Predictis vero scalis fabricatis qualiter nunc conciate et edificate sunt commune dimisi habentes ille et eius heredes, qui comprehenserit ista sors et ille et illius heredes qui comprehenserit ipsam primam sortem, ad faciendum per partes in eis suas utilitates, qualiter voluerint iusta ratione. Ita ut per partes unusquisque ex eis, qui istam et ipsam primam sortem comprehenserit et eorum heredes faciant de portione sua de ipse scalis omnia que voluerint. Et tam ille et illorum heredes quam et homines quos voluerint per eas ascendant et descendant cum omnibus illorum congruitatibus iusta ratione, Et qui comprehendit ista sortem et eius heredes potestatem habeant in pariete fabricato qui est in parte meridiei secus ipse scales et iusta predicto andito a terra et in sursum rumpere et aquarola ibidem mittere. Et ipsum parietem

fabricatum dicto restaurare qualiter meruerit per quod ille et eius heredes, qui istam sortem comprehenserint et homines quos voluerint, aqua iactent et iactare faciant, qualiter voluerint iusta ratione in ipso andito. Et adiunxi in ista sorte illud quod est super ipsos primum et secundum et tertium ostracum ab ipso pariete, qui est in parte occidentis iuxta ipsis scalis et usque ipsam primam sortem. Et ipse paries et super arcuscellum voltum super ipsas scalas ab ipso primo ostraco in sursum. Et qui comprehenserit ipsam primam sortem et eius heredes et homines quos voluerint, potestatem habeant in ipsos primo et secundo solarios in ipso pariete fabricato, qui super ipsum arcuscellum fabricatum est et coniunctum est cum ipse scalis rumpere et singulos reiales ibidem facere in eo loco, ubi voluerint, per latitudinem et longitudinem quantum voluerint et iuste fuerit et limitare ibidem ponere et abere qualiter voluerint iusta ratione. Et qui comprehenserit ipsam primam sortem et eius heredes et homines quos voluerint licentiam abeant in ambobus ipsis solariis ab ipso pariete, in quo ipsos reiales facere et habere debent, ut dictum est, et iuxta ipsos reiales pergendo in parte occidentis grados fabricatos facere et habere quantos et qualiter voluerint iusta ratione in eo quod, ut dictum est, in hac sorte adiunxi et ipsos grados habere, et de eius facere quod voluerint. Et licentiam abeant ille et eius heredes qui ipsam primam sortem comprehenserint et homines quos voluerint per ipsos reiales ingredere et regredere, et per ipsos grados ire ei redire cum omnibus illorum congruitatibus iusta ratione, usque ipsam primam sortem, que est ab ipsa parte occidentis, et in eis rationaviliter suas utilitates facere et habere, et ipsos reiales claudere et apperire qualiter voluerint absque contrarietate illius qui istam sortem comprehenserit et heredum eius. Et in ipso tertio solario potestatem habeat ille et eius heredes et homines quos voluerint, qui ipsam primam sortem comprehenserint ab ipsis scalis in parte occidentis per istam secundam sortem ire et redire recte unde aptum fuerit usque ipsam primam sortem cum omnibus illorum congruitatibus iusta ratione. Aqua vero pluvialis que de tecto de ambobus ipsis sortibus fluxerint fluat in parte septemtrionis in canale quod facturus est, sicut continet carta combenientie, que scripta est per iohannem scribam vicesimonono anno principatus domni guaimario, et nono anno ducatus eius amalfi, et octavo anno ducatus illius sirrenti, et sexto anno principatus et ipsorum ducatus suprascripti domni nostri gisulfi filii eius, mensc iunio, quintadecima indictione, In qua amatus iudex subscriptus est. Et per eundem canalem decurrant in iamdicta terra que in suprascripta prima sorte adiunxi. Et adiunxi in ista sorte tota terra cum vinea et insites et canneto et silba in qua camera edificata est et predicto loco cetaria, qualiter michi et ipsorum germanorum meorum est pertinens, et est per has fines. A parte orientis est finis aliorum, A parte meridiei est finis ipsius leonis consobrino fratri nostro, A partibus vero occidentis et septemtrionis est finis medie serre qua-

liter vadit in ipsa parte occidentis usque ad finis aliorum. Et adiunxi in ista sorte altera medietas domus ipsas res staviles, quas michi et ipsis germanis meis commune pertinet habere in ipso loco cetaria ista parte ipso fluvio de ipso loco cetaria. et tota terra cum vinea de loco beteri ubi a lu stafflu dicitur, que a parte orientis ad via puplica coniuncta est, et a parte occidentis ad fluvium beteri, et quantum michi et ipsis germanis meis ibidem et coniunctum habere pertinet. Et omnes res staviles quas michi et ipsis germanis meis est pertinens habere in loco sepi et per fines et vocavula et pertinentiis ipsius loci, et tota una pecia de terra cum arboribus et insites de ipso loco ayrole, ubi ad via dicitur, qualiter eam ego et ipsi germani mei comparavimus a grima, que fuit uxor iohanni presbiteri et ab alio que de una parte coniuncta est ad ipsa peciam de terra, que ad via dicitur, que in ipsa prima sorte adiunxi. Et qui comprehendit ista sors et eius heredes dent vicem de via per ipsam terram cum vinea et insites et cannetum et silba de ipso loco cetaria, que in hac sorte adiunxi, ad ille et eius heredes, qui ipsam primam sortem comprehenserit unde aptum fuerit ab ipsa via que ducit ab ipsa parte orientis et usque fontem, que intra istam terram est, per quam ille et eius heredes et homines quos voluerint ire et redire possant, et ex ipso fonte aqua aurire quanta voluerit iusta ratione, et ex ipsa aqua quod voluerit facere et in ipso fonte suas utilitates facere, qualiter voluerint iusta ratione. Et de totum istut feci esse secundam sortem cum vice de ipso andito et viis suis, sic tamen ut trabes et limitares qui sunt suprascripte prime sortis semper sint positi qualiter modo sunt. Tertia sors feci integra terra cum casa fabricata betere de intra hanc civitatem, qualiter michi et ipsorum germanorum meorum in sortem evenerit ab heredum ipsius marini patruum nostrum. Et adiunxi in ista sorte integra terra cum vinea, que est foris a propinquo hac civitate propinquo ecclesiam sancti angeli, ubi a lu cretaczu dicitur, que da parte meridiei coniuncta est ad via publica, que ducit ad beteri, et quantum michi et ipsis germanis meis ibidem coniunctum habere pertinet. Et tota terra cum vinea de predicto loco beteri, in qua camere antique constructe sunt, et est per fines: A partibus septemtrionis et orientis est finis heredum quondam lupeni, et a parte meridiei coniuncta est ad litore maris, et a parte occidentis coniuncta est ad fines ipsius heredum marini patruum nostrum. suprascripta mensura iusto pede manu hominis mensurata; et ex hoc feci esse tertiam sortem cum vice de ipsis viis et de aliis viis suis et anditis suis. Et qui comprehendit ipsam primam sortem et eius heredes dent vicem de vie illius, qui comprehendit ipsam secundam sortem et illius heredibus et hominibus qui voluerint per ipsam terram cum canneto de predicto loco cetaria usque ipsam terram ipsius leonis consobrino fratri nostro per quam ille et eius heredes qui comprehendit ip-

sam secundam sortem et homines quos voluerint ire et redire possant cum omnibus illorum congruitatibus iusta ratione. Cum autem ipse scripte ostense fuerunt et lecte, prius ipse lupenus, sicut inter eos combenit, comprehensit ipsam tertiam sortem qualiter superius facta est cum omnibus que intro eam sunt cunctisque suis pertinentiis. Ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius lupeni et heredum eius. Et liceat illum et eius heredibus de ea facere quod voluerint. et ipse iohannes comprehensit ipsam primam sortem, qualiter superius facta est, et cum omnibus quod ut suprascriptum est facere et habere debent, et cum omnibus que intro eam sunt omnibusque suis pertinentiis, ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius iohannis et heredum eius; et ille et eius heredes licentiam abeant ex ea facere quod voluerint. Et ipse ursus comprehensit ipsam secundam sortem, qualiter superius facta est, cum omnibus quod ut suprascriptum est, facere et habere debent et cum omnibus intro abentibus omnibusque suis pertinentiis; ea scilicet ratione, ut semper sit in potestate ipsius ursonis et heredum eius, et liceat illum et eius heredes de ea facere quod voluerint. Et per combenientiam ipsi ursus et iohannes guadiam ipsi lupeno dederunt et fideiussorem ei posuerunt iohannem atrianensem filium quondam iohannis qui dictus est boccapiczola; et per ipsam guadiam obligaverunt seipsi ursus et iohannes et eorum heredes semper permanere cum ipso lupeno et cum illius heredibus in suprascripta divisione et in omnibus qualiter prelegitur. Et si ipsi ursus et iohannes et eorum heredes cum ipso lupeno et cum eius heredibus in suprascripta divisione et in omnibus, sicut suprascriptum est, permanere voluerint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere ipsi lupeno et illius heredibus centum auri solidi constantini. et in suprascripta divisione et in omnibus, qualiter prelegitur, semper firmiter permanere. Quod autem superius inter virgulos scriptum est, in uno loco legitur paries fabricatos et fines, et in alio ipsas scalas. et in altero ipsi. Et quod superius disturvatum est in uno loco legitur arcuscellum voltum super, et in alio arcuscellum. in altero qui. Et taliter tivi iohanni notario scribere precepi.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

MCCCXXXVI

A. D. 1062

✝ In nomine domini vicesimo primo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense iunio, quintadecima indictione. Ante me Iohannem iudicem rossemannus presbiter et prepositus monasterii puellarum sancti michaelis archangeli et sancti protomartiris stefani, quod constructum est intra hanc civitatem in horto magno, in quo domna blatta venerabilis abbatissa preest, dum una cum eo romoaldus notarius, ipsius monasterii advocatus adesse causavit cum mansone, qui dictus est sfagilla, filius quondam iohannis, dicens ei, ut ipse manso malo hordine introisse in res ipsi monasterii pertinentis foris hac civitate in acto mitiliano, ubi terra gustina et pratu dicitur, et foveas in eis fecisse et arbores et vites ex eis abscidisse et sepes rupisse et fructus tulisse et ipsas res partem ipsius monasterii contrasse. Ipse manso respondit in acto mitiliano, ubi terra gustini et pratu dicitur, plures res haberi, sed nescire de qualibet ipse prepositus cum eo causare. Ego autem sicut inter eos convenit iudicavi et illos guadiare feci, ut ipse prepositus vel pars ipsius monasterii et ipse manso simul cum iudice et notario ad ipsas res pergant, et ipse prepositus aut pars iamdicti monasterii ostendat ipsi mansoni ipsas res, de quibus cum eo, ut suprascriptum est, causavit: et ipse prepositus vel pars ipsius monasterii plicet se cum rationibus ipsius monasterii, et ipse manso plicet se cum suis rationibus, et secundum legem intra se finem faciant ex eo quo ipse prepositus cum ipso mansone, ut suprascriptum est, causavit. Et ipse manso posuit ipsi preposito fideiussorem radoaldum socrum suum filium quondam romoaldi. Et ipse prepositus fideiussorem ipsi mansoni posuit radoaldum filium quondam iohannis. Et taliter te romoaldum notarium pro parte ipsius monasterii scribere precepi.

✝ Ego qui supra iohannes iudex.

MCCCXXXVII

A. D. 1062

✝ In nomine domini vicesimoprimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense iulio, quintadecima indictione. Ante me petrum iudicem muscatus presbiter et abbas ecclesie sancte sofie, que constructa est intra hanc civitatem secus plateam, que ducit ad fl-

stulam et ipsa ecclesia cum omnibus rebus stavilibus et mobilibus ipsi ecclesie pertinentibus heredibus paldulfi pertinentibus tradidit iohanni filio quondam petri massoti de terris ipsius ecclesie, que sunt supra ipsam ecclesiam cum aliquantis partibus fabricatis, que est per fines et mensuras iusto pede manus hominis mensuratas. A parte occidentis est finis anditum, et pedes quattuordecim et medium. A septemtrione est finis ipsum anditum, et fines strectula ipsius ecclesie, et pedes viginti quinque et planta. Ab oriente est finis paries fabricatus ipsius ecclesie, et per eam iuxta ipsum parietem mensurati pedes quindecim. A meridie est finis anditum ipsius ecclesie et pedes viginti duo: Ut amodo completis viginti annis ipsi iohannes et eius heredes suprascriptam terram cum vice de ipsis anditis sua potestate teneant, foveas et omnes suas utilitates iusta ratione ibi faciant, et in eam casam construere faciant qualiter voluerint, et in ipso Andito a parte meridiei menianum faciant et habeant in alto iusta ratione, et in ipsa casa resideant et habitent. et si voluerint illam vel ex ipsa aliis quibus voluerint ad tenendum et residendum usque completos ipsos annos tribuant et illam et eius heredes et qui ab eorum parte, ut dictum est, tenuerint, licentiam habeant intra ipsos annos illam conciare et cooperire qualiter voluerint. et stillicidia in ea faciant uno in parte septemtrionis extra ipsas mensuras et aliud in parte meridiei in ipso andito faciant et habeant quicquid tributum et dationem ex ea tollere et habere potuerint, sibi habeant et faciant ex eo quod voluerint. Tantum per omnem annum in initio ipsorum annorum ille et eius heredes dent ipsi abbati et parti ipsius ecclesie tributum pro suprascripta traditione auri tarenos quattuor ex moneta tunc in hac civitate puplice formata, ad faciendum ex eis quod voluerint. Nunc vero pro presenti anno tribuit ei ipsos tarenos. Completis vero ipsis annis ille et eius heredes licentiam habeant ipsam casam disturbare et tollere tota lignamina et alias res suas et facere ex eis quod voluerint, et remittant partem ipsius ecclesie ipsam traditionem cum parietibus fabricatis a parte occidentis et septemtrionis sicuti modo sunt. Et per convenientiam ipse iohannes guadiam ipsi abbati, dum idonei interessent homines, dedit et fideiussorem ei posuit petrum sutorem filium quondam iohannis. Et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes, si, sicut superius scriptum est, ipsi abbati et parti ipsius ecclesie non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, comprehendere ipsi abbati et parti ipsius ecclesie triginta auri solidos constantinos. Et taliter te romoaldum notarium scribere precepi.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

MCCCXXXVIII

A. D. 1062

✝ In nomine domini vicesimoprimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis. mense septembri, prima indictione. Memoratorium factum a me petro comite filio quondam pandenolfi clerici eo quod ante presentia petri Iudici per convenientiam pro parte antocie uxori mee tradidi teupo de loco pasciano filio quondam petri unam peciam de terra cum arbusto et castaneto et pomis et insiteto, quam ipsa uxor mea habet foris hac civitate in suprascripto loco pasciano, que est per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas. A parte meridiei finis via, et passi quinquaginta tres et medium. A parte orientis finis via, et passi septuaginta quattuor. A parte septemtrionis finis ipsius antocie passi centum. A parte occidentis passi duodecim similiter erga fines ipsius antocie. et revolvit in parte orientis per eamdem finem passi quadraginta. et revolvit in parte meridiei secus ipsam finem passi nonaginta cum casa lignea que ibi est et cum vice de ipsis viis. Tali tinore, ut semper sit in potestate ipsius teupi et heredum eius eam tenendum et dominandum fobeas et omnes suas utilitates iusta ratione ibi faciant. et homines ad laborandum et residendum ibidem mittant et habeant. et ipsam casam semper conciatam et copertam habeant. et ipsam traditionem per circoitum clusam habeant. et apto tempore totam ipsam traditionem laborent et cultent, et ubi meruerit arbores et vites de bonis vitineis et pomam et insites iusta ratione ibidem plantare et insitare sicut meruerit bonum arbustum et insitetum de ipso loco. Et sic illud cultent de super et de supter, ut semper in melius proficiant et non dispereant. Et per omnem annum perfectum pareat laboratum et cultatum et clusum et salvum et seminatum. et cum vindemie tempus fuerit per omnem annum ipse teupus et eius heredes faciant scire ipsam uxorem meam et eius heredes, ut ibi dirigant missum suum, et illi rationabiliter ipsum arbustum totum vindemient, et vinum ipsum ibidem ad palmentum procurent, et ipse castanee et inserte apto tempore colligant et seccent sicut meruerit, et de omne vino et castanee et inserte, quod inde exierint ipse missus tollat medietatem et illi medietatem; pomam et quicquid fructus ibi abuerit pro tempore ante ipsum missum illi colligant et inclita medietate inde nobis dirigere intra hanc civitatem ad domum nostram, reliquam medietatem sibi habeant: et de quod per annum in ipsam traditionem seminatum fuerit, dent inde nobis terraticum secundum consuetudinem ipsius loci; Sortionem nostram de ipso vino per omnem annum mittant illi in organea quam eis dederimus, Et illi ipsam organeam semper conciare et studiare et reponere in ipsam casam: et ipso vinum

salvum faciant, donec illud inde tollere fecerit ipse uxor mea et eius heredes absque degeneratione et igne. Ipsum missum, dum per vindemie et pro ipso terratico et iamdicta frudia recipiendum ibi steterint, nutriant illi eum secundum illorum possibilitatem. et per omnem annum dent ipsi uxori mee et eius heredibus ad domum illorum due galline bone, et ego et mei heredes et ipsa uxor mea et eius heredes licentiam habeamus, quod voluerimus in ipsam rem introire et nostras utilitates ibi facere iusta ratione. et si voluerimus illos perquirere et pignerare faciendum eos ipsam rem laborare, sicut suprascriptum est: et omnia inde nobis adimplere sicut supra legitur. et quando nos et nostros heredes ibi perrexerimus semel in anno honorifice illi nos recipiant sicut meruerit, et omni anno in natibitate domini et in pasca resurrectionis illi et illorum heredes visitent nos et nostros heredes intus hanc civitatem ad domum nostram cum senio secundum suam possibilitatem iusta ratione. Et quale tempore ipsam traditionem tenere et laborare noluerint, tunc inclitam eam bonam laboratam, clusam cum ipsa casa conciata et coperta et cum ipsa organea totum salvum iusta ratione remittant ad potestatem nostram et heredum nostrorum faciendum inde quod voluerimus, et liceat illum et eius heredes et homines quos ibi miserint inde exire cum omnibus illorum mobilibus et ire ubi voluerint. et per convenientiam ipse teupus guadiam michi pro parte mea et ipsius uxori mee dedit et fideiussorem michi pro mea et illius parte posuit se ipsum, obligans ipsis petro et antocie et illorum heredibus et cui hoc scriptum in manu paruerit, ad pignerandum omnes res suas et heredum eius legitimas et inlegitimas. et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes, si sicut superius scriptum est, non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, comprehendere ipsis petro et antocie et illorum heredibus triginta auri solidos constantinos et, sicut suprascriptum est, adimplere. Et taliter scripsit iohannes notarius.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCXXXIX

A. D. 1062

† In nomine domini vicesimo primo anno principatus domni gisulfi gloriosi principis, mense octobri, prima indictione. Ante me petrum iudicem muscatus filius quondam iohannis et purpura uxor sua filia quondam . . . . ipsi vir et uxor clarificaverunt se habere terram cum arbusto et vacuo foris hanc salernitanam civitatem in loco campiliano,

que est per has fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas. A parte septemtrionis est finis via que ducit . . . . terram et alteram terram pertinentem domne gemme principisse genitrix suprascripti magnifici principis, et per ipsam viam mensurati passos centum quattuordecim. A parte orientis est finis alia via, et per eam mensurati passi nonaginta . . . . A parte meridie est finis . . . . . et medium limes, et intra istam terram secus ipsam finem mensurati passos alios centum quattuordecim. A parte occidentis est finis via antiqua que modo se non andat, et passos alii nonaginta quattuor. De iamdicta vero terra . . . . . . dixerunt pertinere russo de ipso loco campiliano filio quondam aghini, qui in mea presentia accedens integram medietatem, et ipse muscato de reliqua medietate, medietatem quod est de tota ipsa terra quartam . . . . . . partem quam ipsi muscato, ut superius legitur, dixerunt pertinere, de tota ipsa terra quartam partem dixerunt pertinere ipsi purpure per suum firmum scriptum morgincap ei ab ipso viro suo datum alio die eorum copulationis . . . . . ipsa purpura ipsa quarta sua de iamdicta quarta parte de tota ipsa terra venumdare, consentiente ei ipse vir eius, et communiter cum eo, et obserbans . . . . que res suas, consentiente viro suo, aut communiter venumdare voluerint, fecerunt illud notitiam duobus propinquioribus ipsius purpure parentibus, et in . . . . pati non reclamavit, nisi boluntate sua ipsa quarta sua de ipsa quarta parte de tota suprascripta terra se dixit venumdare, ut ab hoc die hoc quod vendiderit . . . . manus ponam quam iohannes scriba cum notitia ipsorum parentum et mea hanc cartulam scribit. Quo facto, sicut ipsi russo qui cum ipso iohanne coram me coniunctus est, et iamdictus muscatus . . . . eorum boluntate per combenientiam, per hanc cartulam, tamen ipsi muscato et purpura communiter venumdederunt ipsi iohanni pro parte suprascripte domne principisse gemme ipsi russo . . . . et ipsi muscatus et purpura de reliqua medietate integram medietatem quod est quartam partem de tota suprascripta terra per suprascriptas fines et mensuras cum omnibus intro ipsam venditionem . . . . . ea ratione, ut integra suprascripta venditio, qualiter prescriptum est . . . . . et liceat . . . . . huius venditionis ipse russo confessus est se recepisse ab ipso die pro parte suprascripte . . . . tarenos triginta et duo in omni deliveratione. Et per convenientiam ipse vir et uxor communiter; tamen ipsa purpura cum boluntate ipsius viri et mundoalt . . . . in hac cartula scripta et scrivenda sunt fecit; et predictus russus guadiam ipsi iohanni pro parte suprascripte domne principisse dederunt, et fideiussores ei posuerunt seipsos, et per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes semper defendere ipsi domne principisse et eius heredibus integram suprascriptam venditionem ab omnibus hominibus; et ipsi vir et uxor et suprascriptus russus tribuerunt ipsi iohanni licentiam, ut quando

. . . . potestatem habeant suprascriptam venditionem per se defendere, qualiter voluerint, cnm omnibus muniminibus et rationibus quas ex eo ostenderint; et si sicut superius scriptum est ipsi . . . . principissa et eius heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se communi . . . . ipsi domne principisse et illius heredibus quinquaginta auri solidos constantinos; et sicut superius scriptum est adimplere. quod autem superius inter virgulos scriptum est legitur . . . .

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCXL

A. D. 1062

† In nomine domini, vicesimoprimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense nobembri, prima indictione. Ante me petrum iudicem sergius filius quondam maraldi et gemma uxor sua filia quondam mastali romane legis viventes coniuncti sunt cum domno leone reverentissimo abbate monasterii sancte et individue trinitatis, quod constructum est foris hanc salernitanam civitatem in loco mitiliano, et cum vivo castaldo filio quondam petri pro faciendam inter se combenientiam, velut hic supter descrivendum est. Et ipsi vir et uxor, sergius videlicet et gemma, clarificaverunt due pecie de terra cum castaneto et insiteto se habere foris hanc predictam civitatem in eodem loco mitiliano ubi transboneia vocatur, quas dixerunt esse per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas. Unam ex eis: A parte orientis est finis aliorum, sicut terminatum est, inde sunt per longitudinem passi triginta et duo; A parte septemtrionis est finis, sicut terminatum est, qualiter vadit secus fine ipsius vivi castaldi, et per latitudinem passi viginti octo et cubita duo; A parte occidentis finis ipsius castaldi, sicut terminatum est, et per longitudinem passi triginta tres et medium; A parte meridiei est finis similiter ipsius castaldi, sicut termini fixi sunt, et passi undecim. Alteram vero ex ipsis peciis est propinquo suprascripta pecia: A parte meridiei est finis via, sicut terminatum est, et passi triginta et unus, et ab inde rectum descendente usque in fluvio boneia: de pede vero est finis ipse fluvius et secus ipsum fluvium mensurati passi alii triginta et unus; de alia autem parte similiter ascendente ab ipso fluvio usque predicta via in qua terminus fixus est. Et sicut ipsi sergio et gemme vir et uxor congruum fuit bona eorum boluntate per hanc cartulam per combenientiam venumde-

derunt ipsi domno leoni reverentissimo abbati et predicto vivo castaldo integras ambas suprascriptas pecias de terris cum castaneto et insiteto per suprascriptas fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas, quas se, ut superius legitur, clarificaverunt habere cum omnibus que intro eas sunt, cunctisque suis pertinentiis et cum vice de ipsa via et de aliis viis suis. Ea ratione, ut integra suprascripta venditio, qualiter prelegitur, sit semper in potestate ipsius domni abbati et successoribus eius et partibus suprascripti monasterii et predicti vivi castaldi et de eius heredibus. Et liceat ipsos domnum abbatem et successores eius et pars suprascripti monasterii, et vivum castaldum et illius heredes ex ipsa venditionem facere omnia que voluerint. Et propter confirmationem huius benditionis ipsi vir et uxor susceperunt ab ipsis domno abbate et vivo castaldo statutum pretium auri tarenos centum viginti quattuor in omni deliveratione. Et per conbenientiam ipsi vir et uxor, secundum legem et romanorum consuetudinem, guadiam ipsi domno abbati et vivo castaldo, dum ydonei homines ibidem interessent, dederunt et fideiussorem eis posuerunt iohannem qui dicitur bergaturtu filius quondam sergii. Et per ipsam guadiam, obligaverunt se ipsi vir et uxor et eorum heredes semper defendere ipsis domno abbati et successoribus eius et partibus suprascripti monasterii et vivo castaldo et eius heredibus, integram suprascriptam venditionem ab omnibus hominibus. Et ipsi vir et uxor tribuerunt ipsis domno abbati et vivo castaldo licentiam, ut quando ipse domnus abbas et successores eius, et pars suprascripti monasterii et predictus vivus castaldus et illius heredes voluerint, potestatem habeant suprascriptam venditionem per se defendere qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsi vir et uxor et eorum heredes ipsis domno abbati et successores eius et partis suprascripti monasterii et vivo castaldo et illius heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se ipsi vir et uxor, sergius videlicet et gemma et eorum heredes, componere ipsi domno abbati et successoribus eius et partibus suprascripti monasterii et predicto vivo castaldo et illius heredibus centum auri solidos constantinos, et ipsa gemma omnia suprascripta fecit per semetipsam, eo quod maior est viginti quinque annorum, dum una cum ipso sergio viro suo. Et duas cartulas unius tenoris, hanc quam ipse domnus abbas et alteram quam ipse castaldus retinet, Tibi iohanni notario scribere precepi.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

✝ Hic sum testatus scriba preclarus amatus.

MCCCXLI

A. D. 1062

Aliud exemplar praedicti instrumenti.

MCCCXLII

A. D. 1062

✝ In nomine domini, vicesimoprimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense decembri, prima indictione. Ante me petrum iudicem domnus leo venerabilis abbas monasterii sancte et individue trinitatis, quod conditum est foris hanc, a deo conserbatam, salernitanam civitatem in loco mitiliano, et vivus castaldus filius quondam petri ostenderunt singulas cartulas scriptas per iohannem notarium per uno tinore, ex quibus unam precepi legere continentibus: qualiter ante meam presentiam sergius filius quondam maraldi et gemma uxor sua filia quondam mastali romane legis viventes coniuncti fuerant cum ipso domno leone reverentissimo abbate predicti monasterii et cum prescripto vivo castaldo filius predicti petri pro faciendum inter se combenientiam velut in ipsa cartulas describenda erat. Et ipsi vir et uxor, sergius videlicet et gemma, clarificaverunt due pecie de terra cum castaneto et insiteto se habere foris hanc predictam civitatem in eodem loco mitiliano, ubi transboneia vocatur, quas dixerant esse per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas. unam ex eis; A parte orientis finis aliorum, sicut terminatum erat, et erat inde per longitudinem passos triginta duo. A parte septemtrionis finis, sicut terminatum fuerat, qualiter pergebat secus finem ipsius vivi castaldi et passi viginti octo et gubita duo. A parte occidentis finis ipsius castaldo sicut terminatus erat per longitudinem passi triginta tres et medium: a parte meridiei finis similiter ipsius castaldi sicut termini fixi erant et passi undecim. Alteram vero ex ipsis peciis est propinquo suprascripta pecia: A parte meridie est finis via, sicut terminatum erat, et passi triginta et unus. et abinde recte descendente usque in fluvio boneia. de pede vero erat finis ipse fluvius, et secus eum mensurati passi aliis triginta et unus. de alia parte, similiter ascendente ab ipso fluvio usque predicta via in qua terminus fixus est. Et sicut ipsis sergio et gemme vir et uxor congruum fuerat, bona eorum boluntate per ipsam cartulam per combenientiam benumdederunt

ipsi domno abbati et predicto castaldo integras ambas suprascriptas pecias de terris cum castaneto et insiteto per suprascriptas fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas, quas se, ut superius legitur, clarificaverunt habere cum omnibus que intro eas erant cunctisque suis pertinentiis, et cum vice de ipsa via, et de aliis viis suis, ea ratione, ut integra suprascripta venditio, qualiter prelegitur, fieret semper in potestate ipsius domni abbati et successorum eius et partibus suprascripti monasterii et predicti vivi castaldi et heredum eius. Et liceret ipsos domnum abbatem et successores eius, et partem suprascripti monasterii et vivum castaldum et illius heredes ex ipsa venditione facere omnia, que volerent, sicut ipsa cartula continet, in quibus ego propriis mearum manum digitis meum nomen descripseram. Et in ambabus amatus scriba et iohannes notarius subscripti sunt. Cum autem ambo ipse cartule ostense fuerunt, et unam ex eis, ut superius legitur, lecta fuit, ipsi domnus abbas et vivo castaldus, qui semper puro corde domino et salbatori nostro ihesu christo serbiunt et numquam a bono hopere quiescunt, per combenientiam per hanc cartulam, dum idonei homines interessent, optulerunt ipsi domino et salvatori nostro ihesu christo et in ecclesia quam ipsi domnus abbas et vivus castaldus pro salute animarum suarum à novo construxerunt fundamine intra hanc predictam civitatem suptus et prope aquam que vocatur da la palma ad honorem beati confessoris adque pontificis nicolay, integras ambas suprascriptas pecias de terra cum castaneto et insiteto de predicto loco, ubi transboneia vocatur, per suprascriptas fines et mensuras, qualiter sivi per suprascriptas cartas ab ipsis sergio et gemma uxore eius venumdata fuerat, sicut ipsa carta continet, cum omnibus que intro eas sunt, cunctisque suis pertinentiis, et cum vice de ipsa via et de aliis viis suis, ea ratione ut semper sit in potestate de ipsius ecclesie; et licentiam habeant rectorês ipsius ecclesie et partes illius ex eo facere quod voluerint. Et per combenientiam obligaverunt se ipsi domnus abbas et vivus castaldus et ipse domnus obligavit successores suos et partem suprascripti monasterii, et ipsi castaldus obligavit suos heredes semper defendere rectoribus et partibus suprascripte ecclesie integrum illud quod, ut suprascriptum est, in ea optulerunt ab omnibus hominibus. Et ipse domnus abbas et predictus castaldus tribuerunt licentiam, ut quando rectores et pars suprascripte ecclesie boluerint, potestatem habeant integrum illud quod ipsa ecclesia ipsi domnus abbas et vivo castaldo optulerunt per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut suprascriptum est, ipse domnus abbas et successores eius, et pars suprascripti monasterii, et ipse vivus et eius heredes rectores ipsius ecclesie et partibus illius non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per combenientiam obligaverunt se ipse domnus abbas et successores eius et pars suprascripti monasterii, et ipse vivus castaldus et suos heredes

componere rectoribus et partibus ipsius ecclesie centum auri solidos constantinos. Verumtamen quoniam ex ipsa ecclesia medietatem dixerunt pertinere in predicto monasterio sancte trinitatis et medietatem ipsi castaldo, et ex ipsa sua medietate de ipsa ecclesia, ita permaneant cum partibus ipsius monasterii, sicut continet cartula, que apud se ipse castaldus firmam retinet, que scripta est per iohannem notarium, in qua sico comes et iudex subscriptus est. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

✝ Ego qui supra leo abbas.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

✝ Hic sum testatus scriba preclarus amatus.

MCCCXLIII

A. D. 1062

✝ In nomine domini, anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi millesimo sexagesimo secundo, et vicesimo quinto anno principatus domni landolfi gloriosi principis, et septimo anno principatus domni paldolfi filii eius, mense decembrio, prima indictione. ego grimoaldus filius donnandi qui fuit presbiter, de eo quot ante lodoicus clericus et iudice aliosque homines subscriptos testes declaro me abere rebus in loco candida, et in super ribus qui dicitur cauda pertinentem michi iusta legem per meis rationibus. et congruum michi est exinde bindere una media pecia de binea amati germanus meus; Quapropter ego qui supra grimoaldus, sicut michi congruum est, bona etenim mea boluntate, et per eadem cartam bendidit tibi qui supra amati ipsa pecia de binea quam superius patefecit pertinente abere in supradicto loco candida, et in superioribus qui dicitur candida, sicut bidetur esse infra ec finis: de una parte fine de erede cicini et de consortibus suis, et de alia parte fine meaque amati; et de alia parte fine rebus sikenolfi, et de alia parte fine rebus de erede iaquinti, ex omni parte quomodo termiti positi sunt. Infra ec bero homnes supradictos finis tota et integra ipsa pecia de rebus qui est vinea per supradictas fines tibi predicti amati vendidit, unde nec michi, neque ad eredibus meis, neque quarta de ipsa uxor mea nec cuicumque alteri abendum exinde nulla reserbabi, set tota adque integra ipsa pecia de rebus que est binea, sicut superius legitur, tibi qui supra amati

bendidit una cum inferius et superius cum biis et anditis suis, cum aquas et cum omnibusque suis pertinentiis ad semper abendum et possidendum tu supradictus amati quam et tuis heredibus, et faciendum exinde omnia quomodo et qualiter bolueritis, sine contradictione mea et de meis heredibus, et sine cuiuscumque requisitione, et pro cuncta mea benditione confirmandum adque constabiliscendum continuo recepi exinde a te qui supra amati iusta legem pretium aurei solidi boni numero duo, que inter nobis conbenit finita est ipsa mea benditio. Et unde obligo me ego qui supra grimoaldus et meis obligo heredibus tibi iamdicto amati quam et tuis eredibus obligo me. Quod si aliquando tempore eadem mea benditione ut prelegitur retornare aut remobere quesierimus per qualiscumque ingenium aut inbenta ratione bolendum exinde bobis aliquit tollere aud contraere bel minuare aut de nostra substraere proprietate et dominatione, aud si integra ipsa pecia de rebus qui est binea per supradictas fines, sicut superius legitur, Ego qui supra grimoaldus et meis eredibus tibi prenominati amati quam et tuis eredibus da omnes homines non defensaberimus ab omnibus hominibus ab omnibusque partibus ed da parte de isa uxor mea et de omnes homines qui pro parte eius inde causaberit non defensaberimus, Ideo ante omnia decem solidi aurei constantini, ego qui supra grimoaldus et meis heredibus tibi prenominato amati quam et ad tuis heredibus per eadem cartula componere obligabi, et in antea per inbitis semper tacitis et contentis permaneamus, adque per inbitis illut bobis promissimus, et obligati sumus per supradicta obligata pena, et ac cartula benditionis in supradicta ratione sit firma. Quod taliter te roffrit notario scribere rogabimus; actum castello candida.

† Ego qui supra lodoicus clericus.

† Ego falco.

MCCCXLIV

A. D. 1063

† Σιγνον χειρος δόμνα γυνὴ τοῦ ἀπηχωμένου ἰωάννου ὑιὸς Κανδιδου του εν μακαρία τῆ λήξη. † Σίγνον χειρὸς νικολάου συγγενῆς αὐτοῦ. † Σὶγνον χειρὸς λεον έτερος συγγενῆς αὐτοῦ. † Σίγνον χειρὸς νικολάου φαμυροῦ τῆς μακαριωτάτης ἀγάθης. † Σιγνον χειρὸς φίληππος οτοῦ σκρινίτζει. † σιγνον χειρος λεοπαρδου ανηψιος αυταδελφοῦ

† Signum manus Domnae uxoris demortui Ioannis filii Candidi beatae memoriae. † Signum manus Nicolai ipsius cognati. † Signum manus Leonis alterius ipsius cognati. † Signum manus Nicolai generi Agathae beatissimae memoriae. † Signum manus Philippi de Scribitzi. † Si-

πρεκβυτέρου ϑεοφάνη. † σίγνον χειρὸς λέον διὸς πρεκβυτέρου ουρσίνου τοῦ ἐν μακαρία τῆ μνήμη.

Ἐν ὀνόματι του πατρὸς καὶ τοῦ διοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. επιδῆ καὶ πνευματικοῖς καὶ ϑείοις νομοῖς ἀκολουϑοῦντες τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν ατάραχον καὶ ἀνεπερέαστον διαφυλαγτειν καὶ συγκρωτοῦσαν τὰ ἡμέτερα καὶ πολλὰ ἐπισπομενοι τὴν ἀπὸ τοῦ ϑεοῦ ῥωπὴν καὶ ἔννοιαν δέον εἰς ἡμᾶς ηληκρηνοῖ τῆ καρδία τῆς τῶν ϑειων εὐαρεστησασιν καὶ γνησίως λατρεὺουσιν τῷ αὐτῷ κινδύνῳ ἐχέτω. χρι ουν καὶ ημῆς η τους τιμίους και ζωώπιους σταυρους ϊκίες χερσὶν καθυπογραψαντες. δι ἧς ομολογοῦμεν αφιερωνωντα τα χωραφια τα ἁπερ εχωμεν εκ γωνικῆς ημῶν κληρονομιας εξ ὅλης ψυχῆς καὶ απλὴ καρδία εις τὸν πάνσεπτον ναὸν του ἁγίου καὶ ενδόξου καὶ μεγαλομαρτυρος ϑεοδορου καὶ τοῦ κυροῦ καὶ ευλαυεστάτου καὶ καϑηγουμενου πρεσυυτερου ϑεοφιλακτου μονης του κυρ ζωσήμου υπερ λυτρου καὶ αφέσεως τον γονεων μου καὶ υπερ τας ημετερας ψυχας. Καὶ ἵνα μας μνημωνευσει πασας τάς ημέρας τῆς ζωῆς αυτοῦ. Καὶ ώς ανωτέρω ἧρητε ἐστὶν δὲ τα χωράφα τα ὄντα καῖ διακήμενα εις τὸν πάνσεπτον ναὸν του αγιου παγκρατιου εις τόπον λεγόμενον ἄππιον. εστιν δε ο περιδρησμὸς τοῦ χοραφιου ως ανευέννει η πριδνία της πετρας ἄλυας καὶ στρεφεται εἰς τον ρουακην τὸ μέγα καὶ πᾶλιν αναστρέφεται εις τὸν λίϑαριν τὸν μέγαν τὸ διακήμενον καὶ ὄντα προς κεφαλου του κάνππου του αππίου. Καὶ εγερνη ει υαϑεία καί παλιν απανδιδι εἰς το ρουακιν του λιάνδρου. Καὶ ὥς ηρητε τα χοραφι του λιανδρου τα απερ αφιερωσασιν η πρωλαυωτες εις τὸ αυτῶ πανσεπτον ναον του αγιου ϑεοδορου τον ρουάκιν το εχωμεν αναμεταξὺ ημῶν καὶ ὑμῶν καὶ πάλιν

gnum manus Leopardi fratris consobrini Theophanis presbyteri. † Signum manus Leonis filii presbyteri Ursini beatae memoriae.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Quoniam et spiritualibus et divinis legibus obtemperantes, ecclesiasticum ordinem ab omni molestia et damno immunem praestare debemus, utpote qui res nostras adauget, et magnam Dei misericordiam et gratiam nobis conciliat; oportet, ut qui sincero corde Deo placere student, eumque rite colunt, ab omni periculo vindicentur. Ideo et nos, qui signa venerandae et vivificae crucis propria manu exaravimus, toto animo, et puro corde offerimus terras, quas de paterna haereditate habemus, venerabili ecclesiae sancti et gloriosi et magni et martyris Theodori, et domino Theophylacto presbytero piissimo praefecto monasterii de Cyr-Zosimo, pro redemptione ac remissione nostrorum peccatorum et parentum nostrorum, et ut in omnibus diebus vitae suae nostri commemorationem faciat. Sitae autem sunt supradictae terrae iuxta venerabilem ecclesiam S. Pancratii in loco, ubi dicitur Appium, earumque fines sunt huiusmodi: ut ascendit Serra Petrae Albae, et deflectit ad rivum magnum, et rursus deflectit ad saxum magnum, quod est in capite campi Appii, et vadit ad vallem, iterumque iungitur cum rivo Liandri et cum terris Liandri, ut dictum est, quas qui antea habuerunt eidem venerabili ecclesiae S. Theo-

ανευεννει καὶ ἀπανδιδη ἀνωϑεν εις τὴν πετρα ἄλυα ὑπαγειν η πριζνία και στρεφεται και κατευεννη εις τον χείμαρρον επι το μερος της μεσινμυρίας εχωμεν τας συνοριτάς ημοῖς αυτὴ ημῆς οἱ προγεγραμμένοι ότε φιλιππος ο τοῦ σκριυιτζει καὶ λεον του πρεσβυτερου ουρσινου. Καὶ λεοπαρδος αδελφος πρεσβυτερου ϑεοφανου. Και ἀπάξ ἁπλως λεγωμεν ξένοι και παρεπίδημοι γενόμεϑα απο την σήμερον ἡμέραν εκ τα προλεχϑεντα χοραφια έτερον δὲ τοῦ εχειν ο ριϑεις καϑηγουμενος τα τιαυτα χοραφια του νύν και εις τους απαντας καὶ διηνεχοῖς χρόνους ἑόνας ἑώνων ἧς εξουσιαν οὑτῶν ως ἴδιος αυϑεντης ποιησαι ως δ αν ϑελει καὶ υοῦλεται. η δε καὶ παλιν φανουμεν ποτὲ καὶρῶ χρόνω ητε ημῆς η τους τημιους καὶ ζωοποιους σταυρους ἀνοτερω επεγραφησαν ητε υιος ημῶν ητε τις καϑ ημῶν μερος ητε αλλος ἵνα στίκωμεν καὶ εκδικησωμεν αυτον απο παντος εναντιου προσωπου. η δε καὶ τοῦτω ου πιουμεν αλλα καὶ προς διαστρωφην πηραϑωμεν. πρότον μεν εσωμε αρνιτῆς τοῦ τημιου σταυρου καὶ τὴν αρὰν τὸν αγιον ϑεοφόρων πατρων. επιτα δε και παρέχην μας ἓν το εὐσευὴ υασιλει νομισματα εκατὸν. καὶ ηϑ ουτος στεργειν καὶ εμμένειν τὴν παρ ημῶν γεναμενην τελειαν και πληρεστατην και ασαλευτον αφιέρωσιν παρουσια μάρτυρων γραφὲν δια χειρὸς χρησαφιου πρεσβυτερου και ταυουλαριου ετους ςφοα' ινδικτιωνοςα.

dori obtulerunt, qui rivus interfluit inter terras nostras et vestras, et iterum ascendit et iungitur supra cum Petra Alba, et ut vadit Serra, et deflectit et descendit ad torrentem; ad meridiem nos ipsi suprascripti finitimos habemus nosmetipsos Philippum de Scribitzi, et Leonem filium presbyteri Ursini, et Leopardum fratrem presbyteri Theophanis. Et uno verbo declaramus a presenti die nos extraneos esse et exclusos a praedictis terris, easdemque possidere te praedictum monasterii praefectum modo et in omne deinceps futurum tempus et in saecula saeculorum, et potestatem habere, ut earum proprium dominum, faciendi quodcumque volueris. Et si aliquo tempore surrexerimus aut nos ipsi suprascripti, qui venerandas et vivificas cruces supra exaravimus, aut filii nostri, aut aliquis de parte nostra, aut quicumque alius, antestare debeamus, teque defendere ab omni contraria persona: et si hoc facere noluerimus, sed contravenire proponamus, primum quidem tamquam praevaricatores venerandae crucis maledictionem habeamus a sanctis divinis Patribus, et deinde solvere debeamus pio Imperatori solidos centum, et nihilominus ratum et firmum permaneat huius absolutae et plenissimae oblationis a nobis in praesentia testium factae instrumentum, quod quidem scriptum est manu Chrysaphii presbyteri et tabularii, anno 6571, indictione I.

† ιωαννης πρεσβυτερος δ του καφιρου μαρτυρων υπεγραψα ιδιωχειρως.

† νικολαος σφούντζαρης μαρτυρων υπεγραψα,

† πετρος υιος πασχαλιου.

† υασιλειος τζοκαλδ μαρτυρων υπεγραψα.

† κοσταντινος λατρονικιτης μαρτυρων υπεγραψα.

† λεο ανηψιος του καπητηνου μαρτυρων υπεγραψα.

† χρησαφηος της κανης μαρτυρων υπεγραψα.

† νικολαος οδο μαρτυρων υπεγραψα ηκια χειρι.

† Ioannes presbyter Caphiri filius testis propria manu subscripsi.

† Nicolaus Sfuntzaris testis subscripsi.

† Petrus filius Paschalis.

† Basilius Tzocalo testis subscripsi.

† Constantinus de Latronico testis subscripsi.

† Leo consobrinus Capeteni testis subscripsi.

† Chrysaphius de Cana testis subscripsi.

† Nicolaus Odo testis propria manu subscripsi.

MCCCXLV

A. D. 1063

† In nomine domini, vicesimo primo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense februario, prima indictione. Coram me rottelgrimo comite et iudice petrus comes filius quondam alfani comitis coniunctus est cum urso presbitero et monacho filius quondam sebastiani, et ipse petrus per convenientiam tradidit ipsi urso integram medietatem suam de integro monasterio, quod constructum est foris hac civitatem in loco pasciano in cacumine montis ad honorem beati michaelis archangeli et beati confessoris atque pontificis martini, cum integra medietate de omnibus rebus stabilibus, in quibus ipse monasterium constructum est, que sunt cum arbustis et insiteto et querceto et viscilieto et silba et vineis et vacuo per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratis. A parte orientis est finis media serra, qualiter incipit a medio vallone per quod viam ducit salernum per totum et ascendentem per mediam serram ipsam passi ducentos quinquaginta tres. et ab ipsis passibus a media ipsa serra revolvente in partem quasi septemtrionis per latere ipsius montis passi quinquaginta septem usque alteram serram predicti montis, in qua unum lapidem fictum esse videtur; et est per latitudine ipsas res ab ipso lapide rectum ascendentem per medium ipsam serram passi quadraginta quinque et medium usque obsidam predicti monasterii sancti martini. Ab ipsa parte septemtrionis, qualiter

incipit ab ipso latere in quo ipsi quinquaginta septem passi completi sunt, et rectum traversante ipsum montem usque medium alteram serram ipsius montis, passi sexaginta septem usque lapidem magnum que in ipsa serra est. Et est ibidem per latitudine ipsas res ab ipso lapide rectum ascendente per medium ipsam serram passi quadraginta sex et cubitus unus usque cantonem campanari ipsius monasterii qui in ipsa parte septemtrionis respicit; et ab ipso lapide, in quo ipsi sexaginta septem passi completi sunt, rectum vadit in ipsa parte occidentis per latere ipsius montis passi nonaginta usque via antiqua propria ipsius monasterii per quam olim ad ipsum monasterium ascendebatur; et est ibidem per latitudinem ipsas res a completis ipsis nonaginta passibus recte ascendenti usque cantonem parietis coquine ipsius monasterii qui aspicit in parte occidentis passi sexaginta octo et medium. Et ab ipsis nonaginta passibus recte vadit in ipsa parte occidentis per ipsam viam antiquam que propria ipsius monasterii est et dimittit per eam et recte vadit per medium limitem, passi centum viginti duo. Ab ipsa parte occidentis est finis sicut medium limes et medium sepes discernit, et mensurati recte intra ipsas res prope ipsam finem passi centum quinquaginta sex usque medium ipsum vallonem. A parte meridiei est finis medium ipsum vallonem, et per eum mensurati passos trecentos quattuor usque in priorem finem. Et cum integra medietate de omnibus rebus movilibus ipsi monasterio pertinentibus, videlicet liver comitem unum anni circuli, manualem passionarium, omelias tres, unam ex eis ab adventum domini usque in quinquagesimam, et alteram a capite ieiuniis usque resurrectionem domini et est in duobus voluminibus; et alia a resurrectione domini usque in adventum domini, dialagum unum, antifonaria dua, unum de nocte et alium de die, impnarium unum, regulam monachorum una, imnarium alterum et orationalem et spalterium monacum in uno volumine, orationalem unum, spalterium unum, cartam congregationis unam, sturialem unum, cammisa tres, planetam unam lineam et alteram sericam et aliam castaneam, ammictoras tres, orales sex unum de castanea et alium ad rammam et alterum cordatum, et unum de seta et reliquos duos cum lectis, calices de stagno quattuor cum singulis patenis similiter de stagno, festaciares unum de seta et alium de castanea et alterum de serico, opertoria serica a calice duo, sindones decem, et unum circitarium de lino, pannillum de serico uno et alteram sindonem sericam cum botanam, cortinam unam, manules sericos duos, turibulum ereum unum, bectes ferreos duos cum candelis septem, candelabrum ereum unum, cruces duas ereas cum gemmis, rotulum ad benedicendum cereum in sabbato sancto, arcam unam, bacem maiorem unam, buctes maiores tres et minores septem, bucticina quattuor, tinellas decem,

mannariam unam, pennam de mannariam unam, coniclum similiter de maria unum, zappas quinque, bommeres duos, potatarias quattuor, falces sex, serram unam, guerdiles quinque, scarpellum unum, assias duas, ponzonem ferreum unum, guleam ferream unam, bangam unam, caldarias duas, frixoriam unam, sicclellum ereum unum pro aquam auriendam, informatorem ferreum unum, balenem unam, tinas tres pro vindemiare, carrum unum, molis a macinare parium unum, matram unam, parium de bobi, asinum cum paraturiis suis, campanam unam, squillas minores duas, mappolam unam, lectum ligneum, colciarias duas, plomacios duos, plaionem unum, et cum medio de liber comite ab adventum domini et usque pasca resurrectionis, et de lecto ligneo cum colciaria et plomacio et lena caprena quod ipse ursus in iamdicto monasterio offeruit. Et cum integra medietate sua de omnibus aliis rebus ipsi monasterio pertinentibus. Seu et ipse petrus tradidit ipsi urso integram terram cum arbusto et abellaneto de loco, ubi forma vocatur, ubi proprio beterale dicitur, que in medio qua ipsi petro ex ipso monasterio pertinentia offerta est, que est per fines et mensuras suprascripto iusto passu hominis mensuratas. A parte orientis finis medium vallonem et passi centum quinquaginta sex. A parte meridiei finis media valle et passi centum sexaginta duo. A parte occidentis finis via que pergit ad nucerie, et passi centum quadraginta quattuor. A septemtrione fines medio vallone et passi centum quinquaginta duo, et intra istam terram tres palmentos fabricatos et unam casam fabricatam edificata sunt, et cum integras decem buctes a vino, ex quibus quinque in ipso monasterio et intra ipsam aram alie quinque dixerunt esse: Ea ratione, ut integra ipsa traditio, qualiter prelegitur, cum vice de ipsis viis et de aliis viis suis sit in potestate ipsius ursi amodo et dum ipse ursus vixerit ad regendum et gubernandum et omnes suas utilitates ibidem faciendum qualiter voluerit iusta ratione, et in medio de casis et cellis ipsius monasterii degat cum monachis et clericis et serventibus suis, et suas utilitates iusta ratione ibidem faciant. et in ipso monasterio diurnis et nocturnis oris dei officium peragat et peragere faciat sicut decet et eum alluminet, et totam ipsam traditionem vigilet et custodiat et vigilare atque custodire faciat, sicut in melius proficiat et non deterioret. et medio ex ipso monasterio et de casis et cellis ipsi monasterii pertinentibus conciare et operare faciat bonum qualiter voluerit et quomodo meruerit. et omni anno tempore congruo amodo et dum vivus fuerit ipse ursus faciat lavorare et cultare atque studiare totas suprascripta res stabiles quas ipse petrus nunc ei, sicut suprascriptum est, tradidit de super et de supter bonam ut cotidie in melius proficiat et non depereat. et quando ipse ursus de suprascriptis rebus stabilibus quas nunc ei ipse petrus, ut dictum est, tradidit per brebem cuilivet ad lavorandum dare voluerit, faciat scire ipsum petrum et eius heredes et una cum eo et cum illius heredibus illud ad lavorandum det cui voluerit, et amodo

et dum ipse ursus vixerit habeat sibi omnes fruges et fructus et dationem quod de ipsa traditione exierit et quod de ea tollere et habere potuerit, et faciat de eo quod voluerit, et de offertis et botationes et . . . . et de omnibus quibus in ipso monasterio deo volente intraberit, integram medietatem tollat et habeat sibi et faciat ex eo quod voluerit. Tantum si in ipso monasterio introierit animalia viva aut talem rem que ad ornamentum ipsius monasterii sit, habeat ex eo medium salbum ad opus ipsius monasterii sicut et ipso alio. Et amodo et dum ipse ursus vixerit omni anno in festibitatem sancti martini portet vel dirigat ad domum ipsius petri et heredum eius intra hanc civitatem censum pro suprascripta traditione dua cubita cerei et unum parium de oblatis. Et licentiam habeat ipse petrus et eius heredes quando voluerint iamdictam traditionem requirere, et si ea non invenerint operata et studiata, sicut suprascriptum est, statim ipse ursus illud operare et studiare bonum sicut suprascriptum est faciat. Et ab isto anno in antea omni anno ipse ursus dum vixerit simul cum ipso petro vel cum illius heredibus seu cum misso eorum quando eis placuerit vendat quattuordecim saumas vini ipsius traditionis qualem ex vino ipsius traditionis per annum ipse petrus et eius heredes seu ipso misso elexerint; et de pretio quod ex eo acceperint lavorem faciant talem qualem ipsi petro et illius heredibus placuerit. Et ipsum lavorem semper sit in medio ipsius petri predicti monasterii. Et illud ipse ursus dum vixerit teneat et gubernet sicut et ipso alio. Ad obitum vero ipsius ursi inclitam suprascriptam traditionem salbam et operatam bonam et illud quod ex ipso pretio, ut dictum est, adlavoraverint salvum sicut iustum fuerit et cum integra medietate de omnibus rebus ipsi urso eo tempore quocumque modo pertinentibus et cum integra medietate de eo quod in ipso accreverit monasterium perveniat ad potestatem ipsius petri et heredum eius ad faciendum ex eo quod voluerint. Et de altera medietatem de omnibus rebus ipsi urso pertinentibus ipse ursus faciat quod voluerit. Et per convenientiam ipse petrus guadiam ipsi urso dum idonei interessent homines dedit et fidemiussorem ei posuit landolfum filium quondam landonis comitis. Et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes defendere ipsi urso dum vixerit integram suprascriptam traditionem qualiter prelegitur ab omnibus hominibus et partibus. Et si, sicut superius scriptum est, ipse petrus et eius heredes ipsi urso non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsi urso trecentos aurei solidos constantinos. verumtamen hoc memorari facio quem ipse petrus simul cum medio suprascripto movile tradidit ipsi urso integram medietatem de octo capita porcium ipsius monasterii. Et integram medietatem de portione predicto monasterio de sex aliis porcibus quas ei de monasterio dati sunt in societate ad habendum illud ipse ursus et regendum et faciendum sicut et ipso alio movile. Et ipsum lavorem quod ex ipso pretio

predicti quattuordecim saumas vini ut suprascriptum factum fuerit sit de toto suprascripto monasterio per iamdictam guadiam et obligationis penam; quod superius inter virgulos scriptum est legatur sebastiani, et illud quod disturbatum est in uno legitur arbustis. Et in alio vallone et in altera quinquaginta. Et taliter te ademarium notarium scribere iussi.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

✝ Ego qui supra Rottelgrimus Comes et iudex.

MCCCXLVI

A. D. 1063

✝ In nomine domini vicesimo primo (1) hanno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense martius, prima indictione. ego iohannes filius quondam lamberti de locum balnearia, de sicut michi congruum est vona etenim mea voluntate per anch cartam ante idoneis ominibus, qui subter scripti sunt venumdedit adque ad semper abendum confirmo tibi sesamus filius quondam dumnelli de eodem loco balnearia una pecia de terra mea cum arbustis vitatis quod ego abeo in iamdicto locum ubi proprio a lu puteum dicitur, que est terra ipsa per ec finis et mensuriis; a pars septemptrionis fine de consortibus nostris, inde sunt passi decem et octo, et uno gubito: a pars occidentis fine episcopio, et inde abet passi duodecim; rebolbente per ipsa eadem fine episcopio in pars septemtrionis, inde sunt passi undecim; a pars occidentis, sicut limite discernit per finem de consortibus nostris inde abet passos nobem: a pars meridie fine raidolfi presbitero et abbatis germano tuo, inde sunt passi duodecim, revolbentem in pars orientis, et inde fine de ipso raidolfo germano tuo, inde sunt passi sex. Iterum rebolbentem in pars meridie similiter per ipsa fine de iamdicto germano tuo, et inde sunt passi decem et octo. ab oriente, sicut inde limite discernit per fine de consortibus nostris usque ad priora fine inde abet passos decem et septem totum autem ad iusto passu ominis. ec vero rebus per iamdicta finis et mensurie cum omnia intra que eam sunt et cuntisque earum pertinentiis et cum bice de via sua totum et inclitum illut tibi qui supra sesami venumdedit, unde nullam michi aut quarta uxoris mee vel in quabis partibus nihil inde rexstitit, aut dicimus remanere

(1) *Lege* vicesimo secundo.

sortione, set sicut diximus totum et integrum illut tibi iamdicto sesami venumdedit ad faciendum inde tu et tuos eredes omnia quod volueritis sine omni contrarietate mea et de ipsa uxor mea vel de meis eredibus aut cuiquam ominibus. unde pro confirmanda et stabiliscenda anc mea binditione a presentis suscepimus a te iamdicto sesami auri tari boni per numerum decem in omnis deliberatione, sicut inter nobis convenit. finitoque vero pretium ipsum aput nos ea ratione. de qua ego iamdictus ioannes vona mea voluntate guadiam tibi qui supra sesami dedit et fideiuxorem tibi posuit meipsum, et per ipsam guadiam obligo me et meis eredibus semper defenderet illut tibi tuique eredibus tota et integra suprascripta mea vinditione a pars ipsius uxoris mea et da omnes omines omnique partibus cui per me, aut per ipsa uxor mea vel exinde datum aut obligatum esset paruerit, aut qui pro nostris partibus quascumque causationes inde vobis emiserimus nos vobis vestrisque eredibus defensemus de alii vero ominibus et partibus per nos ipsis inde siatis auctores et defensores cum ista cartula et qualis muniminibus et rationibus quas inde ostenderitis et finem facere, sicut vultis. Quod si omnia, ut superius scriptum est, per supradicto ordine illut tibi tuique eredibus non adimpleberimus vel aliquid inde eos vobis tollere aut contrare quesierimus quomodocumque aut pro quabis rationibus, Ideo per supradicta guadia obligo me et meis eredibus ad componendum tibi sesami vel ad tuis eredibus et cui cartula ista pro nostra parte in manu paruerit, viginta hauri solidos constantinos. et omnia tibi tuique eredibus adimpleamus, sicut superius scriptum est. et taliter scribere rogavimus te iohannes notarius: actum mitiliano.

† Ego romoaldus.

† Ego ademarius.

A tergo huius instrumenti legitur: A septemptrione fine de consortibus nostris passi XVIII et gubito: ab occidente fine episcopio passi XII: revolbente per ipsa fine episcopio in pars septemptrionis passi XI; a pars occidentis, sicut limite discernit per fine de consortibus nostris passi VIIII; a pars meridie fine tua passi XII, revolbente in pars orientis similiter fine tua passi sex, intra rebolbente in pars meridie per ipsa fine tua passi XVIII: ab oriente sicut limite discernit per fine de consortibus nostris passi XVII.

MCCCXLVII

A. D. 1063

✝ In nomine domini dei salvatoris ihesu christi, temporibus domni iohannis gloriosi ducis et imperialis patricii, anticipati atque vestis, et domini sergii gloriosi ducis filii eius, anno undecimo post eorum recuperationem, medio mense martio, indictione prima Amalfi. Certum est me anna filia iohannis de leone de gutto de iohanne de domna blacta, presenti die pruntissima voluntate venumdedimus et contradidimus vobis domno pantaleoni vero germano nostro filio suprascripti domni iohannis genitori nostri Idest plenarium et integrum ipsum pastinum nostrum quod abemus in citara positum qui dicitur de andrea cum ipsa medietate nostra de ipsa silva que est in capud de ipso pede pastino cum via sua et omnia sua pertinentia; Unde nichil nobis remansit aut aliquid vobis exinde exceptavimus quod nobis obbenit in donationem a domna boccia domini gratia abbatissa vera germana mea per bonum servitium quod ad eam exinde factum habuimus et illud obbenit ex comparatione a domna marenda vera germana nostra, et ipsam carta venditionis quod exinde habuit suprascripta abbatissa dedimus vobis eam, ut sic eos habere et possidere debeatis, quomodo et qualiter continet ipsa suprascripta chartula; Unde accepimus a vobis exinde plenariam nostram sanationem, idest auri solidos septem ana tari quattuor per solidos sicut inter nos combenit in omnem deliberationem, et in omnem decisionem, Ut a nunc die presenti et in perpetuis temporibus in vestra et de vestris heredibus sit potestatem habendi, fruendi, possidendi, vindendi, donandi vestrisque heredibus, dimittendi semper liberam habeatis potestatem, sine omni nostra et de nostris heredibus contrarietatem vel requisitionem in perpetuum. Insuper antestare et defensare vobis eos debeamus ab omnibus hominibus; quod si minime vobis exinde fecerimus duplo pretio vobis componere promittimus, et hec charta sit firma in perpetuum.

✝ Ego gregorius filius leonis de sergio testis sum.

✝ Leo profundus testis est.

✝ Ego mauronus imperialis protospatarius testis sum.

✝ Ego iohannes scriba filius sergi scripsi.

MCCCXLVIII

A. D. 1063

✝ In nomine domini vicesimo secundo anno principatus domni nostri Gisulfi gloriosi principis, mense aprili, prima indictione. Ante me petrum iudicem petrus atrianensis cognomento granita filius quondam iohannis et blacta uxor eius filia quondam sergii coniuncti sunt cum Iohanne notario genero eorum filio aldemarii. et ipsi petrus et blacta ostenderunt scripta ita continente. Nos petrus atrianensis qui vocor granita filius quondam iohannis et blacta filia quondam sergii vir et uxor divisimus res quas communes habemus cum tanda filia nostra, que est uxor iohannis notarii filii aldemarii foris hanc civitatem in locis transboneia et pasciano et per fines et vocabula et pertinentia ipsorum locorum, et fecimus ex eis duas sortiones: prima sors fecimus esse integras terras cum vineis et vacuo de predicto loco transboneia ubi proprie tegora dicitur, quam ad laborandum retinet petrus qui dicitur storzonaru et iohannes qui vocatur surrentinus cognatus eius, et adiunximus in ista sorte tota terra cum vinea de eodem loco, ubi nucitum dicitur, et integram terram cum castaneto que coniuncta est cum predicta vinea, ubi nucitum dicitur, et integram terram cum castaneto et vacuo de ipso loco, ubi nucitum dicitur suptus et coniuncta cum suprascripta vinea de quanto ibidem et coniuncta nobis et ipsi filie nostre pertinet, Et integras omnes res quas nobis et eidem filie nostre pertinet in suprascripto loco pasciano et per fines et vocabula et pertinentias ipsius loci. de toto isto fecimus esse prima sors cum vice de viis suis. Secunda sors fecimus esse integram terram cum vinea et vacuo, ubi dicitur traberse, in quam camera fabricatam habemus de quanto ibidem et coniuncta nobis et ipsi filie nostre pertinet. et adiunximus in istam sortem totam terram cum vinea et vacuo que dicitur dalle plagare de quanto nobis et eidem filie nostre ibidem et coniuncta pertinet. et totam terram cum vinea et vacuo de eodem loco. ubi fabale dicitur de quanto nobis et predicte filie nostre ibidem et coniuncta habere pertinet. Et integram terram cum insiteto et vacuo, ubi formosi dicitur, et totam terram cum silva de castaneis, que dicitur veterale de quanto nobis et prefate filie nostre ibidem et coniuncta habere pertinet. et integram terram cum castaneto et vacuo, ubi vitamineam dicitur. et totum et integrum quantum nobis et ipsi filie nostre pertinuit et pertinet in terris et isclis que sunt prope et coniuncte cum fluvio boneia et flubio veteri. et quantum nobis et ipsi filie nostre pertinuit et pertinet in suprascriptis fluviis. de toto isto fecimus esse secundam sortem cum vice de viis suis. Cum autem ipsa scripta fuerunt ostensa, sicut inter eos convenit, prius ipse iohannes notarius pro parte ipsius

uxoris sue compreensit ipsam secundam sortem, qualiter superius facta est cum omnibus que intra eam sunt cunctisque suis pertinentiis et cum vice de viis suis. Ea ratione ut semper sit in potestate ipsius tande et heredum eius. et liceat illam et eius heredes de eo facere quod voluerint. Et ipsi petrus et blacta compreenserunt ipsam primam sortem, qualiter supra facta est, cum omnibus que intra eam sunt cunctisque suis pertinentiis et cum vice de viis suis. Ut semper sit in potestate ipsorum petri et blacte et heredum eorum et liceat illos et illorum heredes de ea facere quod voluerint. Tantum ipsa tanda et eius heredes dent ipsi blacte dum vixerit omni anno integram tertiam partem de omnibus frugiis quas ipsi tanda et illius heredibus hebenerit de illud quod ipse iohannes vir eius, ut dictum est, pro illius parte in sorte compreensit, intra suprascriptam sortem. et hoc convenit inter ipsos petrum, et blactam, et iohannem notarium, ut si aliquando tempore omnes res de suprascripto loco transboneia et per fines et vocabula ipsius loci quas ipsis petro et blacte obligate sunt vel ex eis alienature fuerint a domus earum per qualemcumque rationem, tunc ipsi vir et uxor et eorum heredes faciant scire ipsum iohannem notarium et eius heredes de eo, et si ipse iohannes et eius heredes veluerint emere medietatem de illo quod ex ipsis rebus alienaturum fuerit, tunc dent ipsis viro et uxori et eorum heredibus medietatem pretii quod iuste appretiatum fuerit; et illi et eorum heredes illud quod alienaturum fuerit emant, et integra medietas ex eo per firmam cartulam venditionis a puplico scriba scripta, in qua iudex subscribatur cum guadia et ydoneo fideiussore et pena obligationis, sicut lex et consuetudo istius est civitatis ipsi iohanni, et eius heredibus vendant, sicut omni tempore ipse iohannes et eius heredes illud securiter habere valeant, defensatum semper ab omnibus hominibus per ipsos petrum et blactam et per eorum heredes, et nullo tempore ipsi vir et uxor et illorum heredes dent solutionem quocumque modo alienandi ipsas res quas ipsis petro et blacte ut dictum est obligati sunt, vel ex eis: preter si ipse iohannes et eius heredes illud, ut dictum est emere noluerint. et per convenientia ipsi petrus et blacta guadiam ipsi iohanni notario pro parte sua et ipsius uxori sue dederunt et fideiussorem ei pro sua et illius parte posuerunt stephanum atrianensem qui cognominatur pilusinu filium quondam sergii; et per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes semper defendere ipsi tande et eius heredibus integram ipsam sortem, quam ipse iohannes, ut suprascriptum est, pro illius parte compreensit ab omnibus hominibus, et tribuerunt licentiam ut quando illa et eius heredes voluerint potestatem habeant illam per se defendere, qualiter voluerint cum omnibus moniminibus et rationibus quas de ea ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsi petrus et blacta et illorum heredes ipsis iohanni et tande et illorum heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere pre-

sumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere ipsis iohanni et tande et illorum heredibus centum auri solidos constantinos, et sicut superius scriptum est adimplere. Et ne noceat illud quod meum nomen in anc cartulam describendus sum, quia in suprascriptis locis transboneia, ubi traberse dicitur, et pasciano michi res habere pertinet et de albeo ipsorum fluminum michi pertinet. quod autem superius inter virgulas scriptum est, in uno loco legitur: de eo, et in alio quod alienaturum fuerit. suprascripta fecit ipse iohannes per absolutione suprascripti aldemarii genitoris sui. et ipsi vir et uxor suprascripta fecerunt secundum legem et consuetudinem romanorum. et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

MCCCXLIX

A. D. 1063

✝ In nomine domini vicesimo secundo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense aprelis, prima indictione. Ante me petrum iudicem venerunt mulier quedam nomine grusa maior viginti quinque annorum filia quondam iohannis, relicta quondam sergii atrianensis, qui cognominatus est bracza auria, et tres pupilli, nomina eorum iohannes, et gemma et maria filii ipsorum sergii et gruse maiores septem annorum, attamen infra quattuordecim annos, quorum tutela ipsa grusa, genitrix eorum legitime administrat romane legis viventes. Et ipsi pupilli proclamavant se fame et nuditate mori propter nefandam gentem normannorum, qui intra provinciam depredaverunt, et non haberent ipsi pupilli res moviles tam animalia quam his que anima carent, de quibus se de ipsis fame et nuditate possent eripere, nisi solummodo venumdare ex eis, que solo continentur. Quo audito, interrogavi eos quot de ipsis vendere vellent; at ipsi pupilli et iamdicta mater eorum dixerunt se velle vendere tota terra cum arbusto et insitetum uno tenientem quam sivi clarificaverunt pertinere foris hanc salernitanam civitatem in loco transboneia, de qua ostenderunt una cartula, que continebat: In nomine domini nono anno principatus domni nostri guaimarii, et primo anno principatus domne gaitelgrime matri eius gloriosis principibus, mense iunius, decima indictione. Ideoque ego leo filius

roderici clarefacio habere rebus in locum transboneia mitilianensis finibus, quod michi pertinet per successionem meorum parentum, etiam et aliam preteritis temporibus per firmum brebem illud divisum habemus cum roderisi et alferii germanis meis; et congruum est michi exinde vindere una clusuria de terra cum vinea et arbusto, et insitetum uno teniente per has fines et mensuras: A parte orientis finis via, sunt inde passi quinquaginta duo: A septemtrione finis ipsa via, que inde rebolvit, abet inde passos triginta duo; et ibique da inde revolvente ipsa via paucum, hoc sunt passi quattuor usque unum terminum, Et ab ipso termine saliente in pars occidentis passi viginti nobem: A parte occidentis sunt inde passi septuaginta unum: A parte meridie habet passos triginta quattuor et medium, totum ad iusto passu hominis mensurati. Interea ego iamdictus leo, sicut michi congruum est, mea bona boluntatem, ante presentiam raiemprandi iudici, per hanc cartam venumdedimus vobis gemma filia quondam ciciri, que fuit uxor leoni atrianensi, qui cognominavit bracza auria, et iohanni, et ursi, et sergi, qui sitis mater et filii ipsa clusuria de terra cum vinea, et arbusto, et insitetum uno teniente per iamdictas fines et mensuras cum omnia intro se habentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de ipse vie. Ad securiter et firmiter amodo et semper vos predicta mater et filii et vestris heredibus illud avendum, dominandum, possidendum omnia exinde faciendum quod volueritis. Et pro confirmandam et staviliscendam hanc nostram vinditionem, a presenti recepimus inde a vos statutum pretium, hi sunt auri solidos tari viginti sex ana quattuor auri tari boni per solidum, sicut inter nos combenit, in omnis deliveratione. Finitoque pretium ipsum aput nos, ea ratione per combenientiam ego iamdictus leo vinditor guadiam vobis nominate emptori gemma et iohanni et ursi et sergii qui sitis mater et filii dedimus, et mediatorem vobis posuimus raccu filium quondam sassi et iohannes filius ursi, qui cognominatur piczulatu; et per ipsa guadia obligo me et meos filios et heredes amodo et semper defensandum vobis vestrisque heredibus perequaliter inter vos tota et inclita supradicta nostra vinditione, qualiter superius diximus, a pars uxori mee, et ab omnibus hominibus omnique partibus; etiam et venumdedimus vobis nominati pater et filii vicem et pertinentiam habentes in silvis nostris de ipso locum ad taglandum inde iuxta ratione omni tempore ligna pro palos, et clusamen ad ipsa curte et pro incendere ad focum iusta rationem cortesanum vestrum quam in ipsa curte ad residendum posueritis. Tantum castanee virdes non inde abscidatis nec vos nec cortesanum vestrum, et ista vice de ipse silvis nostris, qualiter prediximus, defensemus; similiter vobis exdicta mater et filii et ad vestris heredibus semper a parte uxori mee; et da omnes homines, et quando per vos ipsis volueritis inde esse auctores vice nostra licentiam et potestatem habeatis, qualiter volueritis cum omni monimine et ratione quam inde habere potueritis; nam quando vos inde quesieritis

habere autores, ego autem et meis heredibus illud vobis vestrisque heredibus nominata mater et filii semper defensemus, et omnia vobis adimpleamus, quantum et quomodo superius legitur, per iamdicta guadia et obligata pena: quod si taliter omnia suprascripta ego et meis heredibus vobis nominata mater et filii et ad vestris heredibus non adimpleverimus, et quesierimus aliquit inde removere aut contrare, seu retornare, vel si quodcumque causationes vobis exinde emiserimus, aut preposuerimus, ante omnia questio et causatio nostra et de nostris heredibus adversus vos et vestris heredibus sit exinde tacita et vacua per iamdicta guadia componere obligo me ego predictus leo vinditor et meis filiis et heredibus vobis predicta gemma, iohanni et ursi et sergii, mater et filii, quam et ad vestris filiis et heredibus quinquaginta auri solidos constantinos; et omnia suprascripta et quemadmodum superius legitur, vobis adimpleamus. Tantum hoc stetit ut tu nominata mulier nomine gemma ipsa sortione aut de ipsa rebus per supradictas fines et mensuras abeatis solummodo diebus vite vestre ad frudiandum et de ipso frudium faciendum quod volueritis. Et post hovitum tuum ipsa sortione tua integra de ipsa rebus quod est quarta pars trasactive perbeniat ad potestatem de toti ipsi filii vestri et de illorum heredes per equaliter inter se faciendum omnia quod volueritis. Etiam stetit inter nobis ut omnis umum quod de ipsa rebus hoc anno exierit, medietatem tollatis illud vos et vestris heredibus, et medietatem ego vel meis heredibus, pro qua nos illud lavoravimus, et tollamus nos inde hoc anno omnes laures quod ibi seminatum habemus, et liceat nos inde excudere ipsa casella minore quod inde intus ipsa curte habemus, et una tractora nostra, et portare illud ubi voluerimus, absque omni vestra mater et filii vel de vestris heredibus contrarietate vel requisitione. Et ut cartula ista in aliis modis non fiat transmutata, due cartule per uno tinore inde scribere rogavimus, ista quod vobis nominati mater et filii emisimus ad tuendum, et aliud tale nobis inde retinemus. et taliter scribere rogavimus te mirandus notarius, actum salerni. Verumtamen hoc memoramus ut via que per ipsa rebus andare debet ipse roderisi germanus meus et suos heredes omni tempore per ipsa divisionem, que utrumque inter nos factam habemus non illam eorum contretis aliquando, set abeat ipsa via ipse roderisi et suos heredes, sicut ipsa divisione continet. Et taliter subiungere rogavimus te predictus mirandus notarius. Ego qui supra raiemprandus iudex. Ego iohannes notarius me subscripsi. Cum autem ipsa cartula ostensa fuit et lecta, ipsa grusa et predicti pupilli clarificaverunt sivi pertinere tota et integra suprascripta terra cum vinea et arbusto et insiteto per suprascriptas fines et mensuras. Et ex ea uno quoque eorum dixerunt pertinere quartam partem. Et quum institutione romane legis quod divus iustinianus instituit preceptum est, ut in venditione pupilli auctoritas tutoris necessaria esse, ideo ipsi pupilli suprascriptas tres partes quas eis de suprascripta terra habere pertinentes cum

auctoritate ipsius gruse genitrix ac tutricem illorum vendere volevant, et ipsa grusa et predicti pupilli; tamen ipsi pupilli cum auctoritate ipsius tutricis eorum per hanc cartulam venumdederunt iohanni atrianensi filio quondam mastali, qui cognominatus est spiczacanzone, integram suprascriptam terram cum vinea et arbusto et insitetum per suprascriptas fines et mensurias, iusto passu hominis mensuratas, et integram ipsam vicem et pertinentiam de predictis silvis de eodem loco que et qualiter ipsi mater et filiis gemme et iohanni et ursi et sergii per suprascripta cartula venumdatum fuit, sicut in ipsa cartula legitur, eo quod ipsi Iohannes et ursus intestati absquè liveris defuncti fuerunt ipse sergius germanus eorum genitor ac virum ipsorum gruse et iohanni et gemme et marie eis in omnibus rebus eorum heres existit cum omnibus intro illud habentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de ipsis viis et cum suprascripta cartula. Ea ratione ut integra suprascripta venditio, qualiter prelegitur, sit semper in potestate ipsorum iohannis filii suprascripti mastali et heredum eius. Et liceat illum et eius heredes ex ea facere quod voluerint. Et propter confirmationem huius venditionis ipsa grusa et predicti pupilli susceperunt ab ipso iohanne filio mastali statutum pretium auri solidos sexaginta, quorum quisque habebat auri tareni quattuor in omni deliveratione. Et ipsa grusa et predicti pupilli tamen ipsi pupilli cum auctoritate suprascripte gruse tutricis eorum guadiam ipsi iohanni filii mastali dederunt et fideiussorem ei posuerunt sergium, qui cognominatur manganaru, filium quondam petri atrianensis. Et per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes semper defendere ipsi iohanni filii mastali et eius heredibus integram suprascriptam terram cum vinea et arbusto et insiteto per suprascriptas fines et mensuras cum omnibus que intro eam sunt cunctisque suis pertinentiis et cum vice de ipsis viis ab omnibus hominibus; sic tamen, ut quando ipse iohannes filius mastali et eius heredes ipsos mater et filii et eorum heredes defensores de suprascripta venditione habere quesierint, per omnes vices ille et eius heredes dent eis et eorum heredibus suprascriptam cartulam iusta ratione salbam abendam diebus sexaginta, et tunc illis et eorum heredes per omnes vices integrum illud, sicut suprascriptum est, ipsi iohanni filio mastali et illius heredibus defendant. Et post completos ipsos dies per omnes vices cartulam ipsam salbam, qualem eis data fuerit, ipsi iohanni filio mastali et illius heredibus retdant, Et ipsam vicem et pertinentia de ipsis silbis quam eidem iohanni, sicut suprascriptum est, venumdederunt semper ipsi grusa et predicti pupilli et eorum heredes illud ipsi iohanni filio mastali et illius heredibus defendant ab omnibus hominibus, quibus per ipsos iohannem et ursum patruos suos et per eorum heredes illud vel ex eo datum vel obligatum seu manifestatum aut quocumque modum alienatum paruerit. Et quibus pro eorum parte et dato et de eorum heredes quascumque causationes ex eo ipsi iohanni filio mastali et illius heredibus preposuerint. Et

tribuerunt ipsi iohanni filio mastali licentiam, ut quando ille et suos heredes voluerint potestatem habeant integram suprascriptam venditionem per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus, quas ex eo ostenderint. Verumtamen ut heredes ipsius roderisii omni tempore habeant ipsa via per suprascripta terra cum vinea et arbusto et insitetum quemadmodum suprascripta cartula continet. Et si, sicut superius scriptum est, ipsa grusa et predicti pupilli, iohannes scilicet et gemma et maria et eorum heredes ipsi iohanni filio mastali et illius heredibus non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere ipsi iohanni filio mastali et eorum heredibus centum auri solidos constantinos. Et sicut superius scriptum est adimplere. suprascripta fecerunt ipsi pupilli secundum legem et consuetudinem gentis romanorum et cum auctoritate ipsorum genitrici earum. Et ipsa grusa suprascripta fecit per semetipsam, eo quod illius etatis esse eam agnovi cui auctoris aut curatoris auxilium non indiget. quod autem superius disturvatum paruerit in uno loco legitur decima, et in alio suprascripta cartula. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

MCCCL

A. D. 1063

✝ In nomine domini domno constantino ducos dibina gratia imperatore augusto deo propitio . . . . mense magio prima indictione. Ideoque ego vir nomine iohanne grimaldi filius . . . . . coram presentia domno tedemari iudice et haliis vonis hominibus, qui hic supter conscripti sunt, clarefacio . . . . . pertinentem michi habeo una pecia de vinea da illa parte flubio perticata propinquo ipsa via que pergit ad cibitatem santi iohanne nocitane finibus, que michi est pertinente pro nostra communiter monimine, sicut ad ceteri haliis hominibus qui . . . . benimus ad habitare. Et qui . . . . per bona mea boluntate una cum sengarda uxore mea . . . . bendere congruum est et nostra congruitate exinde facere. Sic nobis congruum et abte bidetur, vonam etenim nostram boluntatem, coram presentia supradictis iudicis et aliisque suprascriptorum testium bindedimus illam tibi sellicto cebalupo filio benedicti ipsa iamdicta

vinea que superius diximus nobis esse pertinentem, que habet fine: De prima vero pars quod est a medio limite fine ipsa vinea de ipso seniore domno torestaino et nostra que fuerat ipse vinee polcari presbiteri, inde sunt ad passum iustum mensuratum hominis mediocris persona, qualiter in ipsa portam maiore consignatum, passi viginti et hocto: De secunda vero pars quod est a medio limite fine ipsa binea sadelberti iudicis fine rofrit, inde sunt passi triginta: De tertia vero pars quod est a medio limite fine ipsa binea de ipso iohanne filio gilio, inde sunt passi viginti nobem: De quarta vero pars quod est a medio limite fine ipsa vinea de iamdicto sadelberto iudice, inde sunt usque in priores fines passi triginta duo. Inter iste namque finis et mensures, ut superius cernitur et legitur, de finem in finem quantum infra claustrum et ipsa iamdicta vinea, unde nec nobis neque hab eredibus nostris, berum etiam neque ad nullum quempiam hominem ibi aliquit portio reserbabimus requirendi, Set qualiter edificiata est ipsa iamdicta vinea una cum mediis limitibus et cum biis et cum legitima trasita et exita sua cum bobe et carro et cum omnibus infra se habentes et cum suis omnibus pertinentiis vindedimus illut tibi sillicto entori nostro possidendum. De quo pro constabiliscendam atque confirmandam tibi hanc nostram benditionem manifesti sumus quod a presente recepimus a te nominato sellicto entori nostro duobus aurei solidos boni scifati per caput et decem et septem dinari, finitum vero dicimus aput nos receptum abere ipsum pretium, ea scilicet ratione, ut hamodo et semper eadem nostram benditionem integram sicut supra legitur abere et possidere baleatis, et faciatis exinde quod hamodo tibi nominato Sillicto entori nostro tuique heredibus placuerit, sine contrarietate nostra et de nostris heredibus requisitione. Unde guadiam tibi dedimus et mediatorem tibi posuimus Galiperto filio iohanne presbitero et primicerio, et obligamus nos et nostris heredibus vobis cuius nomine Sillicto entori nostro nostrisque heredibus, ut hanc nostram benditionem nos vobis ab omnibus hominibus ab omnique partibus antistare et defendere debeamus eam vobis per imbitis; quod si noluerimus aut si nos ipsos per qualiscumque modis vel ingenium illam vobis retornare aut remobere quesierimus, primis omnium questio et kausatio nostra inanis et tacita sint, et decem aurei solidos constantinos penam vobis vestrisque heredibus nos et nostris heredibus componere obligamus, et in antea taciti et contenti per imbitis maneamus in eadem guadia et per districtum ipsum nostrum mediatorem, qui se tribuimus vobis ad pinnerandum omnia sua pinnera legitima et inlegitima. tandium donec per imbitis adimpleamus vobis ea que superius diximus. Quem te adelferi notario hanc cartulam benditionis asscribere rogavimus qui et interfuit. Actum in civitate lucerie indictione feliciter.

† Ego tedemari iudice.

† Ego petro teste.

A tergo huius instrumenti legitur: ✝ de prima pars fine bia plubica passi XXVIII, de secunda fine ipsa binea riso filii madelfrit passi XXIIII; de tertia fine binea petro de cutuneo et ipsi bineali sancti nikolay passi XXVIII; de quarta fine vinea petro de cutuneo passi XXIIII tribus tari et duo . . . . . .

MCCCLI

A. D. 1063

✝ In nomine domini vicesimo secundo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense iunio, prima indictione. Ante me petrum iudicem Adelarius filius quondam romoaldi coniunctus est cum leone filio quondam constantini, qui dictus est cancellaru. Et ipse adelarius clarificavit sivi pertinere terram cum biscilietum foris hac civitate in plaio montis qui est ulter et a super fluvium per quod fluit acqua que dicitur boneia, ubi proprio ad traverse dicitur, quam dixerunt esse per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas. A parte orientis est finis via antiqua que ducit inter hanc et alteram terram pertinentem ipsius adelarii, et passi quadraginta quattuor. A parte septemtrionis est finis terra cum biscilietum ipsius leonis quam ei dudum ipse adelarius per firma cartula venumdedit, et mensurati qualiter ascendit passi sexaginta. A parte occidentis est finis ipsius adelarii, et passi decem. A parte meridiei finis similiter ipsius adelarii, et mensurati qualiter descendit passi alii sexaginta usque suprascriptam viam. Et sicut ipsi adelario congruum fuit bona sua boluntate per hanc cartulam per combenientiam venumdedit ipsi leonis integram suprascriptam terram cum biscilietum per suprascriptas fines et mensuras cum omnibus que intro eas sunt cunctisque suis pertinentiis et cum vice de ipsa via. Ea ratione ut integra suprascripta venditio, qualiter prelegitur, sit semper in potestate ipsius leonis et heredum eius, et liceat illum et eius heredes ex ea facere quod voluerint. Et propter confirmationem uius venditionis ipse adelarius suscepit ab ipso leone statutum pretium auri tarenos viginti et quinque in omni deliveratione. Et per combenientiam ipse adelarius guadiam ipsi leonis dedit et fideiussorem ei posuit landolfum filium quondam marii. et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi leonis et illius heredibus integram suprascriptam venditionem ab omnibus hominibus: Et ipse Adelarius tribuit ei licentiam, ut quando ipse leo et suos heredes voluerint, potestatem habeant suprascriptam ven-

ditionem per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas ex eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse adelarius et suos heredes ipsi leonis et illius heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsi leonis et illius heredibus triginta auri solidos constantinos. et sicut superius scriptum est adimplere. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCLII

A. D. 1063

† In nomine domini vicesimo secundo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense iunio, prima indictione. Dum coram presentia domni leonis reverentissimi abbatis monasterii sancte et individue trinitatis quod conditum est foris hanc salernitanam civitatem in loco metiliano essem ego petrus iudex, Iohannes atrianensis filius quondam ursi et tanda uxor eius filia quondam mauri amalfitani de pantaleone de mauro de comite pantaleone ostenderunt sex cartulas, ex quibus prima scripta per ademarium notarium, nono decimo anno principatus domni guaimari filii domni guaimari principis, mense aprelis, quinta indictione, in qua subscripti sunt truppoaldus et iohannes notarii. Secunda scripta per arechisium notarium, vicesimo tertio anno principatus domni guaimari, mense ianuario, decima indictione, Et in ea ademarius notarius et iaquintus subscripti sunt. Tertia scripta per petrum notarium, vicesimo tertio anno principatus domni guaimarii, et tertio anno principatus eius capue et ducatus illius amalfis, et secundo anno ducatus eius sirrenti, mense iulio, nona indictione, In qua grimoalt comes et iudex subscriptus est. Quarta scripta per madelmum notarium, vicesimo quarto anno principatus salerni domni guaimarii, et quarto anno principatus eius capue, et tertio anno ducatus illius amalfi et sirrenti, mense martius, decima indictione, et in ea suprascriptus petrus iudex. Quinta scripta per dauferium notarium, vicesimo quinto anno principatus salerni domni guaimarii, et quinto anno principatus eius capue, et quarto anno ducatus eius amalfi et sirrenti, et secundo anno principatus et ducatus suprascripti domni nostri gisulfi eius filii, quam et primo anno ducatus eorum apulea et calabria, mense aprilis, undecima indictione, et in ea ademarius iudex sub-

scriptus est. Sexta scripta per petrum notarium, tricesimo secundo anno principatus suprascripti domni guaimarii, et undecimo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, et octabo anno principatus et ipsorum ducatus ipsius domni nostri gisulfi eximi principis et ducis filii eius, mense decembri, tertia indictione. Qualiter ante amatum iudicem ademarius filius quondam madelmi et iaquintus germanus eius manifestaberant ipsi iohanni atrianensi filii suprascripti ursi de rebus sua de loco vetranto finibus mitilianensis, que erat per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas. A parte septemtrionis finis rebus ecclesie sancte marie de ipso loco, qualiter rectum pergebat a via caba que erat in parte orientis, et usque via caba que erat in parte occidentis, sicut aliquantum carbonarium et sepe discernebant. A parte occidentis finis ipsa via caba et exiens de ipsa caba et abiens secus via iuxta ipsam rem predictam iohannis, passi centum viginti; et ibidem terminem fixerant. Et ab ipso termine abiens in partem meridiem erga ipsam viam iuxta ipsam rem passi septuaginta usque ad finem heredum gutti, quod nunc sibi ipsi vir et uxor dixerunt pertinere, et ibidem terminem fixerant. A parte meridiei iuxta ipsam finem passi septuaginta. A parte orientis finis suprascripta via, et passi quadraginta sex et cubitum . . . . . . terminem fixerant . . . . . ipsam . . . . per ipsam viam cabam in parte septemtrionis usque suprascriptam rem predicte ecclesie, in qua terminem fixerant, passi centum viginti quattuor minus cubitum. Et ab ipso termine quo fixus erat iuxta ipsam viam ubi compleverant ipsi quadraginta sex passos et cubitum, abiens per ipsam rem ipsius iohannis recte in parte occidentis usque ipso termine qui fixus erat· in capite de ipsis centum viginti passi, erant inde passi quinquaginta octo et palmos tres, cum vice de ipsis viis, ut ipsi iohanni esset pertinentes. Et nec ipsi ademarius et iaquintus, nec illorum heredes cum ipso iohanne, nec cum eius heredibus exinde causare aut contendere posse per nullam rationem, sicut ipsa cartula continent, in qua ipse amatus iudex subscriptus est. Et cum fuerunt ostense ipsi iohannis et tanda, inspirante rerum omnium factore et gubernatore deo, pro animabus illorum et illorum delictis delendum, per hanc cartulam optulerunt deo et in prefato monasterio integram suprascriptam rem per suprascriptas fines et mensuras cum omnibus que intra eam sunt cunctisque suis pertinentiis et cum vice de ipsis viis et cum suprascriptis cartulis. Ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius domni abbatis et successorum eius et partibus suprascripti monasterii; et liceat ipsum domnum abbatem et successores eius et pars ipsius monasterii de ea facere quod voluerint. Sic tamen ut non illam quoquo tempore de ipso monasterio subtraatur, sed semper integram eam in eodem monasterio, sicut suprascriptum est, permaneat. Et ob hoc

convenit inter ipsos domnum abbatem et iohannem et tandam, ut cum potuerint, ipsi iohannis et tanda dent ipsi domno abbati quadraginta auri tarenos bonos, et dent ei petras intra suprascriptam rem quas iuste sufficiant ad construendam ecclesiam quam nunc ipsum domnum abbatem construere obsecraberunt, et ipse domnus abbas tunc construere faciat intra suprascriptam rem ubi melius illi complacuerit a palmento fabricato qui ibi est in parte meridiei ecclesiam in onorem beatissimi leonis pape, qualiter ei melius visum fuerit, de ipsis petris. Et semper ipsa ecclesia sit in potestate ipsius domni abbatis et successorum eius et partibus ipsius monasterii sicut et suprascriptam rem. Et ipsi vir et uxor dum vivi fuerint retineant de suprascripta re quantum est nunc operatum in parte septentrionis, quomodo ascendit recte per medium ipsum palmentum ab ipsa occidentali via usque in ipsam viam orientalem, et illud apto tempore omni anno operare faciant bonum, ut quotidie meliore et non deteriore et suas utilitates sibi faciant iusta ratione. Et de omni frudio quod inde exierit faciant quod voluerint. Et per convenientiam ipsi vir et uxor dum idonei interessent homines, presente ipso domno abbate, guadiam dederunt iohanni monacho suprascripti monasterii pro parte eiusdem monasterium, et fideiussorem ei pro ipsius monasterii parte posuerunt sergium filium quondam landolfi cognomento curialis et cuiusdam pente sororis ipsius tande. Et per ipsam guadiam ipsi vir et uxor obligaverunt se et suos heredes semper defendere ipsi domno abbati et successoribus eius et partibus suprascripti monasterii integrum illud quod in ipso monasterio, sicut dictum est, optulerunt ab omnibus hominibus in suprascripta ratione. Sic tamen ut quando ipse domnus abbas et successores eius et pars suprascripti monasterii ipsos virum et uxorem et illorum heredes defensores de eo habere quesierint, dent eis suprascriptas cartulas iusta ratione salvas habendas diebus sexaginta; et per omnes vices illi et illorum heredes integrum illud ipsi domno abbati et successoribus eius et partibus suprascripti monasterii, sicut suprascriptum est, defendant. Et post completos ipsos dies per omnes vices cartulas ipsas salvas quales eis date fuerint illis, qui eas eis dederint reddant. Tantum non officiant cuiusque parti illud rursum quod in sex locis in suprascriptam cartam scriptam per ipsum arechisium notarium invenitur. Et tribuerunt licentiam, ut quando ipse domnus abbas et successores eius et pars iamdicti monasterii voluerint, potestatem habeant, illud quod in ipso monasterio ut dictum est optulerunt per se defendere, qualiter voluerint, Cum omnibus moniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Verumtamen ut si quoquo tempore suprascriptam rem de iamdicto monasterio subtracta paruerit potestatem habeant ipsi vir et uxor et eorum heredes illam abstraere de potestate illius qui eam retinuerit et rursus in eodem monasterio eam reducere in suprascriptam rationem, ut semper integram eam cum omnibus suis pertinentiis in iamdicto monasterio permaneat. Et si, sicut superius scri-

ptum est, ipsi vir et uxor et illorum heredes ipsi domno abbati et successoribus illius et partibus iamdicti monasterii non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes, comprenso ipsi domno abbati et successoribus eius et partibus suprascripti monasterii, quingentos auri solidi constantini. suprascripta vero fecerunt ipsi vir et uxor secundum legem et consuetudinem gentis eorum romanorum. Et duas cartulas unius tenoris, unam quam ipsi vir et uxor retineant scriptam per iohannem notarium, et hanc quam pars ipsius monasterii retinet, tibi iohanni notario scribere precepi.

✝ Ego iohannes qui supra notarius me subscripsi.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCCLIII

A. D. 1063

✝ In nomine domini anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi millesimo sexagesimo tertio, et vicesimo quinto anno principatus domni landolfi gloriosi principis . . . . domni paldolfi filius eius, mense iulio, prima indictione. Ideo que ego iohannes filius sparani eo quod intus civitate abellini ante nobiliorum subscriptorum testium declaro me pertinente abere rebus in loco scrofetam et ubi gualdo da sancta agnes dicitur, et ubi rendinina vocatur, et in aliis locis in finibus et pertinentiis de comuni de abellini, et casa spanita intus eodem civitate abellini pertinente illud michi da deusdedi filius andree, sicut in omnibus . . . . mea inde continet cartam, quod aput me firmata reteneor, et quod scripsit amatus archisubdiaconus et notarius. Modo vero congruum mihi est de omnibus ipsis rebus et casis meis, ut supradicimus, qualiter mihi est pertinente per ipsa cartam a pars deusdedit, taliter inde donare integram tertiam partem bernardi filio predicti deusdedit cum tertiam partem de ipsa carta per quam mihi pertinuit, et cum portione de ipsa alia . . . . qui inde est pertinente et continente: propterea ego qui supra iohannes ideo, sicut mihi congruum esse bidetur, bona etenim mea voluntate, et per anc cartam donabi tibi iamdicti bernardi integram tertiam partem de omnibus ipsis rebus et casis ut diximus cum portione de ipsas moniminas et cum tertiam partem de ipsa iamdicta carta, qualiter mihi fuit pertinente a predicto deusdedit genitore tuo, taliter inde

tibi bernardi donabi integram tertiam partem, Una cum inferius et superiusque cum viis et anditis suis cum aquis et cum homnibusque suis pertinentiis, Ad semper abendum et possedendum tu qui supra bernardus quam et tuos heredes faciendum inde omnia quodcumque volueritis, sine contradictione mea vel de meis heredibus aliqua requisitione. Unde pro cunta eadem mea donatione quibus prelegitur suscepi inde a te qui supra bernardus secundum lege launegilt mantellum unum que inter nobis convenit. Unde obligo me ego qui supra iohannes et meis obligo heredibus tibi iamdicti bernardi quam et ad tuis heredibus integra predicta mea donatione quibus prelegitur nos vobis illut antistare et defendere iusta lege da me et da heredes meos et da illis cui per nos datum paruerint et da illorum heredibus. da aliis vero ominibus vel partibus sciatis exinde per vos auctori et defensori cum ista carta et cum portione de supradicte carte et moniminas ut diximus, ut liceat exinde per vos causare et contendere, et per vos defensori essere, sicuti nos facere debuissemus, et securiter possedere, et omni convenientia vel difinitione quod inde feceritis, firmam et stabilem esse permanead, sine contradictione mea vel de meis eredibus aliqua requisitione. Quod si taliter ut dictum est ego et meos heredes tecum aut cum tuis heredibus inde vel exinde causare aut contendere quesierimus per qualiscumque modum, aut si oc retornare vel remobere quesierint sicut prelegitur, Ideo ante omnia sexaginta solidi aurei boni nos vobis componere obligamus, et cunta que superius legitur omni tempore complire illut nobis invitis per eadem obligata pena. Quod te amatus archisubdiaconus et notarius scribere rogabit in abellino.

✝ Ego marencus.

✝ Ego olmetancus iudex.

MCCCLIV

A. D. 1063

✝ In nomine domini vicesimo secundo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense iulio, prima indictione. Ante me petrum iudicem petrus filius quondam iohannis presbiteri coniunctum est cum vivo castaldo filius quondam petri. Et ipse petrus clarificavit sibi pertinere portionem de omnibus rebus que sunt foris hanc salernitanam civitatem intus ce-

taria, et falerzu, et carbonara, et septem arbori, et ferolitu, et sunt tote per has fines. A parte orientis est finis res pertinentes sancti cesarii et finis caputaque. A parte meridiei finis pede montis falerzu sicut valle discernit et descendit in fluvio cetarie, et prebaricante ipso fluvio et coniungente in valle maiore, Et per ipsa valle ascendente in toru de imbrici et recte ascendit in fluvio de carbonara. de super pars finis serra monzum, et qualiter vadit in priore fine. Et sicut ipsi petro congruum fuit bona eorum boluntate per convenientiam per hanc cartulam venumdedit ipsi vivo tota et integra ipsa portione sua quam ei in suprascriptis rebus per suprascriptas fines tam per parentum successione quam ex quocumque alio modo abere pertinuit. Ea ratione ut integra suprascripta venditio, qualiter prelegitur, sit semper in potestate ipsius vivi et heredum eius. Et liceat illum et eius heredes de ea facere quod voluerint. Et propter confirmationem huius venditionis ipse petrus suscepit ab ipso vivo statutum pretium auri tarenos quinque et confessus . . . . . . suscepisse ab ipso vivo tarenos bonos septem in omni deliberatione. Et per convenientiam ipse petrus guadiam ipsi vivo castaldo . . . . . . et fideiussorem ei posuit seipsum. et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi vivo et eius heredibus inter suprascriptam venditionem ab omnibus hominibus. Et tribuit ipsi vivo licentiam, ut quando ille et suos heredes voluerint, potestatem habeant suprascriptam venditionem per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus moniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse petrus et suos heredes ipsi vivo et eius heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsi vivo et illius heredibus viginti auri solidi constantinos, et, sicut superius scriptum est, adimplere. suprascripta fecit ipse petrus per absolutionem alderisu domni sui filii quondam guidonis castaldi. Verumtamen quem ipse petrus in suprascripta ratione vendidit ipsi vivo integram suprascriptam venditionem, qualiter prelegitur, cum omnibus que intra eam sunt cunctisque suis pertinentis et cum vice de viis suis per suprascriptam guadiam et penam obligationis. Et quod inter virgulos scriptum est legitur . . . . taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCLV

A. D. 1063

✝ In nomine domini vicesimo secundo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense septembri, secunda indictione. Dum coram presentia domni leonis, reverentissimi abbatis monasterii sancte et individue trinitatis, quod conditum est foris hanc salernitanam civitatem in loco metiliano essem ego petrus iudex et plures alios homines inter quos erat sergius filius quondam iohannis amalfitani de iaquinto de fumastro, qui ostendit sex cartulas, ex quibus prima scripta per petrum notarium, duodecimo anno principatus, domni guaimarii, mense aprelis, tertia decima indictione. Qualiter iohannes qui vocabatur giczulo, filius quondam iohannis giczuli, et mulier nomine gemma, filia quondam ursi, qui erat vir et uxor, et maio et petrus et iohannes et urso, filii ipsorum iohannis et gemme et senda uxor ipsius maionis et filii iohannis magistri venundederant mastalo et leoni germanis filius mansonis castaldi terram vacuam et silva per fines et mensuras. A parte occidentis finis via convenzara, et circa ea terminem fixerant, erant inde passi centum. A parte septentrionis finis sicut media sepe et terminem fixerant, et passi alii centum. A parte orientis que erat de pede, sicut terminem fixerant, inde passi alii centum. A parte meridiei, sicut termini fixerant, inde passi alii centum, totum mensuratum ad passum qui signatum est in columna marmorea sancti mathei de archiepiscopio salernitano cum omnibus infra se habentibus et suis pertinentiis, et cum vice de ipsa via ad securiter et firmiter semper ipsi germani et illorum heredes, et cui cartam ipsa in manu paruerit eos habendum, possidendum, dominandum et omnia inde faciendum quod vellent, sicut ipsa carta continet, in qua adenolfus et romoaldus et toto scriba palatii et romoaldus subscripti sunt. Secunda scripta per roderisium notarium septimo decimo anno principatus ipsius domni guaimarii, mense octubri, quarta indictione. declaraverat ipse manso castaldo, filio quondam constantini, pertinente sibi esse habere intus hanc salernitanam civitatem, plures terras et casas, et clarificaverat plures habere res per fines lucanie. Seu et palam fecerat quia per ipsam cartam ipsi mastalus et leo filii sui, quos ille genuerat in maria libera femina, suprascripta terra de ipso loco iobi comparaverant. postmodum vero ipse leo defunctus erat, eredem etenim ex se genitus mininime reliquerat legibus, etenim sortionem suam ad suam pervenerat potestatem. Et ideo ipse manso in sacro salernitano palatio ante ipsam gloriosam potestatem, ibique astante petrus iudex et ceteros nobiles, pruntissima sua voluntate, per ipsam cartam donaverat atque ad semper habendam confirmaverat ipsi mastalo, filio suo, terram suam cum

casa per fines et mensuras, sicut eadem carta continet; et donaverat eidem mastalo de predictis rebus suis, de finibus lucanie, in loco tirisino infra hec fines et mensuras. Incipiente a cilio de ripa maiore qui erat super mare et ascendente per medio vallone, erant etenim per ora de ipso vallone mensurati passi centum triginta sex; de superiore parte finis ipsius mansonis, et inde erant passos ducentos viginti unum. Alia quidem pars finis ipsius mansonis, et inde passi centum octaginta duo usque cilium de ipsa ripa qui erat super mare; de pede finis litore maris, erat inde per mensuriam mensurati recte super ipsas ripas maris usque medio predicto vallone, passos ducentos viginti unum. Rem ipsam infra predictas fines et mensuras, inclitam illam ipsi mastalo donaverat cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis et cum vice de via sua. Simulque et tradiderat atque confirmaverat ipsi mastalo inclitam ipsam rem quam ille cum predicto leone germano suo comparaverat in predicto loco iobi per ipsas fines et mensuras, sicut suprascripta prima carta continet, cum omnibus infra se habentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de via sua, et cum ipsa carta et cum omnibus moniminibus inde continentibus, adsecuriter et firmiter semper ipse mastalus et suos heredes ipsam terram cum casa et ipsam rem de tirisinu et rem ipsam de iobi totum et inclitum, quantum superius donaberat et tradiderat et confirmaverat ei, securo nomine illud habendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum volerent sine omni sua suorumque heredibus aut cuiquam hominibus contrarietatem vel requisitionem, sicut ipsa carta continet, in qua ipse petrus iudex et alfanus et truppoalt stolsaiz et comites subscripti sunt. Tertia et quarta et quinta scripta, per petrum ipsum notarium, vicesimo primo anno principatus suprascripti domni guaimarii, mense aprili, septima indictione. Et in una ex eis petrus comitis et ipsi romoaldus et romoaldus et in alia ex illis imetancus et roderisius et ipse romoaldus; et in altera illarum ipsi roderisius et romoaldus et roderisius notarius subscripti sunt. Sexta scripta per iohannem scribam temporibus domni iohannis ducis et imperialis patricii antipati et nesti, et domni sergii ducis filii eius, anno duodecimo post eorum recuperatione, die quinta decima mensis septembri, indictione secunda, amalfis: quomodo gemma et comitissa filie mauri cannabarii, quarum ipsa gemma est uxor ipsius sergii, per solidos quos ipse sergius dederat dotem, per ipsa comitissa tradiderant ipsi sergio integram ipsam terram de predicto loco iobi, que est cum vinea et vacuo per suprascriptas fines et mensuras, qualiter suprascripta prima carta continet, et integram ipsam rem de iamdicto loco tirisino per iamdictas fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas, sicut suprascripta secunda carta continet, cum omnibus intro habentibus, cunctisque earum pertinentiis, et cum vice de ipsa via et de aliis viis suis, et cum suprascriptis cartulis et aliis moniminibus inde continentibus ut semper essent in potestate ipsius sergii, et cui per eum datum paruerit, et

cui cartula ipsa que et scriptum nominatur in manu paruerit, ad faciendum ex eo quod volerent, sicut ipsa carta continere videtur, que a testibus sufficienter roborata est. Et cum suprascripte cartule fuerunt ostense, ipse sergius inspirante sibi rerum omnium factore et gubernatore deo, qui pro nobis mori non dedignatus est, ut nos a morte eterna liberaret, pro ipsius omnipotentis dei amore et remedio anime sue et sua delenda facinora, per hanc cartulam dedit atque optulit in suprascripto monasterio, totam et ipsam integram terram cum vinea et vacuo de suprascripto loco iobi per suprascriptas fines et mensuras, quemadmodum suprascripta prima carta continet. Et totam et integram ipsam rem de iamdicto loco tirisino per ipsas fines et mensuras, qualiter suprascripta secunda carta continet, cum omnibus que intra suprascriptas terram et res sunt, cunctisque earum pertinentiis et vice de ipsa via et de aliis viis suis, et cum totis suprascriptis cartulis. Ea ratione ut semper sint in potestate ipsius domni abbatis et successorum eius et partibus ipsius monasterii; et liceat illum et successores eius et partes suprascripti monasterii de eo facere quod voluerint. Et per convenientiam ipse sergius guadiam dedit iohanni presbitero et monacho pro parte suprascripti monasterii, et fideiussorem ei, presente ipso domno abbate pro ipsius monasteri parte, ei posuit seipsum. Et per ipsam guadiam ipse sergius obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi domno abbati et successoribus eius et partibus ipsius monasterii integrum illud quod in eodem monasterio, ut suprascriptum est, dedit et optulit ab omnibus hominibus. Sic tamen, ut quando ipse domnus abbas et successores eius, et pars ipsius monasterii ipsum sergium et eius heredes defensores de eo habere quesierint, dent eis suprascriptas cartulas iusta ratione salvas habendas diebus sexaginta. Et per omnes vices ille et eius heredes integrum illud quod in ipso monasterio, ut suprascriptum est, dedit et optulit ipsi domno abbati et successoribus illius et partibus ipsius monasterii sicut suprascriptum est defendant. Et post completos ipsos dies per omnes vices cartulas ipsas quales eis date fuerint ipsi domno abbati et successoribus illius et partibus ipsius monasterii reddant. Et tribuit licentiam, ut quando ipse domnus abbas et successores eius et pars ipsius monasterii voluerint, potestatem habeant illud per se defendere, qualiter voluerint cum omnibus moniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse sergius et suos heredes ipsi domno abbati et successoribus illius et partibus ipsius monasterii non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsi domno abbati et successoribus illius et partibus ipsius monasterii auri sexcentos solidi constantini. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCCLVI

A. D. 1063

✝ In nomine domini vicesimo secundo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense septembri, secunda indictione. Ante me romoaldum iudicem melus filius angeli abbatis et iohannes clericus filius quondam sergii atrianensis, et constantinus atrianensis filius quondam urlandi, et maurus atrianensis filius quondam iohannis calbarusi, et leo atrianensis, et grusa soror eius filii quondam constantini calbarusi, dum ibidem iohannes filius marini nunc monachus maritus ipsius gruse adesset, coniuncti sunt, et per ipsum melum ostensum est unum iudicatum, quod continebat. In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense februario, quartadecima indictione. In sacro salernitano palatio ante me romoaldum iudicem coniuncti sunt melus filius angeli abbatis et iohannes clericus filius quondam sergii atrianensis, et ostendit singula iudicata, ex quibus unum legere feci continentibus. In nomine domini, octabodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi pricipis, mense martio, duodecima indictione. Ante me iohannem iudicem melus filius angeli abbatis coniunctus est cum iohanne clerico filio quondam sergii atrianensis ad faciendum inter se finem de causationibus, quibus ipse melus cum ipso iohanne dudum ante me causaberat, ut ipse iohannes malo hordine introisset in res ipsius meli pertinentes foris hanc civitatem in locis pastorano et lirino, et per finem et vocavula et pertinentia ipsorum locorum, et foveas ibidem fecisset, et arbores et vites inde abscidisset, et sepes ex eis rupisset, et in eis misisset et frudium ex eis de rebus tulisset, et ipsas res eidem melo contrasset. ipse iohannes responderat in suprascriptis locis et per fines et vocavula et pertinentia ipsorum locorum plures res haberi, sed nescire de qualibus ipse melus cum eo causaret. ego autem sicut inter eos convenerat, iudicaberam et illos guadiare feceram, ut ad ipsas res pergerent cum iudice et notario, et ipse melus monstraret ipsi iohanni ipsas res de quibus superius cum eo causaberat et per partes plicarent se cum suis rationibus, et secundum legem inter se finem facerent ex eo quo ipse melus cum ipso iohanne, sicut suprascriptum est, causaberat. Postmodum vero mecum et cum notario ad ipsas res perrexerunt, et ipse melus mostravit ipsi iohanni ipsas res, de quibus, sicut dictum est, cum eo causavit. nunc vero, ut dictum est, ante me coniuncti sunt ad finem inter se de eo faciendum

et pro parte ostenderunt singula iudicata de suprascriptis causationibus, in quibus ego subscriptus sum, et ipse iohannes ostendit cartulas octo, et ipse melus cartulas septem ostendit, et per partem manifestaberat pluras cartas inter se ex hoc non ostenderent. Primum quidem legere feci ipsas cartas quas ipse iohannes ostendit: prima ex eis de quadragesimo tertio anno principatus domni gisolfi, et secundo anno principatus domne gemme uxoris eius et domni paldolfi optato filio eorum, mense martio, quarta indictione. iohannes filius roderissi et iohannes nepos eius filius petri, convenientiam fecerant cum constantino filio iaquinti de divisione quam illi cum ipso constantino et cum amato filio iohannis, de terra cum vinea et canneto et saliceto de loco pastorano factam habuerant, de qua ipse constantinus olim cum eis causaberat, ut plus illi tenerent de ipsa terra cum vinea quam ipse constantinus, et de termine qui ibi ficti fuerant, ipse constantinus contentionem eis prepositus fuerat, ut eos non esset quibus scriptionem divisionis ipsius continebit, unde ipsi iohannes et iohannes guadiam ei de iurando datam ei habuerant. postmodum vero ipse constantinus donaverat ei ipsum sacramentum, et confirmaberat eis ipsam divisionem quam de predicta terra cum vinea inter se factam habebat, et illi confirmaberat et ipsi constantino sortionem illius, et adiunxerant ei duos passos de latitudine, quos tulerant de sortione iohannis filii petri, et mensuraverant iamdictam sortionem predicti constantini simul cum ipsis duobus passus. Ab oriente finis ipsius filii petri, sicut terminum fixerant, passi viginti: A meridie passi nonaginta octo ab ipsi termini usque in fluvio lirino mensurati: A parte occidentis iusta ipsum fluvium passi duodecim: A septemtrione, sicut rivum abbium discernebat per cilium de ipsa ripa usque ipsi termiti, passi septuaginta habentes illud ipsi constantinus et amatus semper et eorum heredes. et illi confirmaberat ipsorum thio et nepos per fines et mensuras. de una parte ab ipsis terminis, sicut ibat per ipso abbio et revolberat et exiebat in caba via antica, que ibat ad pastoranum per ipsam finem, sicut revolbet passi octaginta sex: Ab oriente ab ipso abbio per ripam ipsius cabe passi triginta quattuor: A meridie ab ipsa ripa predicte cabe usque ad suprascriptas fines ipsorum costantini et amati, passi viginti septem. et per partem reserbaberat inter se habentes communiter viam iuxta ipso abbio a pars meridie per ipsas sortiones ingrediendo et regrediendo cum omnibus eorum congruitatibus illi et eorum heredes semper ab ipso abbio et usque in ipso fluvio lirino. et si de ipsis sortibus per legem perdidissent absque colludio illi inter se exinde restaurarent iusta ratione. Verumtamen ipsam viam reserbaberat communiter ab ipsa caba erga ipso abbio usque in ipsum fluvium lirinum. et ipsi amatus et iohannes et illorum heredes haberent licentiam per ipsam viam communiter andare cum suis congruitatibus, qualiter illi et eorum heredes, sicut ipsa carta continet,

que scripta est per grimoaldum notarium, in qua subscripti sunt guaiferius, rodelgrimus et iohannes. Secunda scripta per romoaldum notarium secundo anno principatus domni iohanni et domni . . . . petrus filius iohannis coniunctus fuerat cum amato presbitero ad tradendum inter se sortionem de terris cum vineis et vacuo ista pars ipso fluvio lirino et illa pars. et fecerant de illo ex illa parte ipso fluvio lirino quattuor pecias, unde ipse amatus compreensit in sortem exinde duas pecias, unam peciam compreendit in plano que de una parte coniunctam erat ad finem heredum mirandi molinam et de super finem sors quam . . . . . infra ipsam clusuriam compreensit in sortem, aliam peciam quam in vicariam dare debebat petro atrianensi filio iohannis. et ista pars ipso fluvio lirino in correlationem compreensit in sortem unam peciam de terra campense, que de due partis coniuncta erat ad suam portionem, et ab occidente ad finem de heredibus adelferi et ab oriente ad viam que ducebat ad rotam et trabersabat ipsam viam et coniungebat in ipso fluvio lirino, et ipse petrus compreendit unam peciam de terra . . . . istam partem, et coniungit ad ipsum fluvium lirinum, et ab occidente coniuncta erat ad supradictam viam. et illa pars ipso fluvio compreendit unam peciam de terra cum vinea vetusta et pomis que de pede coniuncta erat ad rivum de grancario, et desuper coniuncta erat ad finem de heredidus riccardi notario, et de due partes ad finem de heredibus iohannis consobrino fratri eorum, et alias duas pecias de terris cum vineis uno teniente que de una parte coniuncta erat ad via caba et . . . . de grancario. ab occidente ad illud quod ille in vicariam dare debebat supradicto petri nepoti suo, a meridie finis ipsius amati presbiteri et de germanis eius. ipsas sortes inter se fecerant et tradiderant, sicut ipsa carta continet, et in ea romualt et petrus et theodericus subscripti sunt. Tertia scripta per iohannem notarium, nono anno principatus supradicti domni iohanni, et quarto anno principatus domni guaimarii eius filii, mense martio, quinta indictione. Ipse petrus filius iohannis et sellecta uxor eius per ipsam cartam donaverat . . . . ad semper habendum confirmaberat boni filio fermusi unam peciam eorum de terra cum vinea in eodem loco pastorane per fines et mensuras mensurata ad passum qui signatus erat in columna marmorea sancti mathei de archiepiscopio salernitano: de duabus partibus finis de heredibus iohannis consubrino fratri sui, et de capite finis heredum riccardi notari, et de pede finis media aqua que dicebatur abbio. et erat per longitudinem passi quadraginta et per latitudinem passi tredecim cum omnibus intro se habentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de via sua, illud abendum et faciendum quod ipsi boni et illius heredibus placeret, sicut ipsa carta continet; in qua subscripti sunt petrus, theodericus, et iohannes. Quarta de septimo decimo anno principatus domni guaimarii filii domni guaimarii principis,

mense octuber, tertia indictione; qualiter ante grimoaldum comitem et iudicem venerat pastoranus presbiter filius petri, et secum adduxerat tres testimonia, simeon filius sergii, qui vocabatur frangitremesse, et muscatus filius ciceri, et petrus filius grifonis, et testificaberunt ut ibi fuissent quando iohannes filius ipsius boni venumdedisset ipsi pastorano presbitero peciam de terra cum vinea et arbusto in ipso loco pastorano coniuncto cum ipso rivo abbio per mensuras passi quadraginta, et de latitudine passos tredecim mensurati ad ipsum passum qui signatus erat in iamdicta columma marmorea ipsius ecclesie sancti mathei cum una carta que inde ipse iohannes ostendit, et alii ipsi testes testificaberant, sicut ipsa carta continet. unde ipse iudex illos interrogabat si sacramentum venerit inde dandum ausi ex hoc esse iurare; illi autem dixerant taliter illud per sacramentum firmarent, et ipsi testes guadiam ipsi postorano presbitero dederant, et mediatores ei posuerant seipsos ipsi muscatus et simeon, et ipse petrus filius grifo iohannem filium radoaldi, et per ipsam guadiam obligaverant se, ut si ex eo sacramento veniret dandum et scire illos fecisset ipse pastoranus presbiter plicarent se, et taliter illud per sacramentum firmarent, qualiter ipsi testes testificaberant veluti ipsa carta continet scripta per ademarium notarium in qua ipse grimoalt comes et iudex subscriptus est. Quinta qualiter ipse iohannes filius boni per ipsam cartam venundederat atque ad semper habendum confirmaberat ipsi pastorano presbitero integram ipsam peciam de terra cum vinea de predicto loco pastorano per fines et mensuras, qualiter ipsi petrus et sellecta vir et uxor eidem boni, sicut suprascripta tertia carta continet, donaberant, cum omnibus que intra eam erant, cunctisque eis pertinentiis et cum vice de via sua, et cum suprascripta tertia carta et cum omnibus que continebat, semper illud ipse pastoranus presbiter et eius heredes haberent, possiderent omnia exinde facerent quod vellent, qualiter ipsa carta continet, que scripta est per ademarium notarium septimo decimo anno principatus ipsius domni guaimarii filii domni guaimarii principis, mense nobember, tertia indictione, in qua subscriptus est ipse grimoalt comes et iudex. Sextam scriptam per petrum notarium vicesimo secundo anno principatus salerni predicti domni guaimarii, et secundo anno principatus eius capue, et primo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, mense martio, octaba indictione. Declaraberat ipse pastoranus presbiter quoniam ei pertinentem habet unam peciam de terra cum vinea et canneto et saliceto in ipso loco pastorano, quam ipsam quintam cartam ei confirmata fuerat per ipsum iohannem filium boni. et ipse pastoranus ostenderat munimina tres inde continente: una ex eis erat suprascripta quarta carta, altera vero erat suprascripta quinta carta, et alia erat ipsa tertia carta, de qua superius declarata esse videtur que, sicut dictum est, scripta est per ipsum iohannem notarium, et ex eis aliqua pars in

ipsa carta declarate erant. Cum autem ipse tres munimina, quam ipse pastoranus presbiter ostenderat, fuerant ostense per ipsam cartam venumdederat atque ad semper habendum confirmaberat ipsi iohanni clerico filio sergii atrianensis inclitam ipsam peciam de terra cum vinea per ipsas fines et mensuras, quas ipsi pastorano iamdictus iohannes filius boni venumdederat, sicut suprascripta quinta carta continet, et ipsas tres monimina et omnia que continebit cum omnibus intra se habentibus et suis pertinentiis, et cum vice de via sua semper illud ipse iohannes clericus et eius heredes haberent, dominarent, possiderent omnia exinde facerent quod vellent, sicut ipsa carta continet, in qua subscriptus est ademarius iudex. Septima tricesimo quarto anno principatus suprascripti domni guaimarii, et tertiodecimo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, et decimo anno principatuum et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis, et ducis filii eius, mense decembri, quinta indictione. Ante me siconem comitem et iudicem predictus iohannes clericus coniunctus erat cum iohanne filio petri capplainpira, et per ipsum iohannem clericum ostensa fuerat unam cartam de tricesimo secundo anno principatus suprascripti domni guaimarii, et undecimo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et octabo anno principatuum et ipsorum ducatuum suprascripti domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense nobembri, tertia indictione. et ipse iohannes filius petri obligaverat se et suos heredes, ut ubi illa carta firmatam haberet de rebus de loco pastorano que erant coniuncte cum rebus ipsius iohannis clerici a suprascripta gloriosa potestate presentialiter pergerent communiter ad ipsas res cum doctis hominibus deum timentibus, et quantum per eos ipsa res appretiata essent tantum exinde ipse iohannes clericus illi dare in eo ordine, sicut ipsa carta continet, que scripta erat per petrum notarium; et ipse iohannes filii petri per ipsam cartulam venumdederat ipsi iohanni clerici integras ipsas res, que erat per fines et mensuria iusto passu hominis mensurata: a parte orientis finis suprascripti iohannis clerici, et passi viginti sex: a parte meridie finis sicut terminatum erat, et passi undecim: a parte occidentis finis aliorum hominum, et passi viginti sex: a parte septentrionis finis media sepe passi sedecim. iamdicte res per suprascriptas fines et mensurias de predicto loco pastorano, sicut dictum fuerat, ipse iohannes filius petri venundederat ipsi iohanni clerici in eo ordine et ratione sicut ipsa carta continet, que scripta est per iohannem notarium, in qua subscriptus est ipse sico comes et iudex. Octaba continebat: in nomine domini Undecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense decembri, sexta indictione. Ante me siconem comitem et iudicem iohannes clericus filius quondam sergii coniunctus est cum mulier nomine mirabile, filia quondam nicolai calzolario relicta quondam iohannis qui dicebatur guarippola et cum iaquinto filio ipsorum iohanni et mirabilis. Et clarificaberunt ipsi mater et

filius ut eis pertineret terram cum arbusto vitatum ultra fluvio lirino, et alteram peciam de terra cum canneto ibidem in ipso loco, et dixerant ipsa terra cum arbustis vitatis esse per fines et mensuria iusto passu hominis mensuratis. A parte meridiei finem fluvium abium, mensurati recte iuxta ipsum fluvium, passi nobem et cubitum unum: A pars occidentis finis media sepe, mensurati ab intus iuxta ipsa sepe, passi decem et octo: A parte orientis finis ipsius iohanni clerici, et passi decem et nobem: A parte septemtrionis similiter finis ipsius iohanni clerici, et passi decem et medium, quam et dixerat ipsam peciam de terra cum canneto esse per fines et mensurias iusto passu hominis mensuratas: A parte occidentis finis suprascripti iohanni clerici et passi septem, et a meridie finem ipsum fluvium abbium, et passi quinque et medium: A parte orientis sunt passi quinque et cubitum: A parte septemtrionis . . . . et passi octo. hec autem predicte rebus per supradictas fines et mensurias cupiebant ipsi mater et filius venumdare ipsi iohanni clerico. et ipsa mirabile obserbans ea que in langobardorum regum edictum scriptum est, si qua mulier res suas vendere voluerit, non absconse, nisi in presentia principis aut iudicis, et ipsa mirabile in mea presentia unam secum habet duos parentes suos, et sic me rogavit quia suprascriptas res suas voleret vendere, et ipsi parentes suos in ipsa venditione manus posuerunt, et ipsa se venditricem fecit sic et ipse iaquintus filius et mundoalt eius ei consensit, ut hoc quod vendiderit stabile sit, et iohannes scriba cum notitia ipsorum parentum et mea hanc cartam scribere presumit. quo ita acta, sicut ipsi matri et filio congruum fuit, bona eorum voluntate, per hanc cartam venumdederunt ipsi iohanni clerico inclitam suprascriptam rem, que est terra cum arbustis et canneto per suprascriptas fines et mensuras cum omnibus intro eamdem venditionem habentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de via sua, usque ad cabam maiorem; ea scilicet ratione, ut semper ipse iohannes clericus et eius heredes securiter habeant ipsam venditionem, et faciant de eo quicquid voluerint. et pro parte confirmationis huius venditionis susceperunt ipsi mater et filius ab ipso iohanne clerico statutum pretium auri tareni viginti duo in omni deliveratione. et per convenientiam ipsi mater et filius guadiam suprascripto iohanni clerico dederunt et fideiussorem ei posuerunt seipsos placentes inter eos. et per ipsam guadiam obligaverunt se ipsi mirabile et iaquintus mater et filius et illorum heredes semper defendere suprascripto iohanni clerico et eius heredes integram suprascriptam venditionem ab omnibus hominibus et partibus; et licentiam tribuerunt ipsi iohanni clerico, ut quando ipse iohannes clericus et suos heredes voluerint, per se esse defensores de suprascripta venditione licentiam habeant qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsi mater et filius et illorum

heredes ipsi iohanni clerico et ad eius heredes non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se ipsi mater et filius et illorum heredes componere ipsius iohanni clerico et ad eius heredes quinquaginta auri solidos constantinos, Et sicut superius scriptum est adimplere, Et est ipsa terra cum arbustis et canneto in loco pastorano pertinente salerni: et superius ubi est disturbatum legitur et ipsa mirabile. Hec suprascripta fecit ipsa mirabile cum voluntate de ipso filio et mundoalt suo; et taliter tibi iohanni notario scribere precepi. Ego qui supra sico comes et iudex. Deinde feci legere ipsas cartas quas ipse melus ostendit: prima ex eis de vicesimo octabo anno principatus salerni domni guaimarii, et octabo anno principatus eius capue, et septimo anno ducatus illius amalfis et sirrenti, et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisolfi eius filii eximii principis et ducis, et quarto anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense aprili, quartadecima indictione; qualiter coniuncti fuerant urso filius leonis et ipse melus, et ipse ursus ostenderat unam cartam de vicesimo sexto anno principatus salerni ipsius domni guaimarii et sexto anno principatus eius capue, et quinto anno ducatus illius amalfis et sirrenti, et secundo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi, eius filii, eximii principis et ducis, et primo anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense ianuario, duodecima indictione. petrus atrianensis filius bibi declaraberat pertinere sibi res in loco lirino, que erant cum vinea et canneto, de quibus ipse filius bibi ostenderat unam cartam vicesimo nono anno principatus domni guaimarii, et tertio anno principatus domni iohanni, eius filii, mense ianuario, prima indictione. petrus archipresbiter filius potonis, et dauferius filius radelchisi et landelfenda filia unoale, uxor predicti dauferii donaberant ipsi bibo iamdictas res per finem, Ab orientes finis via, que pergebat ad pastorano; A meridie finis de heredibus friderisi et rodoaldi; Ab occidente finis ipso fluvio lirino. A septemtrione finis heredum constantini. infra suprascriptas fines, exceptu abet exinde quod ei non donaberat per fines et mensuras. Ab oriente finis suprascripta via, inde passi viginti sex: A meridie finis ipsorum petri et dauferii et landelfende inde passi quinquaginta, de supra parte passi quinquaginta: Ab occidente finis ipsorum petri et landelfende passi sedecim mensurati ad iustum passum, et ipse petrus filius bibi venumdederat ipsi urso suprascriptas res qualiter ipsius genitore suo donata fuerat cum omnibus infra se habentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de via sua, et cum ipsas tres cartas in eo hordine, qualiter continebat ipsa carta quam ipse ursus, sicut dictum est, ostenderat, que in suprascriptam cartam quam ipse melus, sicut dictum est, ostendit per hordinem declarata erat. et cum fuerat lecta, ipse ursus venumdederat ipsi melo vice sua et io

hanni germani sui integras suprascriptas res, qualiter ipse petrus ipsi urso, sicut suprascriptum est, venumdederat cum omnibus intra se habentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de via sua, et cum ipsas tres cartas, de quibus in ipsa carta que in iamdicta carta quam ipse melus ostendit, declarata est, declarate sunt, et cum aliis quattuor cartulis ex ipsis rebus continentibus, ad faciendum ex eo ipsi melus et iohannes et illorum heredes quod voluerint, sicut ipsa carta continet, que scripta est per romoaldum notarium, et in ea subscriptus est amatus iudex. Secunda scripta per ipsum romoaldum notarium, vicesimo octabo anno principatus salerni ipsius domni guaimarii, et octabo anno principatus eius capue et ducatus amalfis, et septimo anno ducatus illius sirrenti, et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum ipsius domni nostri gisulfi, eius filii, eximii principis et ducis, et quarto anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense aprili, quartadecima indictione. constantinus atrianensis, filius ursi calbarusi, per ipsam cartam venumdederat ipsi melo vice sua et de ipso germano suo iohanni integras duas pecias de terris cum arbustis et pomis et arbustis ultra ipso fluvio lirino: una ex eis per fines et mensuras: de pede erga ipsum rivum abbium passi decem et nobem, et per cilium de ripa passi octo et in medio passi quattuordecim alio per fines et mensuras: A parte orientis passi decem minus cubitum, et in medio passi septem: A parte occidentis finis cilium de ripa ipsa passi septem et cubitum, et per longitudinem passi triginta octo mensurati ad iustum passum cum omnibus intra se habentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de viis suis, ad habendum et faciendum inde ipsi melus et iohannes et eorum heredes quod voluerint, qualiter ipsa carta continet, in qua ipse amatus iudex subscriptus est. Tertia qualiter Constantinus atrianensis filius mauri calbarusi venumdederat ipsi melo pro vice sua et ipsius iohanni germani sui integras suas pecias de terris cum arbustis et aliis arboribus ultra ipsum fluvium lirinum, que una ex ipsis peciis erat per fines et mensuras: de pede erat ipsum rivum abbium passi viginti duo, de capite per cilium de ipsa sepe, passi octo et in medio passi duodecim. Ipsa alia pecia erat ibique a supra et coniuncta ad ipsam ripam per fines et mensuras; latitudo ab oriente passi decem, et in medio latitudo passi octo, et per ipsam ripam passi triginta nobem totum mensuratum ad iustum passum cum omnibus intro se habentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de viis suis, ad faciendum ex eo ipsi melus et iohannes et illorum heredes quod voluerint, sicut ipsa carta continet, scripta per ipsum romoaldum notarium, vicesimo octabo anno principatus salerni ipsius domni guaimarii, et octabo anno principatus eius capue et ducatus amalfis, et septimo anno ducatus illius sirrenti, et quinto anno suprascriptorum principatuum ed ducatuum domni nostri gisulfi eius filii eximii principis et ducis, et quarto anno

ducatus illorum apulie et calabrie, mense iunio, quartadecima indictione, in qua subscriptus est ipse amatus iudex. Quarta scripta per ipsum romoaldum notarium, in qua testatus est ademarii iudex, de tricesimo anno principatus ipsius domni guaimarii, et nono anno ducatus illius amalfis et sirrenti, et sexto anno principatuum et ipsorum ducatuum suprascripti domni nostri gisulfi eius filii eximii principis et ducis, mense septembri, prima indictione. Iohannes et blatta atrianenses filia mauri calbarusi clarefecerant pertinere eis habere res ultra ipsum fluvium lirinum, et erat cum arbustis et pomis per fine: Ab occidente finis ipsum fluvium lirinum; a meridie finis suprascriptorum iohannis et meli, quas emptam habebant ab ipso urso filio leonis cusentini de supra a parte orientis similiter finis ipsorum iohannis et melo: a septemtrione finis illorum iohannis et meli. et ipsi iohannes et blatta per ipsam cartam venumdederant ipsi iohanni et melo integras ipsas res quam et venumdederant eis quantum quantoque ipsis iohanni et blatte erant vel esse debebant quomodocumque pertinente ab ipso fluvio lirino in parte orientis, et qualiter ascendebat et coniungebat in ipsum fluvium abbium, et ab ipso rivo abbio in parte meridiei et nullam ibidem eis remanserat; sed funditus illud ipsis iohanni et melo venumdederant cum omnibus intra se habentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de via sua ad faciendum exinde illi et illorum heredes quod voluerint, qualiter ipsa carta continere visum est. Quinta scripta per ademarium notarium, tricesimo secundo anno principatus ipsius domni guaimarii, et duodecimo anno ducatus eius amalfis, et undecimo anno ducatus illius sirrenti, et nono anno principatuum et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense iulio, tertia indictione. qualiter alderisius filius falconis qui dicebatur cappla in piru per ipsam cartam venumdederat ipsi melo terram cum vinea quam ille habuerat in ipso loco lirino per fines et mensuras, iusto passu hominis mensuratam. A parte meridiei finis medium ipsum fluvium abbium quod discernebat intra ipsas res et alie res ipsius meli, et recte mensurati intus ipsas res erga ipsum fluvium passi vigintiquinque; A parte occidentis passi quadraginta; A parte septemtrionis finis media sepe, et mensurati intus ipsas res iuxta ipsam sepem passi viginti duo. a parte orientis est finis media sepes et mensurata intra ipsam terram iuxta ipsam sepem passi undecim: et revolvit in ipsa parte occidentis sicut termiti ficti erant passi septem, et revolvit in ipsa parte meridiei usque ipsum fluvium passi quattuor cum omnibus que intra eam erant cunctisque eius pertinentiis et cum vice de via sua, et cum una carta ex eadem terra cum vinea continente de quam in eadem carta declarata est, ut semper esset in potestate ipsius meli

et heredum eius, et liceret illum et eius heredes de eo facere quod volerent, sicut ipsa carta continet, in quam testatus est iohannes iudex. Sexta scripta per ipsum ademarium notarium, tricesimo tertio anno principatus ipsius domni guaimarii, et duodecimo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et nono anno principatuum et ipsorum ducatuum suprascripti domni nostri gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense februario, quarta indictione. Iohannacius clericus filius quondam mauri per convenientiam venumdederat ipsi melo pro parte sua et iohannis germani sui terram cum vinea et insiteto in loco pastorano per fines et mensuras iuxto passu hominis mensuratas: A parte septemtrionis finis medium ipsum fluvium abbium, passi triginta sex: A parte occidentis finis ipsorum meli et iohannis, passi viginti unus: A parte meridiei finis ipsorum meli et iohannis passi viginti et duo. et revolvente in ipsa parte meridiei per fines ipsorum meli et iohannis sicut limitem discernebat passi viginti, et revolvente in parte orientis passi nobem. Ab ipsa parte orientis passi quadraginta octo usque medium ipsum fluvium cum omnibus que intra eam erant cunctisque eius pertinentiis et cum vice de via sua semper esset in potestate ipsorum meli et iohannis, et liceret illos et eorum heredes de eo facere quod vellent, sicut ipsa carta continet, in qua subscriptus est ipse iohannes iudex. Septima scripta per ipsum ademarium notarium, tricesimo tertio anno principatus predicti domni guaimarii, et tertio decimo anno ducatus eius amalfis, et duodecimo anno ducatus illius sirrenti, et decimo anno principatuum et ipsorum ducatuum suprascripti domni nostri gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense aprili, quarta indictione. Alegrima filia iohannis que fuerat uxor iaquinti et grimoaldus et romoaldus filii ipsorum iaquinti et alegrime coniuncti fuerant cum ipso melo et ipsi alegrima et grimoaldus et romoaldus clarificaberunt se habere terram cum arbustis foris hac civitatem in loco lirino per fines et mensuras iuxto passu hominis mensuratas. A parte orientis finis via et passi triginta tres: A parte meridiei finis ipsorum meli et iohannis, et passi quinquaginta et medium: A parte occidentis finis terra ipsorum meli et iohannis, et passi sedecim. A parte septemtrionis finis terra ipsorum meli et iohannis, passi triginta et medium, et revolvente in ipsa parte septemtrionis per fines illorum passi tridecim minus cubito uno; et revolvente in ipsa parte orientis, sicut media sepes discernitur, et mensurati intra ipsam terram iuxta ipsam sepem passi viginti tres et duas partes unius passi; de iamdicta terra quarta parte pertinebat ipsi alegrime et tres partes ipsius filie eius. et ostenderant duas cartas ex ipsa terra continentes de quibus in ipsa carta declarata est; et ipsi alegrima et grimoaldus et romoaldus secundum legem per convenientiam venumdederant ipsi melo pro parte sua et ipsius iohannis fratris sui integram suprascriptam terram per iamdictas fines et mensuras cum omnibus que intra eam

erant cunctisque eius pertinentiis et cum vice de via sua, et cum suprascriptis cartulis; ea ratione ut semper esset in potestate ipsorum meli et iohannis et heredum illorum; et liceret illos et eorum heredes de eo facere quod volerent, sicut ipsa carta continet in qua subscripsit ipse iohannes iudex. Cum autem suprascripte carte fuerant ostense, ipse iohannes clericus querebat habere per ipsam terram cum vinea quam ipse alderisius filius falconis, qui dicebatur cappla in piru, eiusdem melo venumdederat, sicut suprascripta quinta carta quam ipse melus ostendit, continet, ipsam vicem de via usque in iamdicta caba maiore, sicut suprascripta carta quam ipse iohannes ostendit, que tota superius per ordinem declarata est, continet. Nec non et volebat ipse iohannes habere per illud quod ipsı constantinus filius ursi calbarusi et constantinus filius mauri simimiliter calbarusi et iohannacius clericus filius mauri ipsi melo pro parte sua et ipsius iohannis germani sui venumdederant, sicut suprascripte secunda et tertia et sexta carta, quas ipse melus ostendit, continent; ipsam viam communem erga ipsum abbium a parte meridiei, Ab ipsa caba usque ipsum fluvium lirinum ingredientem et regredientem cum suis congruitatibus, sicut suprascripta prima carta, quam ipsi iohannes ostendit, continet. Ipse melus respondit non debere ipsam vicem de via et iamdictam viam communem per illud, qualiter superius dictum est, habere, eo quod ipsi alderisius et costantinus et iohannacius illud qualiter suprascriptum est, ei funditus venumdederant, sicut suprascripte secunda et tertia et quinta et sexta carta, quas ipse melus superius ostendit, continent. dum autem ex hoc plurimum illi inter se causarent, interrogavit ipsum iohannem si per se vellet defendere illud quod ipsi mirabile et iaquintus ei venumdederant, sicut suprascripta octaba carta, que tota superius per hordinem declarata est, continet. Ipse iohannes dixit illud per se defendere nolle sed defensores qui ei per suprascriptam cartam que tota superius per hordinem declarata est, ei defensores esse debent, vellet in manum mittere ipsi melo. Ego autem sicut inter eos convenit iudicavi et illos guadiare feci, ut per partem plicarent se: ipse iohannes plicaret se cum suprascripta prima carta que per eum sicut suprascriptum est, ostensa est, et plicaret ipsos defensores qui ei per suprascriptam cartam que tota superius per ordinem declarata est, defensores esse debent, et ipse melus plicarent se cum suprascriptis secunda et tertia et sexta carta quas superius ipse melus ostendit, et secundum legem ipse iohannes iamdicti defensores in manum mittere ipsi melo. Et secundum legem ipsi iohannes et melus inter se finem faciant ex eo quod ipsi constantinus et constantinus et iohannacius eidem melo pro parte sua et ipsius germani sui venumdederant, quemadmodum ipse secunda et tertia et sexta carta, quas ipse melus ostendit, continent. de eo vero quod per suprascriptas primam et quartam et septimam cartam quas ab ipso melo, ut dictum est, ostense

sunt, ipsis melo et iohanni pertinens iudicavi, ut ipse melus et iamdictus germanus eius et illorum heredes semper illud securiter haberent et facerent ex eo quod voluerint absque contrarietatem ipsius iohannis clerici et heredum eius. et pro cognita causa mentionem feci illud quod ipse ursus filius leonis et ipsi alegrima et grimoaldus et romoaldus mater et filius eiusdem melo pro parte sua et ipsius germani sui venumdederunt, sicut suprascripte prima et septima carta, quas ipse melus ostendit, continent: de quo iudicavi ut ipse melus et iohannes germani et illorum heredes semper illud securiter haberent, sicut suprascriptum est. est enim ab ipsa parte orientis per ipsam viam recte mensurati passi triginta septem ad iuxtum passu hominis qualiter incipit mensuram a medio sepe que discernitur inter istam et terram cum vinea mansonis comitis filii quondam iannacii comitis pergentem in partem septemtrionis usque mediam sepem. et per partem posuerunt inter se fideiussorem alferium clericum, filium quondam andree: quod superius disturbatum est, in uno loco legitur: cusentino. et in alio ari. et taliter pro parte ipsius meli te iohannem notarium scribere precepi. Ego qui supra iohannes iudex. Cum autem suprascripta iudicata fuerunt, ostendit ipsi melus et iohannes per partem, coram me se plicaberunt ipse iohannes clericus cum suprascripta prima carta sua et ipse melus cum suprascriptis secunda et tertia et sexta cartulis suis et ipse iohannes clericus plicabit ipsos mirabilem et iaquintum, qui ei per suprascriptam octabam cartam, quam ipse iohannes clericus ostendit, defensores esse debent. Ego autem coram eis eandem octabam cartam legere feci, qua lecta ex inquisitione mea dixerunt ipsi mater et filius ipsam cartam in omnibus que continent veracem esse, et ita ipsi iohanni vellent adimplere quemadmodum ipsa carta continet. Et presentaliter ipse iohannes ipsos mirabilem et iaquintum in manum misit ipsi melo ex eo quo eidem iohanni clerico per suprascriptam cartam venumdederunt. quo facto sicut inter ipsos melum et mirabilem et iaquintum convenit, iudicavi et illos guadiare feci, ut per partem ipsi melus et mirabile et iaquintus plicarent se cum suis rationibus et secundum legem inter se finem faciant ex eo quo ipse iohannes eos in manum misit ipsi melo. et per partem inter se fideiussorem posuerunt fadelmum filium quondam leonis. et hoc ipsa mirabile fecit cum voluntate ipsius filii sui. Deinde interrogavi ipsum melum si per se vellet defendere illud quod ipsi constantinus et iohannacius clericus et constantinus, sicut suprascriptum est, venumdederunt an non. Ipse melus respondens dixit illud per se defendere nolle sed defensores qui ei per suprascriptas cartas ex eo defensores esse debent, in manum vellet mittere ipsi iohanni. Ego autem talia audiens, sicut inter ipsos melum et iohannem convenit, iudicavi et illos guadiare feci, ut per partem plicarent se et ipse melus plicaret defensores qui ei per suprascriptas cartas ex eo

defensores esse debent, et secundum legem in manum mittere ipsi iohanni. et ipse melus posuit ipsi iohanni fidemiussorem marium clericum et medicum, filium quondam iaquinti. et ipse iohannes posuit ipsi melo fideiussorem iohannem clericum filium quondam falconis; post hoc ipse melus plicavit ipsum iohannacium clericum, et ante eum ipsam sextam cartam, scriptam per ipsum ademarium notarium, legere feci. qua lecta ad inquisitionem meam dixit in omnibus que continet veracem esse, et sicut continet ita ipsi melo vellet adimplere. Et confestim ipse melus iamdictum iohannacium in manum misit ipsi iohanni clerico ex eo quod per ipsam sextam cartam vendidit. Ego autem, sicut inter ipsos iohannacium et iohannem clericum convenit iudicavi et illos guadiare feci ut per partem plicarent se cum suis rationibus, et secundum legem inter se finem faciant ex eo quo ipse iohannacius, ut suprascriptum est, venumdedit. Et ipse iohannacius posuit ipsi iohanni fideiussorem petrum, filium quondam radoaldi, et ipse iohannes fideiussorem ipsi iohannacio posuit petrum de purpura filium quondam machenolfi; post hunc ipse melus plicabit supradictum constantinum filium suprascripti ursi et ante eum ipsam secundam cartam ipsius meli legere feci. Qua lecta dixit in omnibus que continet veracem esse et qualiter continet adimplere ipsi melo vellet, et presentaliter ipse melus in manum illum misit ipsi iohanni clerico ex eo quo ipse constantinus per eamdem cartam venumdedit. Ego autem iudicavi et ipsos constantinum et iohannem clericum guadiare feci, ut per partem plicarent se cum suis rationibus, et secundum legem ex eo inter se finem faciant. Et ipse constantinus posuit ipsi iohanni fideiussorem guisenolfum, filium quondam guisenolfi, et ipse iohannes clericus posuit ei fideiussorem iohannem ingeniosum, filium quondam lupeni. Sequenter vero ipse melus plicavit leonem et grusam filios suprascripti constantini et coram eis ipsam tertiam cartam ipsius meli legere feci; qua lecta dixerunt ipsi leo et grusa in omnibus que continet veracem esse et sicut continet ipsi melo adimplere vellet. Ego autem iudicavi et ipsos leonem et grusam, dum ibidem adesset iohannes maritus ipsius gruse, filia marini, cognomento scasullo, qui nunc monachus est, cum ipso iohanne clerico guadiare feci, ut per partem plicarent se cum suis rationibus, et secundum legem ipsi leo et grusa finem faciant cum ipso iohanne clerico, ex eo quo ipse constantinus genitor eorum ipsi melo per suprascriptam cartam pro parte sua et ipsius iohannis germani sui venumdedit, quia de eo ipse melus suprascriptos leonem et grusam in manum misit ipsi iohanni clerico, et ipse iohannes clericus posuit ei fideiussorem constantinum clericum, filium quondam iohannis et ipsi leo et grusa posuerunt ei fideiussorem marinum tarudulum, filium quondam iohannis atrianensis. quod autem superius inter virgulos scriptum est, in uno loco legitur filius domni guaimarii. et in alio ipsi,

et in alio de ea: et in altero et ducatum, et in altero clerico, et quod superius disturbatum est legitur in uno loco supradictum constantinum, filium suprascripti ursi, et in alio constantinus. Et taliter pro parte ipsius meli te amatum notarium scribere precepi. Ego qui supra romoaldus iudex. Cum autem lecta fuit, ipsi iohannes clericus et constantinus et maurus et leo et grusa volebant inter se finem facere ex eo quod ipse melus ipsos constantinum et leonem et grusam iamdicto iohanni clerico in manum misit sicut suprascriptum iudicatum continet. et ex eo quod ipse iohannes genitor ipsius mauri et blatta venumdederunt, sicut suprascripta quarta carta continet. Sed cum ipse iohannes clericus nichil aliud per illud et per ipsam terram, quam ipse iohannacius clericus venumdedit, sicut suprascripta carta, quam ipse melus ostendit, continet, habere volebat, nisi tantummodo ipsam viam commune erga ipsum abbium a parte meridiei ab ipsa caba et usque ipsum flubium lirinum, sicut suprascripta prima carta ipsius iohannis clerici continet; ideo ex hoc pervenerunt ipsi melus et iohannes clericus, et constantinus, et maurus, et leo et grusa ad convenientiam; et per ipsam convenientiam ipse iohannes clericus manifestavit ex integro eo quod ipsi iohannes et blatta, filii mauri, et ipsi constantinus, filius ursi calbarusi qui nunc ursandus positus est et constantinus genitor ipsorum leonis et gruse ac filius ipsius mauri et iohannacius clericus ipsi melo pro sua parte et ipsius iohannis germani sui venumdederunt sicut suprascripte secunda et tertia et quarta et sexta cartule, quas ipse melus ostendit, continent. et de ipsa via commune erga ipsum abbium ab ipso fluvio lirino in parte orientis usque terram cum vinea et arbustis ipsius iohannis clerici de qua eidem iohanni clerico inferius manifestaturi sunt. Ut nullo tempore ipse iohannes clericus et eius heredes cum ipsis melo et iohanni fratre suo et cum illorum heredibus et cum ipsis constantino et mauro et lupeno fratre ipsius mauri et leone et grusa et iohannacio et cum illorum heredes ex eo de quo, ut suprascriptum est, manifestavit, causare aut contendere presument; Sed integrum illud de quo, ut suprascriptum est, manifestavit, semper sit in potestate ipsorum meli et iohannis germani et heredum illorum, et illi et eorum heredes licentiam habeant ex eo facere quod voluerint. Et semper ipse iohannes clericus et eius heredes illud de quo ut suprascriptum est, manifestavit ipsis iohanni et melo et illorum heredibus defendant ab omnibus hominibus quibus per eum et per eius heredes et per ipsum genitorem suum illud vel ex ipso quomodocumque datum aut obligatum vel manifestatum seu alienatum paruerit, et qui pro illorum parte et dato quascumque causationem de eo illis et illorum heredibus preposuerint; Ab aliis autem hominibus et cum voluerint ab omnibus hominibus ipsi iohannes et melus et illorum heredes potestatem habeant illud per se defendere, qualiter volue-

rint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Et ipsi melus et constantinus et maurus et leo et grusa manifestaverunt ipsi iohanni clerico de integra ipsa terra cum vinea et arbustis eius de iohanni clerico que est per fines et mensuras iuxto passu hominis mensurata. A parte orientis est finis ipsa via que ducit ad pastoranum, et per eam recte mensurati passi decem et nobem et medium: A parte meridiei est finis terra ipsorum meli et iohannis germanorum sicut media sepes discernit et recte mensurati intra ipsam terram ipsius iohannis clerici prope ipsam finem passi viginti sex et cubitum: A parte occidentis similiter finis ipsa terra ipsorum meli et iohannis germanorum, sicut media sepes discernitur, et recte mensurata intra ipsam terram ipsius iohannis clerici prope ipsam finem, passi quadraginta: A parte septemtrionis est finis medium ipsum fluvium abbium qui discernitur ab hac terra et alia terra cum canneto ipsius iohannis clerici, sed non per totum et finem terra aliorum, sicut media sepes discernitur, et recte mensurati intra ipsam terram ipsius iohannis clerici prope ipsam finem passi quinquaginta duo usque ipsam viam, et de eo quod ex ipsa via commune erga ipsum abbium remansit ab eo quod ipsi iohannes et melus germani et illorum heredes habere dictum est, ut superius legitur, usque ipsam cabam. Et nullo tempore ipsi melus et constantinus et maurus et leo et grusa et illorum heredes cum ipso iohanne clerico et cum illius heredibus, ex integro eo quod, ut dictum est, manifestaverunt, causare vel contendere presument, sed semper ipse iohannes clericus et eius heredes integrum illud de quo, ut dictum est, manifestaverunt, sibi habeant et de eo faciant quod voluerint. Et unusquisque ex ipsis constantino et mauro et leone et grusa et heredibus eorum semper illud ipsi iohanni clerico et illius heredibus defendant ab aliis heredibus ipsorum genitorum eorum et ab omnibus hominibus, quibus per eos et per eorum heredes et per ipsos genitores eorum et per alios heredes eorum illud vel ex ipso quomodocumque datum aut obligatum vel manifestatum vel alienatum paruerit; et qui pro illorum parte et dato quascumque causationes de eo ipsi iohanni clerico et illius heredibus preposuerint. Et ipse melus et eius heredes semper illud ipsi iohanni clerico et illius heredibus defendant ab ipso germano suo et ab eius heredibus et ab omnibus hominibus quibus per eum et per ipsum germanum suum et per eorum heredes illud vel ex ipso quomodocumque datum aut obligatum vel manifestatum seu alienatum paruerit, et qui pro illorum parte et dato quascumque causationes de eo ipsi iohanni clerico et illius heredibus preposuerint. Ab aliis autem hominibus et cum voluerint ab omnibus hominibus ipse iohannes clericus et eius heredes potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. post hoc factum ipse iohannes clericus clarificavit pertinere

sibi terram cum vinea et vacuo in eodem loco illa parte et coniuncta cum ipso fluvio abbio que est per fines et mensuras suprascripto passu mensurato: A parte occidentis est finis ipse fluvius lirinus et intra ipsam terram recte prope eum mensurati passi decem et septem: A parte septentrionis est finis terra vacua ipsorum constantini et mauri et leonis et gruse et alii qualiter ascendit usque podium, et finem ipsum podium et per totum istud mensurati passi septuaginta quinque et duas partes unius passi: A parte orientis est finis terra ipsius meli quam ab ipso alderisio, filio falconis cappla in piro emerat, et passi quadraginta quattuor minus cubitum. A parte meridiei est finis medium ipsum fluvium abbium et discernitur inter hanc et suprascriptas terras ipsorum meli et iohannis germanorum cuius altera medietas in parte meridiei de ipsis iohannis et melo pertinet, et mensurati intra hanc terram recte prope ipsam finem passi viginti quattuor; et revolvente in partem septentrionis secus terram ipsorum constantini et mauri et leonis et gruse, qualiter a medio ipso fluvio abbio vadit in partem septentrionis per mediam sepem, recte mensurati intra ipsam terram passi decem et nobem, et revolvitur in parte occidentis secus ipsam terram ipsorum constantini et mauri et leonis et gruse sicut podium discernitur, sed non per totum, et recte mensurati prope ipsam finem passi quadraginta quattuor usque ipsum fluvium lirinum. Et de ea ipsi melo ipse iohannes clericus in parte occidentis erga ipsum fluvium lirinum tradidit per fines et mensuras suprascripto passu mensurato. A parte occidentis est finis ipse fluvius lirinus, et recte prope eum mensurati passi decem et septem: A parte septentrionis est finis ipsa terra ipsorum constantini et mauri et leonis et gruse et alii et recte mensurati passi undecim: A parte meridiei est finis illud quod suprascriptis constantino et mauro et leoni et gruse pertinet, et passi viginti duo: A parte orientis est finis illud quod de ea ipsi iohanni clerico remansit et recte mensurati passi decem et septem et medium cum omnibus que intra illud, quod ei, ut dictum est, tradidit, sunt, cunctisque eius pertinentiis et cum vice de via sua. Ea ratione ut semper sit in potestate ipsius meli et heredum eius et liceat illum et eius heredes de eo facere quod voluerint. Et propter confirmationem huius traditionis ipse iohannes clericus suscepit ab ipso melo suprascriptam terram, quam ab ipso alderisio, ut dictum est, emerat, que est per fines et mensuras iamdicto passu mensurato. A parte meridiei est finis medium ipsum fluvium abbium, quod discernitur inter hanc terram et ipsas terras ipsorum iohannis et meli cuius altera medietas in parte meridiei ipsis germanis iohanne et melo pertinet, et erga eum intra ipsam terram recte mensuratam passi viginti quinque: A parte occidentis est finis ipsa terra ipsius iohannis clerici de qua illud, ut suprascriptum est, in parte occidentis cum ipso fluvio lirino

coniuncta ipsi melo tradidit, et per ipsam finem recte mensurati passi quadraginta: A parte septentrionis est finis media sepes et recte mensurati intra ipsam terram prope ipsam finem passi viginti duo: A parte orientis est finis media sepes et mensurati intra ipsam terram iuxta ipsam sepem passi undecim. et revolvente in ipsa parte occidentis secus ipsa terra cum canneto ipsius iohannis clerici, sicut termini fixi sunt, passi septem; et revolvente in partem meridiei secus ipsa terra ipsius iohannis clerici passi quattuor usque ipsum fluvium abbium cum omnibus, que intra eam sunt cunctisque eius pertinentiis et cum duabus cartulis ex ipsa terra continente, una scripta per ipsum ademarium notarium tricesimo secundo anno principatus domni guaimarii, et duodecimo anno ducatus eius amalfis, et undecimo anno ducatus illius sirrenti, et nono anno principatuum et ipsorum ducatuum suprascripti domni nostri gisulfi filii eius, mense iulio, tertia indictione, in qua ipse iohannes iudex subscripsit. Altera scripta per romoaldum notarium eodem anno et indictione, mense iunio, qui tunc proximo preterierat, in qua etiam ipse iohannes iudex subscriptus est. Ea ratione ut semper sit in potestate ipsius iohannis clerici et heredum eius: et ille et eius heredes licentiam habeant de eo facere quod voluerint. et per convenientiam ipse iohannes clericus guadiam ipsis melo et constantino et mauro et leoni et gruse dedit et fideiussorem eis posuit petrum clericum filium quondam grimoaldi clerici, et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper permanere cum ipsis melo et constantino et mauro et leone et grusa et cum illorum heredibus in omnibus quemammodum subscriptum est et adimplere omnia sicut supra legitur. Insuper ille et eius heredes semper defendere ipsi melo et illius heredibus integrum illud quod ei, ut suprascriptum est, tradidit ab omnibus hominibus. Et quando ipse melus et eius heredes voluerint, potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Et si sicut superius scriptum est, ipse iohannes clericus et eius heredes ipsis melo et constantino et mauro et leoni et gruse et illorum heredibus non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsis melo et constantino et mauro et leoni et gruse et illorum heredibus centum auri solidos constantinos, et sicut superius scriptum est, adimplere et in iamdicta convenientia permanere. Ipsa vero grusa suprascripta fecit per se ipsam quam illius etatis esse agnovi, cui curatoris vel tutoris auxilium non indiget, sed tamen cum illa esset ipse maritus eius. quod autem superius inter virgulos scriptum est in uno loco legitur: et in alio decima. In altero autem notarius. Et taliter pro parte ipsius meli, quem omnia suprascripta fecit per ipsius genitoris sui licentiam, scribere precepi te romoaldum notarium.

† Ego qui supra romoaldus iudex.

MCCCLVII

A. D. 1063

† In nomine domini, vicesimosecundo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense octubri, secunda indictione. Ante me iohannem iudicem melus filius angeli abbatis coniunctus est cum ursone filio quondam tefani propter ad comprendendum inter se sortes de terra et casa fabricata solarata de intus anc salernitanam civitatem quas illis comunes habunt iuxta platea que est mercatum que est tota ipsa terra et casa per fines et mensuras; a parte orientis est finis ipsa platea, iuxta eam recte mensurati pedes triginta et duobus et planta: a parte septemtrionis est finis andito in qua stillicidio istius case fluit, per eum iuxta eam mensurati pedes quadraginta unum: a parte occidentis est finis aliorum recte mensurati pedes alii triginta duobus et planta: a parte meridiei recte mensurati pedes triginta septem et unciis duabus. De suprascripta vero terra et casa per suprascriptas fines et mensuras pertinet inde ipsi melo due partes et ipsi ursi tertia pars. Modo autem sicut inter illos convenit ipse ursus illud dividit in tres sortis, due sortis fecit ex ea inadunate in parte septemtrionis, et tertiam in parte meridiei. prius fecit ipse ursus ex ipsa terra et casa anditum commune in parte occidentis per fines et mensuras: a parte septemtrionis est finis ipsum anditum, inde latitudo pedes tres: a parte orientis est finis ambo ipse sortis que sunt in simul coniuncte recte mensurati iuxta eas, pedes viginti: a parte meridiei est finis ipsa tertia sorte, inde latitudo pedes alii tres; a parte occidentis est ipsa finis aliorum, inde recte mensurati pedes alii viginti. Iterum mensurabit ambo ipse sortes que sunt inadunate in parte septemtrionis per fines et mensuras: a parte orientis est finis ipsa platea, inde pedes viginti, a parte septemtrionis est finis ipsum anditum: a parte occidentis est finis ipsum anditum quam commune dimiserunt in quod stillicidio istius sortis fluere debet, inde latitudo recte mensurati pedes alii viginti: a parte meridiei est finis ipsa tertia sorte. ex oc fecit esse duas sortes in simul coniunctas cum vice de ipsa platea et iamdictis anditis. ipsam tertiam sortem que est a parte meridiei est per fines et mensuras: a parte orientis est finis ipsa platea, inde recte mensurati pedes duodecim et planta: a parte septemtrionis est finis ipsas sortes que sunt inadunate et finis suprascriptum anditum commune, a parte occidentis est finis aliorum, inde recte mensurati pedes alii duodecim et planta: a parte meridiei est finis aliorum, inde recte mensurati pedes triginta septem et unciis duabus. ex oc fecit esse tertia sortis cum vice de ipsa platea et iamdictis anditis suprascriptis mensuratis iusto pedem manus ominis mensuratum. Et qualiter inter illos convenit

prius ipse melus compreensit ambo ipse sortis que sunt in simul coniuncte in parte septemtrionis per suprascriptas fines et mensuras, et qualiter illas superius fecit cum omnia intro se habentibus omnibusque suis pertinentiis ad faciendum ex ea ipse melus et eius heredes quod voluerint. Et ipse ursus compreensit ipsa tertia sors que est a parte meridiei per suprascriptas fines et mensuras, et qualiter illam superius fecit cum omnia intro se habentibus omnibusque suis pertinentiis ad faciendum ex ea ipse ursus et eius heredes quod voluerint. Et ipsum anditellum per suprascriptas fines et mensuras quam commune dimiserunt semper communiter flant ipsi melo et urso et illorum heredibus ad andandum illis per eum et illorum heredes et omines quod per partem voluerint, cum illorum et de illorum heredes et de omines quod per partem voluerint congruitatis iuxta ratione. et ipsum anditum commune semper ex apertum flad, nichil aliud ibi flant solummodo ipso stillicidio que de ipsas sortes quam ipsi melo compreensit, fluxerit et fluere debet et ipsa aqua que in ipso andito fluxerit, semper illud recipiad ipsa tertia sorte et per parte faciant illis et illorum heredes de ipsa vice de ipsum andito commune quod· voluerint. Et per convenientiam ipse urso guadiam ipsi melo dedit et fideiussorem ei posuit petrum clericum filium quondam iaquinti. et per ipsam guadiam obligavit se et eius heredes omni tempore permanere cum ipsum melo et cum eius heredibus in suprascripta divisione et in omnibus, qualiter superius legitur, et si in suprascripta divisione et in omnibus suprascriptas ipse urso et eius heredes, cum ipso melo et cum eius heredes non permanserint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipse ursus obligavit se et eius heredes, componere suprascripto melo et eius heredibus, quinquaginta auri solidos constantinos et suprascripta firmiter permanere. Et oc me memorari facio ut in ipsum andito commune qui est a parte occidentis semper cecidant ipsa aqua que de ipsas sortes ipsius melo ibi fluxerit et alia aquam quam de celo que in ipso andito commune fluxerit et per eum vadant. Et illud recipiat ipsa tertia sorte sicut suprascriptum est per suprascriptam guadiam et obligata pena. et quod autem de super inter virgulos scriptum est legitur semper; et taliter tibi romoaldo notario scribere precepi.

† Ego qui supra iohannes iudex.

MCCCLVIII

A. D. 1063

✝ In nomine domini, vicesimosecundo·anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense hoctubri, Secunda indictione. Ante me petrum iudicem iohannes filius quondam maraldi coniunctus est cum sergio germano suo filio quondam suprascripti maraldi. Et per ipsum iohannem hostense sunt cartulas tres. Et unum preceptum concessionis, unde ipsi iohanni pertinebat inclitam medietatem: Et reliqua medietas pertinebat ipsi sergio. Unam ex ipsis tribus cartulis erat continentem, In nomine domini, vicesimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense hoctubri, quintadecima indictione. Ante me siconem comitem et iudicem lando qui paganus dicitur filius quondam landolfi comitis coniunctus est cum sergio et iohanne germanis, filiis quondam maraldi, et sicut ipsi landoni congruum fuit sua voluntate per hanc cartulam vendidit ipsis germanis integram medietatem suam de terra cum arbusto et avellaneto et castaneto, que est foris hac civitate in loco metiliano, ubi fanum dicitur, que est per fines et mensuras iuxto passu hominis mensuratis: A parte quasi septemtrionis est finis medium ballonem per quod fluit aqua que draguntiu dicitur, qualiter incipit menare ab alio ballone et descendit per ipsum ballonem recte passi viginti sex usque viam publicam: A parte quasi orientis est finis ipsa via et per eam mensurati passi centum septuaginta hocto. de superiori parte que est a meridie, est finis sicut limite discernit, et recte mensurati passi septuaginta duo: A parte occidentis finis terra alii et fine medium ipsum ballonem et recte mensurati intra ipsam terram prope ipsam finem passi centum quadraginta duo cum omnibus intra ipsam medietatem haventibus cunctisque suis pertinentiis et cum bice de ipsa via; ea ratione ut semper sit in potestate ipsorum sergii et iohannis et heredum eorum. Et liceat illos et eorum heredes de ea facere quod voluerint: reliqua vero medietas iamdicte terre per iamdictas fines tenent ipsis germanis pertinentia pro aliorum illorum ratione. Et propter confirmationem huius venditionis ipse lando .... suscepit ab ipsis germanis statutum pretium auri tarenos centum quattuor in omni deliberatione, et per convenientiam ipse lando guadiam ipsi sergio et iohanni dedit et fideiussorem eis posuit landolfum filium quondam landonis comitis, et per ipsam guadiam ipse lando obligavit se et suos heredes semper defendere ipsis iohanni et sergio et illorum heredibus integrum illud quod eis, sicut suprascriptum est, vendidit ab omnibus hominibus: et tribuit eis licentiam ut quando illi et illorum heredes voluerint, potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est,

ipse lando et suos heredes ipsi sergio et iohanni et illorum heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipse lando obligavit se et suos heredes componere ipsis sergio et iohanni et illorum heredibus quinquaginta auri solidos constantinos, et sicut superius scriptum est adimplere: et taliter tibi iohanni notario scribere precepi. Ego qui supra sico comes et iudex. Altera vero erat scripta per iohannem notarium vicesimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense octubri, quartadecima indictione. Qualiter in sacro salernitano palatio coram presentia domni leonis reverendissimi abbatis monasterii sancte et individue trinitatis quod constructum est foris hac civitate in loco metiliano et ibidem erat suprascriptus sico comes et iudex et idonei homines, sergius et iohannes germani filii quondam maraldi in eadem presentia hostenderant suprascriptam cartulam que tota superius per hordinem declarata est; et cum fuerat ostensa ipse domnus abbas faciens cum eo ipso germano convenientiam et dixerat ut ipsam cartulam in omnibus sicut continet verax esse, Et nichil ex eo quod continet removere aut contradicere volebat. Etiam et manifestaverat ipsis germanis de integra suprascripta terra per iamdictas fines et mensuras, ut semper esset cum omnibus intro eam haventibus cunctisque suis pertinentiis et cum bice de ipsa via in potestate ipsorum germanorum et heredum illorum. et liceat illos et eorum heredes de ea facere quod voluerint: et nullo tempore ipse domnus abbas et successores eius et pars ipsius monasterii aliquam actionem ex ea aut intentionem ipsis germanis et illorum heredibus preponerent. Quemamodum ipsa carta continet in qua ipse sico comes et iudex testatus est. Altera autem scripta per iohannem notarium septimodecimo anno principatus suprascripti domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense iulio, undecima indictione. qualiter suprascriptis sergius et iohannes germani ac filii quondam suprascripti maraldi coniuncti fuerant cum sellecta filia quondam cunctis relicta cuidam iohannis de loco mitiliano. et ipsa sellecta pro parte sua et alfani et maraldi et iohannis filii sui et ipsius iohannis et cum eorum voluntate hostendit unam cartam scriptam per romoaldum notarium vicesimo secundo anno principatus salerni domni guaimarii, et secundo anno principatus eius capue, et primo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, mense februario, hoctaba indictione: qualiter ipsi iohanni marito suo ante presentiam mascini vestararii tradiderat iaquintus de una pecia de terra bacua pertinente suprascripte gloriose potestatis in predicto loco mitiliano ubi proprio fanum vocatur que erat per fines: A parte orientis finis fluvio qui dicitur de freconie, et a parte meridiei finis via publica: A parte occidentis et a parte septemtrionis finis suprascripti domni principis. infra hec finis totum quantum erat ibi vacuum illud ei tradiderat in monte et in plano, ut semper ille et eius heredes illud sue potestatis tenere et dominare, foveas et omnes suas utilitates iuxta ratione ibi

facerent, et totum ipsum planum pastenarent, Arbores et vites de vono vitineo exsurgerent et in ipso monte pastenarent abellane sicut ipsa carta continet et alia continebat in qua subscripti erant ademarius notarius et alderisius notarius. et cum fuerat hostensa suprascriptus domnus noster princeps concesserat suprascriptis germanis sergius et iohannes suprascripta terra per suprascriptas fines ad faciendum ex ea quod volerent; cupiebant tollere ipsis matri et filii illud quod per suprascriptam cartam ipsi iohanni traditum fuerat ex ipsa terra. illi autem noluerunt eis illud remittere. et altercationem exinde inter se habuerunt, et sicut utrumque convenerat ipsa sellecta cum voluntate suprascriptorum filiorum suorum in quorum mundium erat cum quorum boluntate omnia que in hac carta scripta et scrivenda sunt fecerat, reddiderat eisdem germanis suprascriptam cartam ad faciendum ex ea illi et eorum heredes quod volerent. et illis pro taliter tradiderunt ipsi sellecte integrum illud de suprascripta terra quantum ipsi iohanni traditum fuerat, sicut suprascripta carta continebat, cum bice de ipsa via, ea ratione ut usque completi duodecim anni integrum illud essent in potestate ipsorum matri et filii et eorum heredum tenendum et dominandum, foveas et omnes suas utilitates iuxta ratione ibi facerent, et reditum ibi facerent et ibi residerent et havitarent aut hominem ad havitandum ibi mitterent. et alia sicut ipsa carta continet in qua propriis meis manibus testatus sum. Ipsum vero preceptum est continente. In nomine sancte et individue trinitatis. gisulfus divina favente clementia langobardorum gentis princeps. Nostras ad deum tendere preces confidimus, si dignas petitiones nostrorum fidelium non contemnimus et eosdem fideles nostro beneficio nobis fore credimus fideliores et in nostro servitio promptiores et ceteros ea que benefecerimus arbitratos fidelius nostris obedire preceptis. Idcirco per interventum domne gemme principis hic memorate genetricis nostre concedimus vobis sergio et iohanni germanis filiis quondam maraldi integram terram cum arbusto foris hac civitate in loco mitiliano ubi fanum dicitur pertinente nostro sacro palatio et eam retinet sellecta vidua que fuerat uxor iohanni zito de eodem loco havitatore. et integras omnes res quas petrus filius quondam leonis greci habuit in suprascripto loco mitiliano et per fines et vocabula et pertinentia ipsius loci tam in montibus quam et in planis cum omnibus que intra ipsam terram et iamdictas res sunt cunctisque eius pertinentiis et cum bice de viis suis, eo quod ipsi petrus foris provincia fugere temtavit et res eius infiscate sunt, ea ratione ut totum et integrum illud quod vobis, sicut suprascriptum est, concedimus, semper sit in potestate vestra et heredum vestrorum. et liceat vos et vestri heredes de eo facere quod volueritis. et neque a nostris iudicibus, comitibus, castaldeis, neque a quibuscumque actoribus nostre reipublice quolibet tempore vos et vestri heredes habeatis ex hoc quod vobis, sicut suprascriptum est, concedimus, aliquam contrarietatem; Set in perpetuum illud vos et vestri he-

redes securiter habeatis et faciatis ex eo quod volueritis. Textum vero huius concessionis scribere precepimus te aceprandum levitam et scribam suprascripti nostri sacri palatii, anno nobis a deo concessi principatus sextodecimo, mense decembri concurrente indictione undecima. Et cum fuerunt suprascriptas tres cartulas hostense et ipsum preceptum, sicut ipsi iohanni congruum fuit bona sua voluntate per convenientiam per hanc cartulam vendidit ipsi sergio integram suprascriptam medietatem ex ipsis cartulis et ex ipso precepto cum omnibus que ipsa medietas ex ipsis cartulis et medietas ipsius precepti continet, cum omnibus que intra eam sunt cunctisque suis pertinentiis et cum bice de ipsa via et de aliis viis suis ea ratione, ut semper sint in potestate ipsius sergii et heredum eius: et liceat illum et eius heredes de eo facere quod voluerint; et propter confirmationem huius venditionis ipse iohannes suscepit ab ipso sergio statutum pretium auri tarenos centum viginti in omni deliveratione. Et per convenientiam ipse iohannes guadiam ipsi sergio dedit et ei fideiussorem posuit iohannem qui pappacarbonem dicitur filium quondam marini atrianensi; et per ipsam guadiam ipse iohannes filius maraldi obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi sergio et illius heredibus integram suprascriptam venditionem qualiter superius legitur ab omnibus hominibus. et tribuit ipsi sergio licentiam ut quando ille et eius heredes voluerint suprascriptam venditionem per se defendere, potestatem habeant qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo hostenderint. Et si sicut superius scriptum est, ipse iohannes filius maraldi et illius heredibus ipsi sergio et illius heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per convenientiam per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsi sergio et illius heredibus quinquaginta auri solidos constantinos. Et sicut superius scriptum est, adimplere. Verumtamen hoc memorari precipio ut ipse sergius et eius heredes permaneant cum ipsa sellecta et eius heredes in suprascripta ratione quemamodum ipsa cartula continet in qua ego sicut suprascriptum est propriis meis manibus testatus sum. Necnon et iterum memorando addere precipio, quoniam in suprascripta cartula convenienter que ipsi germani cum suprascripto domno leone abbate fecerunt in ea subscripti sunt ipse domnus leo abbas et lupinus prepositus et leo presbitero et monachus et iohannes notarius et amatus notarius. Quod autem superius inter virgulos scriptum est in uno loco legitur incipit et quod superius disturbatum est in uno loco legitur suscepi. Itemque iterum memorari precipio quoniam suprascriptum preceptum concessionis utili anulo est sigillatum. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi. Verumtamen hoc memorando addere precipio ut quando ipse sergius et eius heredes ipsum iohannem et eius heredes defensores havere quesierint de suprascripta venditione per omnes vices ipse sergius et eius heredes dent ipsi iohanni et illius here-

dibus suprascriptas tres cartulas et ipsum preceptum habendas diebus sexaginta et per omnes vices defendant eis suprascriptam venditionem ab omnibus hominibus. Et post completos ipsos dies per omnes vices reddant ipse iohannes et eius heredes ipsi sergio et illius heredibus suprascriptas cartulas et ipsum preceptum salbum havendum in suprascripta ratione per suprascriptam guadiam et obligata pena, quod autem superius disturbatum est in alio loco legitur centum viginti. et taliter tibi qui supra iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCLIX

A. D. 1063

† In nomine domini, vicesimo secundo anno principatus domni nostri Gisulfi gloriosi principis, mense nobembri, secunda indictione. Dum in sacro monasterio beate semperque virginis filii dei genitricis marie et sancti benedicti ubi ad corpus dicitur et constructum est intra hanc salernitanam civitatem in orto magno coram presentia domni iohannis gratia dei ipsius monasterii abbatis et domni theodori venerabilis episcopi essem ego iohannes iudex Amatus ex congregatione monachorum ipsius monasterii monachus filius quondam romoaldi qui fuit notarius per imperium ipsius domni abbatis ostendit unam cartulam que continebat. In nomine domini, tertiodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense augusto, septima indictione. Ante me iohannem iudicem romoaldus filius quondam sichenolfi qui notarius fuit memor omnipotentis dei qui pro nobis serbilem carnem sumere dignatus est ut nobis libertatem donaret, liberos dimisit mariam ancillam suam et maraldam et alferadam et petrum filios ipsius marie. Ea ratione ut post obitum ipsius romoaldi, ipsi maria et maralda et alferada et petrus et ex eis descendentes liberi permaneant absque omni serbili condicione. et licentiam habeant ire et habitare et esse quocumque voluerint. Et ipse romoaldus concessit eis omnem illorum iustum paratum et conquisitum ad faciendum ex eo quod voluerint. Sic tamen ut infra salernitanum principatum ipsi maria, maralda, alferada et petrus et ex eis descendentes non habeant licentiam alterum domnum habere nisi heredes ipsius romoaldi et maneant semper sub eorum defensione. Et ipse romoaldus obligavit heredes suos semper defendere libertatem in suprascripta ratione ipsis marie et maralde et alferade et petro et ex eis descendentibus ab

omnibus hominibus quibus per ipsum romoaldum illi vel ex ipsis quomodocumque dati aut obligati paruerit aut alienati et qui pro parte et dato ipsius romoaldi quascumque causationes de illorum libertate illis preposuerint. Ab aliis autem hominibus, et cum voluerint ab omnibus hominibus, potestatem habeant suam libertatem per se defendere qualiter voluerint. Tantum dum amatus filius ipsius romoaldi legitima uxore sociatus fuerit, ipsi maria et maralda et alferada et petrus et ex eis descendentes serbiant ipsi amato et adimpleant ei omnem illius iustam imperationem et ipse amatus eis victum et vestimenta ut iustum fuerit tribuat. Postmodum vero permaneant liberi in predicta ratione. Et si sicut suprascriptum est, heredes ipsius romoaldi ipsis marie et maralde et alferade et petro et ex eis descendentibus non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, ipse romoaldus obligavit heredes suas componere ipsis marie et maralde et alferade et petro et ex eis descendentibus centum auri solidos constantinos et sicut superius scriptum est adimplere. Et duas cartulas unius tenoris, hanc quam ipse amatus et alteram quam ipsi maria et maralda et alferada et petrus retinet, te truppoaldum notarium qui interfuisti scribere precepi. Ego qui supra iohannes iudex. Cum autem lecta fuit ipse amatus pro amore omnipotentis dei et anime eius salute per licentiam ipsius domni abbatis remisit ipsis marie et maralde et alferade et petro iamdicta condicione quam ipse amatus qui ipsi romoaldo notario heres successit in iamdictis maria et alferada et maralda et petro et eorum descendentibus habere debuit sicut suprascripta cartula continet. Ea ratione ut nullo tempore ipse amatus et eius heredes dummodo eis et ex eis descendentibus esset . . . . eorum defensione eos habere queratur, set quibus voluerit deserbiant et sub eorum defensione quos voluerint permaneant. Sic tamen ut ipse maria et maralda et alferada et petrus et ex eis descendentes non habeant potestate quo . . . . degere vel habitare intra totum vicum quod arcum magnum dicitur a casis angeli abbatis et meli et iohannis et petri clerici filii eius in parte orientis ipsis eorum casis. Et si in ipsis casis ipsorum angeli et meli et iohannis et petri clerici et ab eis in parte orientis ut dictum est . . . . . . habitare presumpserint, non habeant licentiam aliquo tempore alium domnum habere solummodo gaitam et mondam filias ipsius amati et heredes earum. et semper ipse maria et maralda et alferada et petrus et ex eis descendentes sub defensione ipsarum gaite et monde et heredum earum permaneant. Tantum dum vixerit ipse marie teneat applictum quod ipse romoaldus genitor eius de casis suis tenenti iudicavit et ibi resideat et si voluerit ipsos maraldam et alferadam et petrum vel ex eis descendentes habitandum recipiat dum vixerit sicut dictum est

voluerit. Cum autem ipsa maria obierit vel illa et ipsa alferada et maralda et petrus vel aliquis ex eis ipsis filiabus suis et heredibus earum et gemme genitricis earum vel cui ex eis rationibus rationem reddiderit ut aliquis ex vicinis illud dicat presens ex ipso applicto exeant cum rebus eorum. Et nullo tempore in ipsis casis ipsius angeli et filiorum eius et ab eis in parte orientis intra totum ipsum vicum ut dictum est ipse maria et maralda et alferada et petrus et ex eis descendentes aut aliquis ex eis degere vel habitare presument et si hoc facere presumpserit non alienos semper ipsos gaitam et mondam et heredes earum dominas habeant et sub earum et heredum earum defensione permaneant. Et ipsa maria cum de iamdicto applicto exierit licentiam habeat dum vixerit illud aliis quibus decet hominibus ad residendum dare et de tributo quod ex eo tollere potuerit faciat quod voluerit. Et per convenientiam ipse amatus obligavit se et suos heredes, si sicut superius scriptum est non adimpleverit et aliquit de eo removere aut contradicere presumpserit, componere ipsis marie et maralde et alferade et petro et descendentibus eorum centum auri solidos constantinos. Et quod superius scriptum est firmum stabilemque permaneat. Quod autem superius disturbatum est legitur si ut dictum est voluerit. Cum autem ipsa maria obierit vel illa et ipse alferada et maralda et petrus vel aliquis ex eis ipsis filiabus suis et heredibus earum et gemme genitricis earum vel alicui ex eis rationem; et inter virgulos superius scriptum est non alios nisi. Et hoc factum est dum idonei interessent homines. Et duas cartulas unius tenoris, hanc quam ipse iamdicte gaita et monda retinet, et alteram quam ipse maria et maralda et alferada et petrus, te iohannem notarium scribere precepi, que omnia suprascripta fecit ipse amatus per licentiam ipsius domni abbatis. Et ipso aliut disturbatum legitur iamdicta. quod te ipsum iohannem notarium subiungere iussi.

✝ θεοδωρος . . . . . . επισκοπος

✝ Ego qui supra iohannes humillimus abbas.

✝ Ego qui supra iohannes iudex.

✝ Ego romoaldus notarius me subscripsi.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCCLX

A. D. 1063

In nomine domini, vicesimo secundo anno principatus domni nostri Gisulfi glorioso principe, mense december, secunda indictione. Nos iohannes et leo germani et filii quondam urso et iohannes gemmato, urso germanus et filius quondam petri totidem dicitur musiriccla clarificamus nos abere rebus coniuncta cum rebus monasterii Sancti Arcangeli per nostrum rovoreum preceptum et congruum nobis est coram subscripti testes, et per hordinem commutationis coniuncti sunt cum sergio abbas supradicti monasterii et cum ipso advocatori prephati monasterii in predicta conbenientia commutatione; et per as fines et mensura ipsa nostra res vobis declaramus. Sicut incipit da termite quod fictum est inter as res et rebus eiusdem monasterii, Et descendit secus sepe de ipsa vinea usque in capu de ipso rio, ubi se incipit ipso rio et termite fictum est, sunt passi viginti septem; et descendente per ipso rio usque in fine predicto ipso loco ubi termite fictum est, est absque mensura et da pede has res trabersante da predicto termite usque in alio rio sunt passi triginta octo. Et iterum saliente per ipso ribus usque in fine rebus precepto sancti archangeli, Et per eadem fines abiente tramite usque in predicto termite priore fine est absque mensura et quod mensurabimus ad iuxsto passu securiter semper tu predicto domno sergio abbas tuosque posteros et pars prephatus monasterii predicte rebus abendum, possidendum, et omnia exinde faciendum que volueritis cum omnia infra se abentibus et vice de viis et in firmam stavilitatem et per alia cartula quod apud nos recepimus a te predictus abbas una que et cum ipso advocator eiusdem monasterii ipsa res que dictum da querriocupo qui fuit offertione marino filio quondam iohannes de quantu modo pertinens est in predicto monasterio in iamdicto loco cum omnia infra se habentes in omni deliveratione pro predicta offersione in illo loco qualiter superius recitatum est. De qua per combenientia nos toti qui supra nominati germani viri et insubrini qualiter superius computati sumus guadiam tibi domno sergius abbas et ab ipso advocator prephati monasterii dedimus et mediatoribus nos ipsos posuimus. Et per ipsam guadiam obligamus nos et nostros heredibus semper defensandum scriptis rebus per predicta finis et passi qualiter declaratum est tibi sergius abbas tuosque posteros et ad pars prefatum monasterium. da pars omnes nostros consortes et da uxoribus nostris et de omnes homines . . . . exinde volueritis esse tutores et defensores licentiam habeatis cum omni munimine et ratione quas inde fueritis qualiter volueritis exinde

causetis et finem faciatis. Quod si taliter omnia nos toti suprascripti germani et nostris heredibus tibi prephato domno sergius abbas tuosque posteros et ad pars ipsum monasterium non adimpleverimus et aliquid inde vobis minuare vel remobere voluerimus per nos vel per summissas nostras aut per quolivet ingenium seu ratione, per ipsam guadiam obligamus nos iohannes, leo, iohannes gemmatus, ursus et nostris heredes ad componendum tibi sergius abbas tuosque posteros, Et pars prephatum monasterii, Et cui hec videlicet scripta càrtula commutationis vice et pars prephati monasterii In manus paruerit unusquisque per capud quinquaginta solidos aurei constantini et quos legitur in scripto hordine firmiter permaneat. Et taliter scribsi.

† Ego landus presbiter et notarius et interfui.

† Signum manu urso filius quondam stabile.

† Ego romoaldo presbiter.

MCCCLXI

A. D. 1063

† In nomine domini, vicesimo secundo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense decembri, secunda indictione. Dum in sacro salernitano palatio coram presentia domne gemme principisse essem ego sico comes et iudex et abalsamus abbas monasterii Sancti magni quod constructum est foris hac civitate in pertinentiis cilenti loco ubi toranum dicitur qui cum golferio filio quondam radoaldi ex ipso loco cilento habitatore causare cepit ex rebus que fuerunt iohannis qui dicebatur dedeseia ac ipsius golferii germanus filius suprascripti radoaldi videlicet ex integro uno molino et duabus partibus de alio molino ex quo cetera pars pertinebat heredibus iohannis filii grimoaldi que constructa erant in fluvio lustra et de nobem partibus unam de integris terris de loco persecito. et de inclita sorte ipsius iohannis de castaneto qui est in loco sulco et de tota casa ipsius iohannis quam habuit in ipso castello cilenti ut totum illud ipsi monasterio pertinere et ipse golferius illud parti ipsius monasterii . . . . contrasset. At ipse golferius respondit sibi pertinere. Ego autem iudicaveram ut per partem plicarent se ipse abbas cum rationibus ipsius monasterii et ipse golferius cum suis rationibus et secundum legem inter se finem de eo faciant. Et per partem plicaberunt se: ipse

Abbas ostendit precepta inter que unum continebat qualiter domnus guaimarius princeps salerni et capue et dux melfitanorum et sirrentinorum concesserat Andree abbati suprascripti monasterii integrum unum molinum et duas partes de alio molino unde heredes iohannis filii Grimoaldi habebant tertiam partem et erant amba ipsa molina in fluvio lustra et fuerant ipsius Iohannis filii de sele. et totam conquisitionem quam in persicito habuerat ipse Iohannes videlicet de nobem sortibus unam et sociam ipsius iohannis de castaneto in loco sulco et casam quam habebat in castello cilento. He autem omnia suprascripta ipsi Andree abbati et in predicto monasterio concesserat ad habendum ille et eius successores omni tempore et facient exinde pars predicti monasterii quod voluerit absque omnibus puplicis requisitionibus. Tantummodo diebus vite cenede eius et in predicto monasterio non concesserat quartam quam in predicta hereditate habebat quam fuerat uxor ipsius iohannis. post mortem autem illius cenede redeat in ipso monasterio quartam illius absque cuiuslibet contrarietate vel requisitione sicut ipsum preceptum continet scriptum per truppualdum abbatem anno vicesimo tertio principatus ipsius domni Guaimarii salerni et tertio anno eius principatus capue ac secundo anno ducatus eius Amalfis et sirrenti mense nobembri concurrente iamdicta indictione. Et ipse golferius similiter ostendit cartam et precepta inter que unum continebat. qualiter ipse domnus guaimarius, divina protegente clementia, langobardorum gentis princeps concesserat ipsi iohanni filio radoaldi et golferio suprascripto germano suo. et ademario genero amati et maraldo filio ursi et mirando filio iohannis et riso germano suo et iaquinto filio ipsius iohannis et iohanni silbiano filio grimoaldi et radoaldo filio sarapi et pando et maraldo et sando nepotes eiusdem radoaldi et maraldo laurenensi et lamberto et iohanni filio iohannis et romoaldo et urso filiis Ademari et iohanni filio iaquinti et urso filio iohannis et musando et urso filiis lamberti et siceltardo et maraldo et sellitto filio ciceri et iohanni et urso filiis maraldi et maraldo filio marcolfi et maraldo et riso et cennamo et mauro filiis iohannis clerici et iohanni nepoti eorum et iohanni filio burlingi et iohanni filio marangii et iohanni et disio filiis sesami et rattaro filio disigii et iohanni et radoaldo et musando et petro filio marangii et urso filio maraldi clerici et disio filio imperati et iohanni filio ferri, sando filio sadelchisi et urso filio balsami et petro filio ciari et iohanni filio rainaldi et dauferio filio iohannis et grimoaldo filio ciari et cennamo filio balsami et maraldo filio petri clerici et iaquinto filio iohannis regis terras et silbas et vineas in loco persecito pertinentiis sacri palatii per fines. A fine iohannis presbiteri quomodo descendet vallonem qui dicebatur daruta et mittet in alento et quomodo descendebat ipsum fluvium alentum et iungebat secum fluvio qui descendebat da lustra et saliebat usque valluncellum qui dicebatur de stefano et saliebat

per ipsum valluncellum da stefano usque serra rotunda que erat propinquo casa maraldi et descendebat a capite predicte serre per mediam serroncellam quomodo descendet ipsum valluncellum qui vocatur da monacelli et mittet in vallone qui dicitur daruta priore fine. he vero terre et vinee et silbe ipsis omnibus prenominatis illorumque heredibus et filiis concesserat ad faciendum quod voluerint absque contrarietate eius reipuplicae sed omni tempore eas possidere et dominare valeant illi et illorum heredes absque omnibus puplicis requisitionibus sicut ipsum preceptum continet scriptum per ipsum truppoaldum abbatem mense martio, concurrente indictione prima, anno deo propitiante eiusdem principatus quintodecimo et amba ipsa precepta utili anulo erant sigillata. que cum lecta fuerunt ipse abbas volebat sibi habere totum et integrum illud quod ipsi andree abbati et iamdicto monasterio concessum fuerat quam ipsi monasterio pertinere dicebat sicut suprascriptum preceptum quod ostendit, continet. Sed ipse golferius hoc contradicebat et sibi pertinere asserebat eo quod ipse iohannes germanus eius absque liberis et condito testamento decessisset et sibi successisset et heredem esse proclamabat. Et contra ipse abbas responsum dabat quem secundum consuetudinem loci illius si quis absque testamento et liberis mortem tendebat non alius nisi curtis sacri salernitani palatii ei succedebat. Sed ipse golferius magis ac magis clamabat et se hoc dicere non tacebat quoniam suprascriptus domnus noster et excellentissimus gisulfus princeps concessit omnibus cilentinis hominibus ut parens parenti per gradum et parentela secundum langobardorum legem succederet et hec consuetudo in eodem loco nunquam fuisset. At ipse abbas hanc posse probare consuetudinem dicebat et antea ipse domnus guaimarius illud in iamdicto monasterio concesserat quam ipsis cilentinis hominibus ut ipse golferius affactus est ipse domus gisulfus princeps concessisset. cum autem ex hoc diu inter se litigassent et plurimas controbersias et questiones preposuissent colloquio plurimorum hominum antequam legaliter ac consuetudinem ipsius loci finirentur venerunt de eo ad convenientiam dum idonei interessent homines sicut inferius describendum est. Et per ipsam convenientiam ipse golferius et iohannes filius eius manifestaberunt ipsi abbati de integra terra que est iscla in qua ipsum molinum constructum est que est per fines et mensuras. A parte orientis est finis medium vallitellum. A parte septentrionis est finis via antica et passi septuaginta quattuor. A parte occidentis passi octo. A parte meridiei est finis medius ipse fluvius qui descendit da lustra qualiter cum ipso vallitello coniungit et de integris ipsis ducibus partibus ipsius alteri molini qualiter pars ipsius monasterii concesse fuerunt cum arcaturiis et omnibus pertinentiis ipsorum molinorum. Et de integra terra quam pro ipsa nona parte in iamdicto loco perfecit et pars iamdicti monasterii possidet que est per fines et

mensuras. Ab occidente est finis medius fluvius qui descendit da lustra qualiter incipit a tribus terminibus qui in unum fixi sunt prope vadum quod ducit ad sanctum theodorum et descendit per ripam ipsius fluvii passos ducentos quadraginta quattuor. et ab inde ascendit per medium vallonem sicut terminatum est usque medium serra in qua terminus fixus est. Et ab ipso termino descendit per medium vallonem. In parte orientis et finitur ipsum vallonem et vadit quasi in partem meridiei per medium vallitellum usque fluvium alentum. Ab ipsis autem tribus terminibus qui prope ipsum vadum sancti theodori fixi sunt ascendunt recte in vallonem. Et per medium ipsum vallonem iuxta quem fons que dicitur de luboccanare esse videtur ascendit et recte vadit in duos termines qui in unum fixi sunt in toro rotundo qui est media serra in quibus completi sunt ab ipso termine qui fixus est in media ipsa serra passos duocentos sexaginta quattuor per ipsa serra mensurati. Et ab ipsis duobus terminibus qui in ipso toro fixi sunt vadit per medium serronem passi viginti quattuor usque terminem qui ibi fixus est. Et ab ipso termine descendit per plaiam in parte quasi septentrionis et coniungit in vallonem. Et per medium ipsum vallonem descendit et coniungit in vallitellum et per medium eumdem vallitellum vadit recte in partem orientis in iamdicto fluvio alento. Ab ipsa parte orientis est finis medium ipsum fluvium alentum qualiter ab isto medio vallitello descendit et coniungit cum ipso alio vallitello. Et de integra terra cum vinea quam stefanus et melus et georgius et ursus filii meli cum Amata genitrice eorum ex reliquo de ipsis terris de persecito vendiderunt andree abbati suprascripti monasterii ad habendum ille et successores eius cum introitu et exitu eius et cum vice de via sua que est per fines et mensuras. Ab oriente passi viginti nobem. De capite passi triginta septem usque terminem. Et descendente modicum usque alium terminem passi sex. Et ab inde habiente in vallonem passi decem et octo et descendit per riatellum in vallonem et abientem in ipso termine qui fixus est intra de ipso vallone priore fine sicut continet carta que scripta est per petrum diaconum et notarium vicesimo sexto anno principatus salerni domni guaimarii et sexto anno principatus eius capue et quinto anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et secundo anno suprascriptorum principatuum ipsius domni gisulfi mense aprili duodecima indictione satis roborata. Et de integra medietate sortis suprascripti musandi filii marancii quam in ipsis terris de persecito ei habere pertinuit exinde medietate olim ipse musandus per firmam cartulam venumdederat leoni filio arcumani de loco lustra habitatore unde ipse musandus erat sicut ipsa cartula continet scripta per talaricum presbiterum et notarium septimodecimo anno principatus ipsius domni guaimarii filii domni guaimarii mense (*deest mensis*) tertia indictione sufficienter roborata et postmodum fasanus filius ipsius leonis integrum

illud qualiter ipse leo ab ipso musando emerat venumdederat ipsi andree abbati suprascripti monasterii ad habendum ille et posteriores eius et partes predicti monasterii et facient inde quod voluerint sicut continet cartulam ipsius monasterii scripta per petrum, subdiaconum et notarium vicesimonono anno principatus salerni ipsius domni guaimarii et nono anno principatus eius capue et octabo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et quinto anno principatus et ducatus ipsius domni gisulfi et quinto anno ducatuum eorum apulie et calabrie mense augusto tertia decima indictione satis autem roborata. nec non et ipsi pater et filii manifestaverunt ipsi abbati de omnibus terris intra quas ipsum monasterium constructum esse videtur que sunt per fines et mensuras. A parte septentrionis est finis medium vallonem qualiter incipit a bado qui dicitur sancti magni in qua duo vallones in unum iunguntur, unum quod descendit inter terras sancti flaviani et ipsius golferii et aliorum et alii inter ipsas terras iamdicti monasterii et inter terras ipsius golferii et aliorum et descendit et coniungit cum alio vallone per quem fluvius decurrit qui dicitur da la molina. A parte orientis est finis medius ipse fluvius qualiter ascendit et coniungit in finem rerum ecclesie sancti felicis que in eodem loco constructa est et per eamdem finem et secus finem aliorum per medium ipsum vallonem et per mediam vallem que dicitur orticaria ascendit et coniungit in via que dicitur de fageto que ascendit ad ipsum castellum cilenti. et per ipsam viam descendit unde antiquitus ire solebat et coniungit in locum quo dicitur aqua de agrifolio et ab inde descendit per ipsam viam anticam et coniungit in duobus terminis qui in unum iuxta ipsam viam fixi sunt longius ab ecclesia sancti fortunati que intra ipsas terras ipsius monasterii constructum est passi duecentos nonaginta octo recti mensurati et cubitus unus. et ab ipsis duobus terminibus transgrediatur ipsam viam et descendit per medium vallitellum in vallonem qui dicitur da li gebiruti. et per medium ipsum vallonem descendit passi quinquaginta septem. et a medio ipso vallone ascendit recte in ipsam partem meridiei passi centum usque duos terminos in unum fixos. et ab inde revolvit in partem occidentis sicut terminatum est passi centum triginta. Ab ipsa parte occidentis est finis via antica et passi sexaginta quattuor. et revolvit in ipsa parte occidentis per ipsam viam passi quadraginta nobem et medium et ab inde descendit per mediam sepem in parte septentrionis in ipsum vallonem da li gebiruti per quod aqua fluit, et per medium ipsum vallonem descendit et coniungit cum alio vallone supter locum qui dicitur castelione. et ab inde ascendit per medium alium vallonem qui nominatur sabucitu secus terram que dicitur da li romani. et a medio ipso vallone secus ipsam terram ascendi per medium limitem in parte septentrionis in viam anticam. et per ipsam viam vadit in eadem parte et dimittit eam et

vadit per limitem in ipsa parte usque terminem qui fixus est longius a cantone septentrionali case fabricate radoaldi filii alfani, passi quattuor minus cubitum. et ab inde vadit in ipsa parte septentrionis recte in alio termine passi sexaginta unum et ab inde revolvit in parte ipsa orientis usque ipsam viam qualiter ad castellum cilenti in eo loco quo terminus fixus est inter has et ipsas terras iamdicti golferii longius ab ipsa ecclesia sancti fortunati passi ducentos triginta nobem et medium. et ab ipso termine descendente recte per terminem et per medium vallitellum secus ipsas terras ipsius golferii in vallonem qui descendit intra ipsas terras iamdicti monasterii per quod aqua fluit et per medium descendit secus ipsas terras ipsius golferii et iuxta terras hominum qui dicuntur de massa canina et coniungit cum ipso bado sancti magni priore fine. et de integris tribus partibus de una pecia de terra vacua iamdicto loco castellione que tota est per fines et mensuras: a parte septentrionis est finis ipsa via et per eam mensurati passi quinquaginta nobem, a meridie est finis medium vallonem et passi sexaginta, et per longitudinem ab ipsa via usque medium ipsum vallonem sicut a parte orientis et occidentis terminatum est. ea ratione ut hoc totum de quo ipse pater et filii, ut superius legitur, manifestaverunt, cum omnibus que intra illud sunt preter ipsam viam que ad ipsum castellum vadit cunctisque eius pertinentiis et cum vice de ipsa via et de aliis viis suis, semper sit in potestate ipsius abbatis et successorum eius et pars ipsius monasterii. et liceat ipsum abbatem et successores eius et pars predicti monasterii de eo facere quod voluerint. et nullo tempore ipsi golferius et iohannes et illorum heredes ex eo quod ut suprascriptum est, manifestaverunt, ipsi abbati et successoribus illius et parti ipsius monasterii aliquas actiones vel controversias preponere presument. Sed ut dictum est, semper illud securiter habeant et de eo faciant quod voluerint absque contrarietate ipsorum golferii et iohannis et heredum illorum. Et ipse abbas in presentia ipsius domni principis per ipsam convenientiam manifestavit ipsi golferio de integra ipsa terra cum casa quam ei et iohanni fratri suo qui superius nominatus est, pertinuit habere in ipso castello cilenti et qualiter ipsi andree abbati concessa fuit sicut ipsum preceptum continet. Et de integra terra cum castaneto et saliceto, quam ei et ipsi iohanni fratri suo pertinuit habere in loco sulco, de qua ipsam sociam prefati iohannis ipsi Andree concessa fuit, ut suprascriptum est. et tota ipsa terra cum castaneto et saliceto est per fines et mensuras. A parte meridiei est finis sicut terminatum est et passi centum viginti octo. Ab oriente est finis via antica et passi nonaginta quinque. A septentrione est finis sicut terminatum est et passi triginta octo usque viam anticam. et per ipsam viam vadit in partem occidentis passi triginta sex, Ab ipsa parte occidentis est finis, sicut

terminatum est et passi quadraginta, et revolvit quasi in ipsa parte occidentis per limitem passi nobem, et revolvit in parte meridiei passi sedecim, et revolvit in parte occidentis passi quattuor, et revolvit in ipsa parte meridiei per medium vallitellum passi quinquaginta minus cubitum usque ipsam primam finem. Itemque ipse abbas manifestavit ipsi golferio de omnibus terris de casiliano, in quibus ipse golferius residet, que sunt per fines et mensuras. A parte occidentis est finis media serra montis, qualiter incipit mensurata ab ipso termine, qui fixus est inter has et suprascriptas terras, in quibus ipsum monasterium constructum est longius ab ipsa ecclesia sancti fortunati ipsi ducentos triginta nobem passi et medium. et vadit per mediam ipsam serram passi centum octoginta unum usque terminem qui in media ipsa serra fixus est et ab ipso termine descendit in parte orientis per mediam serram, qui discernit inter has terras et ipsas terras sancti flaviani passi centum septuaginta duo usque terminem, qui ibi fixus est. et ab eo revolvit in parte septemtrionis secus ipsas terras ipsius ecclesie sancti flaviani sicut medium serroncellum descendit et aliquantum medium vallitellum quod per manus hominis factum est, passos centum nonaginta usque vallitellum; et per medium ipsum vallitellum descendit in vallone iuxta ipsas terras ipsius ecclesie et per medium ipsum vallonem descendit secus ipsas terras iamdicte ecclesie in vallone maius. Ab ipsa parte septentrionis est finis medium ipsum vallonem quod est supter ipsa ecclesia sancti flaviani et per eum mensurati passos ducentos et sexaginta duo. A parte orientis est finis terra ipsorum hominum qui dicuntur de massa canina sicut medium vallonem et medium limitem discernunt et per eamdem finem mensurati passos ducentos septuaginta. et revolvente per eamdem finem in parte occidentis sicut medius limes discernit passi quinquaginta sex, et revolvit in parte meridiei per ipsam finem sicut medium limitem discernit passi centum septem ac medium usque mediam serram et a media ipsa serra descendit in ipsa parte meridiei per eamdem finem passi ducentos viginti usque medium vallonem qui, ut suprascriptum est, descendit intra ipsas terras suprascripti monasterii per quod aqua fluit. Ab ipsa parte meridiei est finis medium ipsum vallonem et per eum mensurati passi ducentos viginti octo usque ipsum vallitellum qui est inter has res et suprascriptas terras ipsius monasterii, et ab ipso vallone ascendit per ipsum medium vallitellum qui inter has suprascriptas terras ipsius monasterii ducit passi ducentos quattuor usque duos termines in unum fixos et ab ipsis duobus terminibus ascendit recte secus ipsas terras ipsius monasterii sicut termini fixi sunt passi nonaginta quattuor usque ipsam primam finem. Ea ratione ut hoc totum de quo ipse abbas, ut superius legitur, manifestavit, cum omnibus que intra illud sunt cunctisque eius pertinentiis et cum vice de viis suis, semper sit in potestate ipsius golferii et heredum eius, et liceat illum et suos heredes de eo facere quod

voluerint et nullo tempore ipse abbas et successores eius et pars iamdicti monasterii ex eo quod ut suprascriptum est manifestavit ipsi golferio et illius heredibus aliquas actiones vel controversias preponere presument; sed ut dictum est, semper illud securiter habeant et de eo faciant quod voluerint absque contrarietate ipsius abbatis et successorum eius et partis ipsius monasterii, suprascriptis autem omnibus mensuriis iuxto passu hominis mensuratis. Et per convenientiam ipse golferius et iohannes, tamen ipse iohannes per licentiam ipsius golferii genitoris sui per quam omnia que in hac carta scripta et scribenda sunt fecit, guadiam ipsi abbati dederunt et fideiussorem ei posuerunt Alferium de loco ruticino habitatorem filium quondam ademarii. et per ipsam guadiam ipse iohannes filius golferius obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi abbati et successoribus illius et parti ipsius monasterii integrum illud de quo ut suprascriptum est manifestaverunt ipsi pater et filius ab omnibus hominibus quibus per eos et per eorum heredes et per ipsum iohannem germanum ipsius golferii illud vel ex eo quomodocumque datum aut obligatum vel manifestatum seu alienatum paruerit et quod pro illorum et heredum eorum parte et dato quascumque causationes de eo ipsi abbati et successoribus illius et parti ipsius monasterii preposuerint. Ab aliis autem hominibus et cum voluerint ab omnibus hominibus ipse abbas et successores eius et pars iamdicti monasterii potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Et si sicut superius scriptum est ipsi pater et filius et illorum heredes ipsi abbati et successoribus illius et parti ipsius monasterii non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere ipsi abbati et successoribus eius et parti ipsius monasterii mille auri solidos constantinos. quod autem superius inter virgulos scriptum est legitur ab oriente et superius inter virgulos scriptum est in aliis locis, in uno legitur iohannis, in alio vero successores eius. Et taliter te romoaldum notarium scribere precepi.

† Hec ego grimoaldus notarius testor.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

† Ego qui supra sico comes et iudex.

MCCCLXII

A. D. 1063

Aliud exemplar suprascripti instrumenti.

MCCCLXIII

A. D. 1064

† In nomine domini, vicesimo secundo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense ianuario, secunda indictione. Ante me petrum iudicem petrus filius quondam iaquinti coniunctus est cum iohanne filio quondam ursi qui dictus fuit aurifex. Et ipse petrus monstravit ipsi iohanni quadraginta auri tarenos ex presenti moneta. ut in completo uno anno amodo dinumerato ipse iohannes et eius heredes reddere ipsi petro et illius heredibus quadraginta octo auri tarenos bonos de moneta que tunc in hac civitate formavitur ad faciendum de eis quod voluerint. Et ob hoc ipse iohannes apposuit ipsi petro integram octabam partem suam de uno molino quod cum eodem petro et cum aliis suis consortibus commune habet in loco veteri suptus monte in quo aqua que dicitur destillanti decurrit cum inclita octaba parte de isclis et arcaturiis et ripis et omnibus ipsi molino pertinentibus et cum integra octaba parte de una cripta lapidea que in latere montis facta est et de isclitella que est ante ipsam criptam et super ipsum molinum et per eandem isclitellam via ducit. Et de sedecim partibus unam de tota terra cum vinea et vacuo que est in monte de catabulo quam dixit esse coniunctam: A parte septentrionis ad terram ipsius petri et aliorum et in eadem parte per viam que intra ipsam terram ducit mensurati passi quinquaginta sex. et a parte meridiei coniunctam ad . . . . mensurati passi septuaginta et in medium per trabersum mensurati passi quinquaginta unum iusta passu hominis mensuratis. et a parte orientis coniunctam ad terram pastenatorum . . . . et consortibus eius dixit esse obligatam et ab occidente ad terram aliorum. Ea ratione ut si in iamdicto completo anno ipse iohannes et eius heredes ipsos quadraginta octo tarenos ipsi petro et illius heredibus, sicut suprascriptum est, non reddiderint, tunc simul illuc cum doctis hominibus pergant qui ipsam octabam et sextadecimam partes quas ut suprascriptum est, ipsi petro apposuit, iuste appretient, et quantum per eos appretiate fuerint,

tantum pretium ipse petrus et eius heredes ipsi iohanni et illius heredibus tribuant coram iudice istius civitatis, computato in ipso pretio iamdictos quadraginta octo tarenos, et firment ipsi petro et illius heredibus coram ipso iudice ipse iohannes et eius heredes totum et integrum illud quod ei, ut suprascriptum est, apposuit cum vice de viis suis et cum omnibus intra se habentibus et suis pertinentiis per cartam venditionis secundum legem factam, et a puplico istius civitatis scriba scriptam, cum guadia et idoneo fideiussore et pena obligationis et sicut ipsius terre est consuetudo. Et hoc convenit inter eos ut ipse iohannes et eius heredes tam intra ipsum annum quam et ultra eum nullo tempore habeant licentiam cuicumque illud quod ut suprascriptum est ipsi petro apposuit vel ex eo vendere donare aut obligare vel per quemlivet modum alienare nisi ipsi petro et illius heredibus integrum illud vendant pretio iusto quo per doctos homines iuste appretiatum fuerit. Et faciant ipse iohannes et eius heredes scire ipsum petrum et eius heredes pro eo emendo per tertium constitutum usque dies triginta sex, et si infra ipsa constituta ipse petrus et eius heredes illud ut suprascriptum est noluerint, tunc post ipsa constituta ipse iohannes et eius heredes licentiam habeant de eo facere quod voluerint. Nam si ante ipsa constituta ipse iohannes et eius heredes cuicumque alteri illud vel ex eo vendiderint, donaverint vel obligaverint aut quocumque modo alienaverint, sicut de eorum pareat potestate subtractum, tunc totum et integrum illud sit in potestate ipsius petri et heredum eius cum vice de viis suis ad faciendum de eo quod voluerint ipsi petro et illius heredibus defensatum ab omnibus hominibus. Et quando ipse petrus et eius heredes voluerint, potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint. Et si intra ipsum annum vel ultra eum ipsi petro et illius heredibus ut suprascriptum est, illud vendere voluerint, tunc accepto ipso iusto pretio coram iudice istius civitatis illud ipsi petro et illius heredibus vendant cum guadia et idoneo fideiussore et pena obligationis sicut lex et consuetudo istius est civitatis. Sic tamen ut si intra ipsum annum vel in completo eo illud ipsi petro et illius heredibus vendiderint, imputent sibi ipsos tarenos quos ei mutuabit intra ipsum iustum pretium et iamdictam eorum usuram per rationem sicut eos intra ipsum annum tenuerint; et si de ipsa sextadecima parte sua de ipsa terra cum vinea et vacuo intra ipsum annum romoaldo naturali filio suprascripti ursi ipse iohannes donare voluerit, potestatem habeat ex ea illi donare quantum voluerit, sic tamen ut illud quod de ea ei ut dictum est donatum fuerit, ipse romoaldus et eius heredes semper habeat obligatum ipsi petro et illius heredibus in omni ordine et tenore, quemamodum ipse iohannes illud ut suprascriptum est ipsi petro et illius heredibus obligavit. Et si illud quod, ut dictum est, apposuit minus ex ipsis tarenis cum iamdicta eorum usuram per rationem quantum tempus eos tenuerint, cum intra ipsum annum vel completo eo vendere voluerint, appre-

tiatum fuerit, tunc quod appretiatum fuerit pro eadem venditione ipse iohannes et eius heredes sibi imputet et quod superfuerit ipsi petro et illius heredibus reddant. Et per convenientiam ipse iohannes guadiam ipsi petro dedit et fideiussorem ei posuit Amatum filium quondam guiconis. Et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes, si sicut superius scriptum est ipsi petro et illius heredibus non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, componere ipsi petro et illius heredibus quinquaginta auri solidos constantinos et sicut superius scriptum est adimplere. Verumtamen hoc memoramus quoniam ipse petrus dixit sibi pertinere de integro ipso molino et de ipsis isclis et ripis et arcaturiis et omnibus sibi pertinentiis et de iamdicta cripta et isclitella ante eam et de inclita ipsa terra cum vinea et vacuo quartam partem integram minus quintam partem ex ipsa quarta parte. Et ipsa isclitella ante ipsam criptam a parte meridiei coniuncta est ad medium fluvium qui boneia dicitur. Et ubi superius quasi aliud descriptum videtur esse, nichil aliud legitur nisi octabam et sextadecimam. quod autem inter virgulos superius scriptum est, legitur annum, et taliter te romoaldum notarium scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCLXIV

A. D. 1064

† In nomine domini, vicesimo secundo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi prencipis, mense ianuarius, secunda indictione. Ideoque ego mulier nomine gemma quomodo sum uxorem marzu clarifico, quoniam ego iamdicta mulier quia a pars mulier nomine maria genitrice mea mihi est pertinentem abere una peciola de terra cum aliquantis arboribus infra fines nucerie in locum ubi barbaciano dicitur, et congruum est michi nominata gemma per consensum et voluntate istius marzu viro meus, in cuius mundium me dico esse, ante subscripti testes illut donare et confirmare iohanni saidone filio quondam petri quam . . . . nepotibus nostre filia quondam pollicarii, que est ipsa suprascripta pecia de terra per ec finis et mensuras: a parte orientis fine bia publica, inde abet passi viginti et medium, a pars meridie fine de consortes nostros, inde passi viginti octo et medium: ab occidente passi viginti duo: a septemtrione fine nostra, inde passi viginti octo, mensurati ad iuxto passu ominis. predicta pecia de terra per suprascripte finis et mensuras, sicut diximus, inclita medietas et inde vo-

bis suprascripti thii et nepotibus ego donabi et reliqua halia medietas erat pertinente vobis a parte godeni germani nostri. et ego nominata mulier ut eos pleniter adimpliret erga me conbocavi histum marzu viro meus, in cuius mundium me dico, et una cum illum et ipse viro meus consentiens inde michi fuit dandum predicta pecia de terra inclita medietas cum omnia infra se abentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de via sua, ut vobis suprascripti iohanni et grima et gemma thie et nepotibus illut donavimus ad securiter et firmiter amodo et semper vos vestrisque eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quicquid volueritis absque omni contrarietate nostra et de nostris eredibus aut cuiquam ominibus. et pro confirmandam, et staviliscendam ec suprascripta nostra donatione nunc a presentis subscepimus a vobis suprascripti thii et nepoti iuxta lege launegilt pellicia linia una. et aurei tari voni sex in omni deliberatione sicut inter nobis combenit. finitoque launegilt ipsum aput vos ea ratione et per combenientia ego suprascripta gemma guadiam vobis iamdictis iohanni et grima et gemma dedit per absolutione istius marzi viro meus et una cum illum et mediatorem vobis posuimus maramcisclimbu filium quondam maraldi. Et per ipsa guadia obligavimus nos et nostris eredibus semper defendere vobis vestrisque eredibus tota et integra suprascripta nostra donatione ut supra legitur da omnes omines omnique parte et cum vice de via sua. et quando volueritis vos et vestris eredibus per vos inde exse autori et defensori, licentiam et potestatem abeatis vice nostra cum ista carta et cum quale alia monimine et ratione quas inde abere potueritis; in omnibus inde causare et finem facere sicut vultis. Nam quando vos et vestris eredibus inde quesieritis autore et defensore, nos autem et nostris eredibus semper taliter illut vobis vestrisque eredibus defensemus sicut supra legitur et si taliter omnia suprascripta nos et nostris eredibus illut vobis vestrisque eredibus non defensaberimus, sic vobis persolbamus et adimpleamus iuxtitia, sicut in lex lamghobardorum de donum et subsceptum launegilt comtinet, ita nobis adimpleamus, et si omnia suprascripta vobis non adimpleberimus, per suprascripta guadia per combenientia componere hobligamus nos et nostris eredibus vobis iamdictis iohanni et grima et gemma vel ad vestris eredibus seu cui carta suprascripta vice vestra in manum paruerit, viginti auri solidos constantinos et suprascripta vobis adimpleamus. et ego nominata gemma omnia suprascripta fecit per voluntate istius viro meus in cuius mundium me dico esse et una cum illum. et taliter scribere rogavimus te petrus notarius actum nuceria.

† Ego guisenolfus.

† Ego iohannes.

MCCCLXV

A. D. 1064

† In nomine domini, vicesimo secundo anno principatus domni nostri gysulfi glorioso principe, mense ianuarius, secunda indictione. ego rendene filia quondam marro et relicta sum iaquinto filio quondam iohanni profiteor me abere quarta pars per meum ascriptum morgincapud michi emissum a predicto viro meus et congruum michi est per combenientia venumdare pro vice de ipsa mea quarta tibi mulier nomine maria monacha filia quondam iaquinto qui sumus toti de camilla et in eodem loco exinde venumdare . . . . mensura. a pars occidentis abet passi sex et cubita dua et planta una, de superna pars a meridie sunt passi decem et octo. et descendente secus ipsa sepis orientis partibus sunt passi triginta tres et abiente a septentrione et cornum dante et feriente in prima fine sunt passi triginta et cubiti tres et palmo uno cum omnia infra se abentibus et vice de viis. sicut michi eidem mulier est congruum et omnia per memetipsa egi quia illius etatis me esse confiteor cui nec autori nec curatoribus auxilium esse indiget et coram ydoneis hominibus per hanc cartulam venumdedi atque remisi tibi eidem mulier suprascriptis rebus ut hexinde faciatis et possideatis et dominetis et omnia exinde faciatis que volueritis absque omni mea et de meis heredibus contrarietate et per firmam stavilitatem ego rendene recepi a te maria monacha auri tari sex in omni deliberatione. De qua per conbenientia ego rendene guadiam tibi maria monacha dedi et fideiussorem tibi posui maraldo filio quondam iohanne de loco ancilla dei. et per ipsam guadiam obligavi me et meis heredibus semper defensandum tibi eidem mulier scriptis rebus da omnes homines. et quando per vos ipsos volueritis exinde esse defensores cum omni ratione quas inde abueritis, licentiam abeatis. Quod si taliter omnia ego mulier et meis heredibus tibi predicta mulier et ad tuis heredibus vel cui per te datum vel alienatum paruerit, non adimpleberimus et aliquit exinde tollere vel contrare vel causare voluerimus per nos vel per summissas nostras vel per quolivet ingenium vel ratione per ipsam guadiam obligo me et meis heredibus ad componendum tibi predicta mulier et cui per te datum vel alienatum paruerit et cui videlicet scriptum in manu paruerit viginti solidi aurei constantini et quod supra legitur firmiter permaneat. et sicut supradictum est, ego rendene omnia per memetipsa egi, quia illius etatis me esse confiteor cui vocatori vel curatori auxilium esse indiget. Quod scribere rogabimus te landus presbiter et notarius et interfui.

† Ego romoaldo presbiter.

† Signum manum urso filius quondam stabile.

MCCCLXVI

A. D. 1054

✝ In nomine domini, vicesimo secundo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense ianuario, secunda indictione. Ante me iohannem iudicem mulier nomine mansa filia quondam leonis apuliensis que fuit uxor quondam iohannis qui dictus fuit falceara et petrus filius ipsorum manse et iohannis coniuncti sunt cum maraldo clerico et medico et abbas ecclesie sancte semperque dei genitricis virginis marie que constructa est intus a deo conserbata salernitana civitate intra muro et muricino pertinente ipsa ecclesia heredibus quondam domni iohanni principis. Et per ipsis mansa et petrus hostensum est unum scriptum que talibus continebat: In nomine domini, septimodecimo anno principatus suprascripti domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense martio, undecima indictione. memoratorium factum a me mulier nomine mansa filia quondam leonis apuliense relicta quondam iohannis qui cognominato fuit falceara coram subscriptos idoneos homines per convenientiam per voluntate petri et landone filii mei cumque omnia que in ac cartula scripta vel scrivenda sunt, faciant, tenent et resident, tradidit michi iohannes clericus et abbas ecclesie sancte marie et filius quondam agenolfi inclita sortione sua de terra cum casa lignita, solarata de intus hanc salernitanam civitatem super et propinquo ipse ecclesie, quod ante os annos ipse iohannes clericus et abbas da me et da ipsi filii mei ipsam terram cum casa comparatam habui, que da parte occidentis et da parte meridiei coniuncta est at plateas et qualiter tunc conciata et edificata est et qualiter usque nunc illam tenui cum scala lignea posita in suprascriptam ipsam plateam da parte occidentis, taliter illam michi modo tradidit. Tali tinore ut amodo et usque viginti et septem annos completi at mea et de meis heredibus sint potestate, fobee et omnes nostre utilitatis ibi faciamus iusta ratione, et ibi resideamus et abitemus et at residendum illut demus cui voluerimus, et omnes pedes et seditura quod de ipsa traditione tollere et habere potuerimus usque ipsi anni completi tum illut nobis habeamus. Tantum pro censum de ipsa traditione ego et meos heredes per omnes annos usque ipsum constitutum completum demus ipsius iohanni clerico et abbati et ad eius heredes de suprascripto mensurato octo aureos tarenos vonos ut per caput et sine iuncta badant. Et quicquit in ipsa casa necessum fuerit conciandum vel coperiendum usque ipsi anni ego et meos heredes faciamus illut conciare at omnem nostrum exspendium.

Completi vero ipsi viginti et septem anni, liceat me et meos heredes et homines quod ibi at residendum miserimus inde exire cum omnes causa nostra movilia et ire ubi voluerimus, et ipsa traditione clusa et cooperta cum regias et claves, qualiter modo conciata et edificata est, ipsius iohanni clerici et abbati et eredibus suis atsignemus faciendum ex eo quod voluerit. Et per convenientiam guadiam michi ipse iohannes clericus et abbas dedi et fideiussorem michi posuit alfano clerico filio quondam ademarii et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes defensandum michi meique heredibus inclita suprascripta traditione cum vice de ipsis plateis usque ipsi anni completi ab omnes homines in suprascripto tinore, et non querat illut nobis tollere vel contrare usque ipsi anni completi. Et si taliter illut nobis non defensaberint et aliquit de suprascriptis contradixerint, per ipsam guadiam et convenientiam obligavit se ipse iohannes clericus et eredum suorum componere michi meique heredibus triginta auri solidos constantinos et suprascripta adimplere, quod scripsi ego iohannes notarius. ego qui supra iohannes abbas. ego ademarius notarius me subscripsi. ego iohannes notarius me subscripsi. Ut autem ipsum scriptum fuit hostensum, ipse abbas dum idonei homines interessent, dedit ipsorum matri et filiis triginta et sex auri tari voni de presenti moneta faciendum ex eis quod voluerit. Et ipsi mater et filii propter hoc per convenientiam remiserunt ipsi maraldo clerico et abbati integrum ipsum scriptum at faciendum de eo et de omnia quod continet ipse abbas et successores suos et partes suprascripte ecclesie quod voluerint. Et per convenientiam ipsis mater et filii guadiam Ipsi abbati dederunt et fideiussorem ei posuerunt alfanum filium quondam alfani comitis qui dictus est sciliato. Et per ipsam traditionem obligaverunt se et eorum heredes, si sicut superius scriptum est, ipsi abbati et successoribus suis et parti suprascripte ecclesie non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam componere obligaverunt se et eorum heredes ipsi abbati eiusque successori vel in partes suprascripte ecclesie quinquaginta auri solidos constantinos. Suprascripta fecit ipsa mansa per voluntate suprascripti petri filii et mundoalt suum. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra iohannes iudex.

MCCCLXVII

A. D. 1064

✝ In nomine domini, vicesimo secundo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense ianuario, secunda indictione. Ante me petrum iudicem ademarius filius quondam ursonis presbiteri coniunctus est cum guaimario comite filio quondam guaimarii comitis, ad faciendum cum eo finem de causationibus, quibus ipse ademarius dudum coram me habuerat cum eo de res serviles que est foris et propinquo hac civitate ulter et prope fluvium lirinum ubi pratora dicitur, pertinente ferrandi nepoti suo filio quondam truppoaldi clerici qui fuit germanus eius, dicens ei ut ipse guaimarius malo hordine in ipsis rebus introisset et sepes ex eis rupisset et fructus tulisset et ipsas res ipsi ferrando contrasset. Ipse guaimarius responderat, foris hac civitate ulter ipsum fluvium ubi pratora dicitur, plures res haberi, set nesciret de qua ipse ademarius cum eo causaret. Ego autem sicut inter eos convenerat iudicaveram et illos guadiare feceram . . . . ademarius simul cum iudice et notario pergerent et ipse ademarius monstraret ipsi guaimario ipsas res de qua cum eo, sicut suprascriptum est . . . . set ipse ademarius cum rationes ipsius ferrandi, et ipse guaimarius cum suis rationibus et secundum legem exinde finem facerent. Set . . . . illud legaliter inter se finirent, remisit ipse ademarius ipsi guaimario omnes ipsas causationes quas ei a retro tempore usque in hoc presens tempus ex ipsis rebus preponere potuit. Et ob hoc ipse guaimarius per convenientiam per hanc cartulam manifestavit ipsi ademario pro parte ipsius ferrandi de tota ipsa terra, que ut dictum est, foris hac civitate ulter ipsum fluvium est, ubi pratora dicitur, pertinente ipsius ferrandi que est terra vacua per fines et mensuras iusto passu hominis mensurata. A parte meridiei est finis via publica que ducit suptus ecclesiam sancti martini, que ibi propinquo constructa est et per eam secus ipsam terram mensurati passi septuaginta septem. A parte occidentis est finis aliorum et recte mensurati passi centum. Et revolvit in parte orientis secus fines aliorum recte mensurati passi viginti. Et ab inde ascendit in parte quasi septentrionis usque mediam serram montis qui betranus dicitur. Ab ipsa parte quasi septemtrionis est finis media ipsa serra. A parte orientis est finis terram vacuam pertinentem ipsius guaimarii comitis, qualiter descendit usque terminum, et ab ipso termino est per latitudinem ista terra ipsius ferrandi recte in parte ipsa occidentis, ubi ipsi centum passi completi sunt, passi septuaginta sex. Et ab ipso termino vadit in parte ipsa meridiei iuxta ipsam terram ipsius guaimarii recte mensurati passi sexaginta tres usque suprascriptam viam. Ea ratione

ut semper sit in potestate ipsius ferrandi et heredum eius. Et liceat illum et eius heredes ex eo facere quod voluerint. Et per convenientiam ipse guaimarius guadiam ipsi ademario pro parte ipsius ferrandi dedit et fideiussorem ei pro illius parte posuit petrum comitem filium quondam pandenolfi clerici. Et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi ferrando et eius heredibus integrum illud de quo eidem ademario pro parte ipsius ferrandi, sicut suprascriptum est, manifestavit, ab omnibus hominibus quibus per ipsum guaimarium et eius heredes illud vel ex eo quocumque modo datum aut obligatum seu manifestatum aut alienatum paruerit, Et quibus pro eorum parte et dato quascumque causationes ex eo ipsi ferrando et illius heredibus preposuerint. Ab aliis vero hominibus, et cum boluerint ab omnibus hominibus, potestatem habeant ipse ferrandus et suos heredes illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas ex eo ostenderint. Necnon et ipse ademarius per convenientiam pro parte ipsius ferrandi manifestavit eidem guaimario de tota suprascripta terra cum casa que ut dictum est foris hac civitate ulter ipsum fluvium est, que est tota per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas. A parte meridiei est finis ipsa via publica et per eam secus ipsam terram mensurati passi triginta quinque. A parte orientis est finis terram pertinentem ipsius ecclesie sancti martini, de qua et de omnibus rebus stavilibus et movilibus ipsi ecclesie pertinentibus ipsi guaimario portionem habere pertinet, recte mensurati passi sexaginta tres. et est ibidem per latitudinem ipsa terra recte in parte occidentis, usque ipsam terram ipsius ferrandi, ubi ipse terminus fixus est, passi alii triginta quinque. Et ab ipsis sexaginta tribus passibus ascendit secus ipsam terram ipsius ecclesie usque mediam ipsam serram suprascripti montis. A parte quasi septemtrionis est finis mediam ipsam serram prephati montis et passi viginti quinque. A parte occidentis est finis ipsa terra ipsius ferrandi, qualiter descendit usque suprascriptam viam, Ut semper sit in potestate ipsius guaimarii et heredum eius, Et liceat illum et eius heredes ex ea facere quod voluerint, absque contrarietate ipsius ferrandi et heredum eius. Et si sicut superius scriptum est, ipse guaimarius et suos heredes ipsi ferrando et illius heredibus non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per convenientiam per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsi ferrando et illius heredibus ducentos auri solidos constantinos. Et sicut superius scriptum est adimplere. Quod autem superius quasi disturvatum est, legitur vacua. Et taliter tibi Iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCLXVIII

A. D. 1064

✝ In nomine domini, vicesimo secundo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense ianuario, secunda indictione. Ante me petrum iudicem gemma filia quondam mauri atrianensis qui vocatus est maliomazza, Ac relicta quondam leoni atrianensi qui nuncupatus est pellulus, Et matrona filia ipsorum gemme et mauri, que nunc uxor est lupeni atrianensis qui dicitur ingeniosus. Cum ibidem esset ipse lupenus vir ipsius matrone. coniuncti sunt cum iohanne, qui scintus dicitur, filio quondam iohannis presbiteri. Et ipse gemma et matrona mater et filia clarificaverunt se havere quartam partem de septem peciis de terris foris hac civitate in locis baniara et masciano; ex quibus sex ex eis dixerunt esse terram cum arbustis et unam dixerunt esse terram cum abellaneto. Quarum unam ex eis ad lavorandum retinet Iohannes grecus. ubi casale dicitur. Alia autem ibi coniuncta que ad lavorandum retinet iaquintus atrianensis. Alia vero quod tenet iohannes filius grimoaldi. Alia igitur ubi polveca dicitur, que ad lavorandum retinet bisantus. Alia autem que dixerunt esse terram cum abellaneto ubi tirrenti dicitur et eam tenet alpherius. Altera vero tenet ad lavorandum romoaldus filius raccisi presbiteri et alia que dilectus retinet . . . . quarta pars de tertia parte que eorum dixerunt esse pertinente in monte eiusdem loci, que dixerunt esse terram cum insiteto et quercieto, que tenet amandus presbiter, et dilectus, et rodus, et ipsa quarta pars suprascriptarum peciarum et de ipsa quarta pars ipsius tertie partis predicti montis dixerunt pertinere ipsi gemme quarta pars per datum ipsius leoni viri sui. reliquas vero tres partes dixerunt pertinere ipsi matrone. Et sicut ipsi gemme et matrone congruum fuit bona illarum boluntate per convenientiam per hanc cartulam venumdederunt ipsi Iohanni integram suprascriptam quartam partem ipsarum peciarum et ipsa quarta pars ipsius tertie partis predicti montis cum omnibus que intra eas sunt cunctisque earum pertinentiis. et cum bice de viis suis, ea ratione ut semper sit in potestate ipsius iohannis et heredum eius. Et liceat illum et eius heredes de eis facere quod voluerint. Et propter confirmationem huius venditionis ipse gemme et matrona secundum illorum portione susceperunt ab ipso iohanne statutum pretium auri tareni viginti quatuor in omni deliveratione. Et per convenientiam ipse gemma et matrona secundum legem et romanorum consuetudinem guadiam ipsi iohanni dederunt et fideiussorem ei posuerunt ademarium atrianensem filium quondam gutti atrianensis. Et per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes semper defendere ipsi iohanni et illius heredibus integrum illud quod

ei sicut suprascriptum est, venumdederunt, ab omnibus hominibus. Et ei tribuerunt licentiam ut quando ipse iohannes et eius heredes voluerint suprascriptam venditionem per se defendere, potestatem habeant qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo hostenderint. Et si sicut superius scriptum est, ipse gemma et matrona et illorum heredibus ipsi iohanni et eius heredibus non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et illorum heredes componere ipsi iohanni et illius heredibus quinquaginta auri solidos constantinos et sicut superius scriptum est adimplere. Verumtamen hoc memorare facio quoniam ipsi iohanni pertinet pro aliis suis rationibus havere in ipsis locis plures res. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCLXIX

A. D. 1064

† In nomine domini, vicesimo secundo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense ianuario, secunda indictione. Ante me siconem comitem et iudicem vivus qui fuit castaldus filius quondam petri coniunctus est cum iohanne atrianensi qui dicitur boccapiczola filio quondam iohannis. Et ipse vivus clarificabit se habere integram unam peciam de terra cum insiteto foris hac a deo conserbatam salernitana civitate in loco transbonea, ubi alle bene dicitur, quam dixit esse per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas. A parte septemtrionis recte mensurati passi sexaginta septem. A parte orientis finis medium vallonem et passi viginti nobem. A parte meridiei finis ipsius iohannis et passi quadraginta nobem. A parte occidentis finis terram cum insiteto, de qua sibi ipse vivus tertiam partem clarificavit pertinere, et passi triginta unum. Et ipsam terram, de qua, sicut dictum est, ipsam tertiam partem clarificavit sibi pertinere, dixit ipse vivus totam esse per fines et mensuras suprascripto passu mensuratas. A parte occidentis finis, sicut termini fixi sunt, et recte mensurati passi triginta. A parte septentrionis passi tredecim. A parte orientis finis suprascriptam peciam de terra cum insiteto et passi alii triginta unum. A parte meridiei passi viginti nobem. Et sicut ipsi vivo congruum fuit sua voluntate per hanc cartulam venumdedit ipsi iohanni integram suprascriptam

priorem peciam de terra per iamdictas fines et mensuras et integram ipsam tertiam partem de predicta posteriore terra per iamdictas fines et mensuras, quod sibi ipse vivus, sicut suprascriptum est, clarificabit pertinere cum omnibus que intra illud sunt cunctisque eius pertinentiis et cum vice de viis suis. Ea ratione ut semper sit in potestate ipsius iohannis et heredum eius. Et liceat illum et eius heredes de eo facere quod voluerint. Et propter confirmationem huius venditionis ipse vivus suscepit ab ipso iohanne statutum pretium auri tarenos centum quadraginta in omni deliveratione. Et per convenientiam ipse vivus guadiam ipsi iohanni dedit et fideiussorem ei posuit ademarium filium quondam madelmi. Et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi iohanni et illius heredibus integrum illud quod ei sicut suprascriptum est, venumdedit, ab omnibus hominibus. Et tribuit ei licentiam ut quando ipse iohannes et eius heredes voluerint, potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus moniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse vivus et eius heredes ipsi iohanni et illius heredibus non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsi iohanni et illius heredibus octuaginta auri solidos constantinos, et sicut superius scriptum est, adimplere. quod autem superius disturbatum est, legitus boccapiczola. Verumtamen hoc memorari facio, quoniam suprascripta terra, de qua ipse vivus eidem iohanni predictam tertiam partem sicut superius legitur, vendidit, coniuncta est a parte occidentis ad res ipsius vivi. Et taliter te ademarium notarium scribere precepi.

✝ Ego qui supra sico comes et iudex.

MCCCLXX

A. D. 1064

✝ In nomine domini, vicesimo secundo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense ianuario, secunda indictione. Ante me petrum iudicem maio filius quondam raimi et sepetana uxor eius filia quondam iohannis presbiteri, abitatores de loco priato, coniuncti sunt cum vibo qui fuit castaldus filius quondam petri. Et ipsi vir et uxor clarificaverunt sibi pertinere de nobem partibus integras duas partes de res foris hac civitate in locis cetaria et falerzu et carbonara et septam arbori et ferolitu, que tote sunt per has fines. A parte orientis

finis rebus sancti cesarii et finis caput aque. A parte meridiei finis pede montis falerzi, sicut valle discernit, et descendente in fluvio de cetara, et prebaricante ipso fluvio, et coniungente in valle maiore, et per ipsa valle saliente in toro de imbrici, et recte exiente in fluvio de carbonara de super partes finis serre montium et qualiter vadit in priore fine. Et sicut ipsis viro et uxori congruum fuit bona illorum voluntate per convenientiam per hanc cartulam per licentiam alderisii filii quondam guidonis castaldi tradiderunt ipsi vibo integras ipsas duas partes de iamdictis nobem partibus de totis suprascriptis rebus per iamdictas fines cum omnibus que intra ipsas duas partes sunt cunctisque earum pertinentiis et cum vice de viis suis et cum simile portione de moniminibus ex ipsis rebus continentibus. Ea ratione ut integra suprascripta traditio semper sit in potestate ipsius vibi et heredum eius, et liceat illum et eius heredes de ea facere quod voluerint. Verumtamen quoniam ipsi vir et uxor in suprascripta ratione tradiderunt ipsi vibo totum et integrum quantum eis pertinuit et pertinet extra suprascriptas fines ibidem coniunctas, et ob hoc susceperunt ab ipso vibo auri tarenos duodecim in omni deliberatione, et per convenientiam ipse maio et predicta sepetana cum illius voluntate, cum qua omnia que in hac cartula scripta et scribenda sunt, fecit, guadiam ipsi vibo dederunt et fideiussores ei seipsos posuerunt, et per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes semper defendere ipsi vibo et eius heredibus integrum illud quod ei sicut suprascriptum est, tradiderunt, ab omnibus hominibus, et tribuerunt ei licentiam ut quando ipse vibo et suos heredes voluerint, potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint, cum omnibus moniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Et si sicut superius scriptum est, ipsi vir et uxor et illorum heredes ipsi vibo et eius heredibus non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere ipsi vibo et eius heredibus triginta auri solidos costantinos, et sicut superius scriptum est, adimplere. et ipsi vibo dixerunt pertinere de reliquis septem partibus de suprascriptis rebus, sicut sue rationis continente. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCLXXI

A. D. 1064

✝ In nomine domini, vicesimo secundo anno principatus domni nostri gisulfi glorioso principe, mense februario, secunda indictione. Ante me petrum iudicem iohannes filius quondam ciceri et mulier nomine gemma que primis fuit uxorem quondam petri qui clamatus fuit ballicenese et filius fuit quondam stephani de iohanni alitruda. et modo est uxor suprascripti iohanni. et iohannes clericus et dardanus germanus filius suprascripti petri qui sunt mater et filiis. coniuncti sunt cum iohannes presbiter custos ecclesie sancti martini et sancte marie que in unum constructe sunt intus castello nucerie. et clarificaberunt se ipse mater et filii abere quadtuor pecie de terris cum arbustis in locum pau et due alie pecie de terra in suprascripto loco, ubi casabetere dicitur; una ex ipse pecie a parte occidentis coniuncta est at fine bia et alia pecia coniuncta est in parte orientis ad fine suprascripta bia. et alia pecia que est ibique in suprascripto loco que at partem meridie coniuncta est at fine bia. et alteram peciam cum insitetum et castanietum et cercetum, ubi gorgine dicitur et alie rebus que illis abunt per suprascriptis locis, qualiter ipsa gemma pertinuit a suprascripto genitor et genitricem suam et suprascripti germani pertinet da iohannes presbiter filius quondam iaquinti. Et vone illorum voluntatis pro amore omnipotenti deo et salbationis anime illorum integra omnis suprascripta rebus quam predixerunt per suprascriptis locis vel ubicumque per uius comitatum nucerie inbentus dederit in montibus et in planis, qualiter pertinuit ipsi stephani genitor ipsius gemme et qualiter pertinuit suprascripto iohanni presbiteri filii quondam iaquinti. ipsi mater et filiis in prephata ecclesia sancti martini et sancte marie offeruerunt. tantum scebtuaberunt illis de ipsa rebus una pecia de terra in locum pau, quod illis bendiderunt mirandi notario filio quondam doferi. Nam omnis alia vero suprascripta rebus quam superius scriptum est, ubicumque exinde inbentus dederit, absque ista pecia quod illis inde scebtuaberunt, inclitum illut in prephate ecclesia offeruerunt cum omnibus, que intro ipsis rebus abentibus cunctisque earum pertinentiis et cum bice de bie sue. Ut semper sit in partibus ipsius ecclesie eiusque rectores illut habendi et faciendi quicquit eorum placuerit. Et receperunt ipsi mater et filiis ab ipsum iohannes presbiter custos predicte ecclesie auri tari voni quadtuor in omni deliberatione et per combenientia ipsi iohannes et gemma bir et uxor et iohannes clericus et dardanus gua-

diam ipsi iohanni presbiteri dederunt, tamen ipsa gemma per voluntatem de ipso biro suo per cuius licentia omnia que in ac cartula scripta sunt et subscripta et scribenda sunt, fecit, et fidemiuxorem ei posuerunt se ipsis. et per ipsam guadiam obligaberunt se ipsi mater et filiis et illorum eredibus semper defendere in partibus ipsius ecclesie eiusque rectores integra suprascripta illorum tradicione, ut superius legitur, cum bice de bie sue ab omnibus ominibus omnique partibus. et quando partibus ipsius ecclesie eiusque rectores per se ipsis illut defendere voluerit, potestatem abeant modis illam defendere qualiter eorum placuerit, cum omnibus monuminibus et rationibus quas inde illis ostendere voluerit. et si sicut superius scriptum est illut ipsi matri suprascripti iohannes et gemma et iohannes clericus et dardanus et illorum eredibus in partibus ipsius ecclesie non adimpleverint et de omnibus suprascriptis quicquam remobere aut contradicere presumserint per quabis modum, per ipsam guadiam obligaberunt se et illorum eredibus componere ipsi iohanni presbiteri vel in partibus ipsius ecclesie eiusque rectores, cui anc cartulam in manum paruerit, triginta auri solidos costantinos et suprascripta eorum adimpleret. Et taliter te petrus protonotario scribere precepi qui interfuistis.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

MCCCLXXII

A. D. 1064

✝ In nomine domini, vicesimo secundo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense februario, secunda indictione. Ante me siconem comitem et iudicem petrus filius quondam machenolfi et itta uxor eius filia petri coniuncti sunt cum ursone filio quondam petri et cum guiso filio quondam petri de loco pastorano. Et ipsi vir et uxor clarificaverunt se communiter habere terram cum vinea foris hanc salernitanam civitatem in ipso loco pastorano, quam dixerunt esse per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas. A parte orientis finis medium ribum et recte prope eum intra ipsam terram mensurati passi quinquaginta sex. A parte septemtrionis passi quadraginta quattuor. Et revolvit in ipsam partem septemtrionis passi decem et septem. Et revolvit in partem occidentis passi viginti duo. Ab ipsa parte occidentis passi sexaginta quattuor. A parte meridiei passi sexaginta octo. Et ostenderunt duas cartulas ex ipsa terra continentibus. Quarum prima scripta per petrum notarium sextodecimo

anno principatus suprascripti domni nostri gisulfi, mense martio, decima indictione, et in ea ursus castaldus et iudex subscriptus est. Secunda scripta per ademarium notarium vicesimo anno principatus ipsius domni nostri gisulfi, mense septembri, quintadecima indictione, in qua iohannes iudex subscriptus est. Quibus ostensis dixerunt ipsi vir et uxor ex ipsa terra cum vinea per iamdictas fines et mensuras et de reliquo quod suprascripte cartule continent, quartam partem pertinere ipsi itte per suum firmum scriptum morgincap sibi datam ab eodem viro suo alio die illorum copulationis. et tres partes pertinere ipsi petro. Et volentes ipsi vir et uxor illud totum quod sibi ut suprascriptum est, dixerunt pertinere communiter venundare, fecerunt notitiam duobus propinquioribus ipsius itte parentibus et in presentia ipsorum parentum et mea ipsa itta violentiam se pati non reclamavit, nisi bona voluntate sua suprascriptam quartam partem suam ex ipsa terra, quam ipse cartule continent, se dixit venundare; ut ab hoc die omni tempore hoc quod vendiderit stabile debeat permanere, et ego in hac cartula manus ponam qua iohannes scriba cum notitia ipsorum parentum et mea scribit. Et ideo ipsi petrus et itta vir et uxor sicut eis congruum fuit bona illorum voluntate per convenientiam per hanc cartulám communiter venundederunt ipsi ursoni et iamdicto guiso pro parte sua et leonis et iaquinti et ursonis germanorum suorum filiorum ipsius petri de iamdicto loco pastorano. Integram suprascriptam terram cum vinea per iamdictas fines et mensuras et integrum illud quod extra iamdictas mensuras ipsis viro et uxori per suprascriptas cartulas habere pertinuit, veluti ipse cartule continent cum omnibus que intra ipsam venditionem sunt cunctisque suis pertinentiis et cum vice de via sua et cum suprascriptis cartulis. Ea ratione ut medietas ex eo quod ipsi vir et uxor ut dictum est, venundederunt, semper sit in potestate ipsius ursonis et heredum eius et liceat illum et eius heredes de ea facere quod voluerint. et altera medietas ex eo semper sit in potestate ipsorum germanorum, videlicet guisi et leonis et iaquinti et ursonis et heredum eorum et liceat illos et illorum heredes de ea facere quod voluerint. Et propter confirmatione huius venditionis communiter ipsi vir et uxor susceperunt ab ipsis ursone et guiso statutum pretium auri solidorum quinquaginta, quorum quisque habebat tarenos quattuor, in omni deliberatione. Et per convenientiam ipsi vir et uxor communiter guadiam ipsi ursoni et iamdicto guiso pro parte sua et ipsorum germanorum suorum dederunt et fideiussorem eidem ursoni et prefato guiso pro sua et illorum parte posuerunt semedipsum petrum. Et per ipsam guadiam communiter obligaverunt se et suos heredes semper defendere ipsi ursoni et eius heredibus et ipsis germanis et illorum heredibus in suprascripta ratione integram suprascriptam terram per iamdictas fines et mensuras cum omnibus que intra eam sunt cunctisque suis pertinentiis et cum vice de via sua et cum suprascriptis car-

tulis ab omnibus hominibus. reliquum aliud extra suprascriptas mensuras qualiter supra legitur semper defendere omnibus suprascriptis et illorum heredibus in iamdicta ratione ab omnibus hominibus, quibus per ipsos petrum et ittam et eorum heredes illud vel ex eo datum aut obligatum vel manifestatum seu alienatum paruerit. et qui pro parte et dato illorum et heredum eorum quascumque causationes ex eo ipsis suprascriptis et illorum heredibus preposuerint. Sic tamen ut quando illi et illorum heredes ipsos petrum et ittam et illorum heredes defensores de iamdicta venditione habere quesierint, dent eis suprascriptas cartulas iusta ratione salvas habentes diebus sexaginta. Et per omnes vices ipsi vir et uxor et eorum heredes integram suprascriptam venditionem, quemadmodum suprascriptum est, ipsi ursoni et eius heredibus et iamdictis germanis et illorum heredibus defendant, obserbata omnia que suprascripta sunt. Et post completos ipsos dies per omnes vices cartulas ipsas salvas quales eis date fuerint, illis reddant. Et tribuerunt licentiam ut quando ipse urso et eius heredes et ipsi germani et illorum heredes voluerint, potestatem habeant suprascriptam venditionem per se defendere qualiter voluerint cum omnibus moniminibus et rationibus quas de ea ostenderint. Et si sicut superius scriptum est, ipsi vir et uxor et illorum heredes ipsi ursoni et eius heredibus et iamdictis germanis et illorum heredibus non adimpleverint et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipsi vir et uxor communiter obligaverunt se et suos heredes componere ipsi ursoni et eius heredibus et ipsis germanis et illorum heredibus centum auri solidos constantinos et sicut superius scriptum est adimplere. Et taliter pro parte ipsorum germanorum tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra sico comes et iudex.

MCCCLXXIII

A. D. 1064

† In nomine domini, vicesimo secundo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense februario, secunda indictione. Ante me iohannem iudicem mascinus clericus filius quondam romoaldi coniunctus est cum iohanne atrianense filio quondam mauri ad faciendum inter se finem de causationibus, quibus ipse mascinus cum eodem iohanne olim ante romoaldum iudicem causaverat, ut ipse iohannes malo hordine introisset in res ipsi mascino

pertinentes de locis albole et transboneia et per fines et vocabula et pertinentia ipsorum locorum et fobeas in eis fecisset et arbores et vites ex eis abscidisset et sepes ex eis rupisset et fructus de eis tulisset et ipsas res eius contrasset. Insuper et malo ordine ipse iohannes tulisset res mobiles ipsi mascino pertinentes de ecclesie sancti andree. In ipso loco albole constructam quam ipse mascinus sibi pertinentem esse dicebat. Ipse iohannes responderat in suprascriptis locis albole et transboneia et per fines et vocabula et pertinentia ipsorum locorum plures res et ecclesias habere, sed nescire de qualibus ipse mascinus cum eo causaret. Ipse autem iudex sicut inter eos convenerat, iudicaverat, et illos guadiare fecerat, ut simul cum iudice et notario ipsi mascinus et iohannes illuc pergerent; et ipse mascinus monstravit ipsi iohanni ipsas res et ecclesiam de quibus cum eo ut suprascriptum est, causaverat, et per partem plicaret se cum suis rationibus et secundum legem inter se ipsi mascinus et iohannes finem facerent ex eo quo ipse mascinus cum eodem iohanne ut suprascriptum est, causaverat et de iamdicta ecclesia. et mecum et cum notario ipsi mascinus et iohannes illuc perrexerunt, et ipse mascinus monstravit ipsi iohanni ipsas res de iamdicto loco albole et iamdictam ecclesiam ibi constructam de quibus cum eo ut suprascriptum est, causaverat. et per partem plicaberunt se cum suis rationibus; ipse vero mascinus ostendit cartulas octo et dua precepta congruo anulo consignata et ipse iohannes ostendit cartulas nobem et unum brebem sigillatum. Nec non et ostenderunt singula iudicata de suprascriptis causationibus, in quibus ipse romoaldus iudex subscriptus est, ex quibus unum pro parte predicti mascini scriptum per romoaldum notarium et alium pro parte ipsius iohannis scriptum per iohannem notarium. et per partem confessi sunt plures cartas inter se ex hoc non ostensas et legere easdem rationes feci. Ipsum brebem sigillatum ipsius iohannis continebat, qualiter guttus atrianensis filius petri qui rocci vocabatur, rogaverat potestas domni guaimarii principis et patricii, ut ei concederet rem sui sacri palatii ex illa parte fluvio albole per hec fines: desuper fines serra de monte falerzu, de alia parte finis ribus unde aqua decurrebat, desuptus finis mare, de alia parte finis ipso fluvio albole, per ipsas fines et a foras ipsas fines de quanto sui palatii pertinebat, totum illud ei concederet securiter ille et eius heredes illud habendum, possidendum et faciendum inde quod vellet absque cuiuscumque contrarietate vel requisitione. Prima ex ipsis cartulis ipsius iohannis scripta per riccardum notarium, vicesimo tertio anno principatus domni gisolfi, mense martio, tertiadecima indictione, quomodo ipsi gutto filio roderici guadiam dederat mastalus amalfitanus qui dicebatur roibulu et mediatorem ei posuerat se ipsum, et per eamdem guadiam ipse mastalus obligavit se et suos heredes tenere ad suam potestatem inclitum montem suum qui ei erat pertinente qui vocatur falerzu, et annualiter usque sexto anno completo liceret de ipso monte falerzu iusta ra-

tione abscidere et castanietum per tempus coltivatum et omne anno dare ipsi gutto et eius heredibus de ipso monte et de ipso castanieto unum tarenum bonum, et habebat finis ipsa res de una parte finis media serra de ipso monte. Alia parte fine medio ribus qui dicebatur aqua puteda, desuptus finis litore maris. Alia parte fines ipso fluvio albole et saliente et coniungente in ipsa serra, et obligaverat se ipse mastalus et suos heredes inclitum ipsum castanietum et quercietum usque ipso constituto facere. Ad completum ipsum constitutum ipsam rem per ipsas fines rebertere ad potestatem ipsius gutti et heredum eius, sicut ipsa carta continet, in qua iohannes notarius et maio subscripti sunt. Secunda ex eis scripta per teodericum notarium anno tricesimo quinto principatus suprascripti domni gisolfi, mense iulio, decima indictione, quomodo ante petrum iudicem iohannes filius ipsius gutti causaberat cum sergio amalfitano filio quondam stephani qui vocabatur calendulo, ut ipse sergius malo hordine introisset in rebus eius de ipso loco albole a flumine aque putide usque ipso fluvio albole, unde ipse iudex iudicaverat, sicut ipsa carta continet, in qua ille subscriptus est. Tertia ex illis scripta per iaquintum notarium tricesimo septimo anno principatus domni paldolfi et secundo anno principatus eius salerni et sexto anno principatus domni paldolfi filii eius, mense decembri, octava indictione. Ipse iohannes atrianensis filius gutti coniunctus fuerat cum iohanne qui fuerat sarnense et tunc erat commanente in loco metiliano in casa iohannis et maraldi germanorum filii iohannis monachi, pro qua in rebus sua ab aqua que dicitur albole in illa parte cum collecta manu armata introierat. et pro qua in rebus ipsa malo hordine introierat, donaberat ipsi iohanni compositionem, quam ille ei facere debebat, pro eo quod manifestaverat, ut in ipsis rebus nullam pertinentem ipse iohannes sarnensis habebat, et ab ipsa aqua in illa parte aliquando tempore cum eo causare aut contendere non posse per nullis modis, sicut ipsa carta continet, in qua romoaldus, iaquintus et guiso subscripti sunt. Quarta scripta per iaquintum notarium anno tricesimo septimo principatus ipsius domni paldolfi et secundo anno principatus eius salerni et sexto anno principatus domni paldolfi eius filii, mense octubri, octava indictione. ipse iohannes et leo atrianenses germani filii ipsius gutti tradiderant rigando de iufuni filio turbi terras et silbas eorum quas habebant in ipso loco albole actum salerni per fines: de una parte ipso fluvio albole et desuper parte finis sicut media serra discernebat, et de alia parte finis vallone unde aqua putea decurrebat, et desupter parte finis mare ut ex ipsis terris eis adimplere et dare, sicut ipsa carta continet, in qua mirandus notarius et grimoaldus subscripti sunt. Quinta ex eis ipsius iohannis continet: In nomine domini, primo anno principatus domni nostri mansoni et domni iohanni eius filii gloriosi principibus, mense septembri, undecima indictione. In sacratissimo salernitano palatio ante me ademarius iudex et una mecum adesset ydoneis hominibus, coniuncti

sunt iohannes et leo atrianenses germani filii gutti cum riso et roderico et musando germanis filiis quondam maraldi et cum madelmo filio iaquinti et cum sergio qui piczicuto vocatur et gencu filio petri cognato ipsius madelmi. Ipse sergius vice mulieri nomine imperatissa uxor sua, et ipse gencu pro vice mulieri nomine tatadomina uxor sua, propter rebus illa de locum albole finibus Salerni, que sunt terris cum castaneis et silba uno teniente illa pars ipso fluvio de albole. Unde ipsi filii maraldi et ipse madelmus cum ipsi cognati sui dicebant illorum esse pertinente per successione, et ipsi germani filii gutti dixerunt non esse veritas, sed illorum esse pertinente per successionem et sua ratione et usque nunc rebus ipsa illis tenuisset et dominasset. Et altercantes inter se exinde antequam per lex illud inter se finirent, convenit inter eis ut ipsi iohannes et leo secundum legem ad sancta evangelia iuraret, ut rebus ipsa da ipso fluvio in illa parte usque in serra da unde ipsa serra discernit et saliente usque in monte qui dicitur falerzu et revolvente . . . . . et vallone qui dicitur puteda et qualiter descendit usque in mare, desuptus fine ipso mare per hec fines sicut diximus, ipsi iohannes et leo iurare ut per successionem et sua ratione illorum esse pertinentem et quem illis et quem ipse genitor eorum et quem parentes illorum per expletos triginta annos illud tenuisse et dominasse et legibus eorum esse pertinentes, et sicut inter eis convenit guadiarunt inter se exinde et mediatore ipsi germani posuerunt iaquintus aurifex filius mascani. et ipsi nominati filii maraldi et madelmo cum ipsi cognati sui mediatore posuerunt dei evangelia parandum ipsum iaquintus. Modo autem ut diximus, propterea iterum ante nos sunt coniuncti, et per ipsi filii maraldi et madelmo et ipsi sergius et gencus vice ipsius uxoris sue paraverunt sancta evangelia, et ipsi filii gutti cum quinque suos sacramentales secundum legem iuraverunt, ut rebus ipsa per supradictas fines que illis que genitor eorum et quem parentis eorum per expletos triginta annos illud tenuisse et dominasse et legibus eorum esse pertinente. Nos superius dictus iudex dum taliter ipsi iohannes et leo sacramenta ipsum dantem audivimus, ideo iuxta legem iudicavimus ut amodo et semper ipsi germani filii gutti et illorum heredes rebus ipsa securiter illam sibi habere et omnia inde facere quod voluerint absque omni contrarietate vel requisitione ipsorum risi, roderici, musando et madelmo, sergii et gencu et de ipse uxoris sue vel de illorum heredibus. Tantum ipsi sergius et gencu et illorum heredes defensaret ipsi filii gutti et eorum heredes a pars de ipse uxoris sue et da omnes homines. qui pro illorum parte et datum quodcumque causationem inde eorum preposuerit, et si taliter illis exinde non defensaberit, componere obligaverunt se et suos heredes ad ipsi filii gutti et ad illorum heredes decem auri solidos constantinos et sicut dictum est, semper illis inde defensarent, et taliter pro perpetua securitate ipsorum iohanni et leoni et de illorum heredes hunc nostrum diffinitionis emisimus

iudicatum, quod tibi radoaldi notario scribere dictabimus, de suprascripto mense septembri, undecima indictione. Ego qui supra ademarius iudex. Sexta ex ipsis cartulis scripta per romoaldum notarium secundo anno principatus domni iohannis et domni guidoni eius filii, mense iunio, tertiadecima indictione. Ante petrum iudicem coniuncti fuerant riso et rudericus et disiio germani filii quondam maraldi, et madelmo consobrinus frater eorum filius quondam iaquinti, et sergius qui piczulo clamabatur filius ursi, cum iohanne et leone atrianensibus germanis filiis ipsius gutti ad faciendum inter se finem de rebus de loco veteri que erant isclis et transboneia et per finibus de transboneia finibus salerni, unde inter se plures habuerant causationes querentes ipsi germani ipsam rem suam facere per successione, et ipsi alii omnes suprascripti querebant ipsam rem suam facere per successione et per suas rationes, sed antequam per sacramentum illud inter se diffinire, horta erat inter illis bona convenientia et statim ipsi filii supradicti maraldi et ipsi madelmo et sergius qui erant cognati, manifestaverant ipsi iohanni et predicto leoni de una clusuria de terra que erat iscla iuxta ipso fluvio per fines et mensuras, de una parte sicut decurrebat fluvio de veteri, erant inde passi octoginta quinque, de super parte finis de toti filii ipsius maraldi et ipsorum madelmi et sergii sicut ibidem termini fixerant, et inde erant per latitudinem passi viginti. Alia igitur parte similiter finis illorum, erant inde passi sexaginta tres. Alia vero parte finis ipsorum iohannis et leonis et inde erant passi sexaginta quinque totum mensuratum ad iustum passum hominis. Seu et manifestaverant ipsis iohanni et leoni de inclitis isclis, in quibus illi molini edificati habebant in predicto fluvio de veteri, ut eis esse pertinente ipsa molina cum ipsa aqua et cum arcaturiis et trasite et exite sue et cum inclite ipse iscle, ista et illa pars ipso fluvio de ipsa molina usque via antiqua que dicitur de traberse, et sicut ibat de rebolta de ipso fluvio que ibidem erat, que erat a super cisterna unde aqua currebat que ibidem erat a supter ipsa rebolta, et sicut ab ipsa revolta ibat usque ad supradictam peciam per supradictas mensuras et de ipso toto sicut supra dixerant ipsi filii maraldi et predictus madelmo et sergius manifestaberant ipsis iohanni et leoni ut eis esset pertinente et illi nullam ibidem habent, et neque per testes neque per monimen nec per nulla quoque inventa ratione cum illis vel cum illorum heredibus illi vel sui heredes exinde causare aut contendere non posse, eo quod legibus ipsis iohanni et leoni erat pertinente per successione et per suas rationes et semper illi et illorum heredes inclitum illud defensarent ipsis germanis et eorum heredibus a parte uxorum suorum et non illud vel exinde eis vel eorum heredibus quererent tollere aut contrare, sicut ipsa cartula continet, in qua ipse petrus iudex et teodericus subscribti sunt. Septima ex eis scripta per radoaldum notarium septimo anno principatus domni iohannis et primo anno principatus domni guaimarii eius filii,

mense ianuario tertia indictione. Ante ipsum petrum iudicem coniuncti fuerant ipsi iohannes et leo atrianenses germani filii suprascripti gutti cum lupeno filio mauronis comitis et alio lupeno filio petri qui dicebatur de lupeno de risii qui erant habitantes de amalfis ad faciendum inter se finem de rebus que erant terra cum castaneto de loco albole salerni finibus, quas ipse lupenus filius petri dixerat ut de parentes suos et illorum pertinentem esse; et ipse lupenus filius mauroni comitis dixerat, ut de eadem rebus ei pertinente esse per sua ratione et parte ursi thio de ipso alio lupeno. supradicti germani dixerant ut rebus ipsa de parentes suos et eis pertinentem esse, et illi illud tenuissent et dominassent, et ipse ursus auctor de ipso lupeno et ipse alius lupenus, nec parentes suos nullam ibidem habuisset aut habere, et sicut inter se convenerat per convenientiam inter se guadiati fuerant, ut ipsi germani iurarent ipsis lupeni, ut que parentes illorum et illis ex dictis rem per quadraginta annos tenuissent et dominassent, et nec ipsi lupenus filius petri nec parentes suos nec ipsa alius lupenus nec ipse ursus auctor eius infra ipsos quadraginta annos nullam ibidem tenuissent et dominassent. Tunc autem, sicut dictum est, coniuncti fuerant inde finem facient. Et per ipsos lupenos paraverat sancta dei evangelia, et ipsi germani per singulos per ipsa sancta dei evangelia iuraverant, ut iamdictam rem a semita que ibat per torum usque in serra de monte qui dicitur falerzu in ista parte usque in fluvio qui dicitur de albole, et usque in mare, ut que illi et que parentes illorum qui ipsos expletos quadraginta annos illud tenuissent et dominassent, sicut ipsa cartula continet, in qua ipse petrus iudex subscriptus est. Octaba ex ipsis cartulis scripta per iaquintum notarium nono anno principatus domni iohannis, et quarto anno principatus domni guaimarii eius filii, mense maio, quinta indictione. In sacro salernitano palatio ante iamdictam potestatem astaret iohannes iudex, coniuncti fuerant lupenus amalfitanus filius mauronis comitis cum riso filio maraldi ad faciendum inter se finem illa ex illa parte aqua que dicitur albole, unde ipsi lupenus cum ipso riso causaverat ut ipse risus et homines eius malo hordine introissent in rebus ipsius lupeni ab aqua que dicitur albole in illa parte et usque aqua que dicitur puteda, et a serra que dicitur falerzu usque mare, et fobeas ibidem fecissent, et arbores inde abscidissent et vites et castanientum inde capilasset et contrasset illud hominibus quos ipse lupenus ibidem ad laborandum missos habuerat. Et ipse lupenus in manu inde miserat ipsi riso iamdictos iohannem et leonem filios ipsius gutti, sicut ipsa cartula continet, in qua ipse iohannes iudex subscriptus est. Nona ex illis continebat: In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi, temporibus domni mansoni ducis et imperialis patricii, anno tricesimo octabo, et vicesimo anno domni iohannis gloriosi ducis filii eius

die prima mensis februarii, indictione nona amalfis. Ipse lupenus filius mauronis comitis de pantaleone comite clarefecerat per firmam cartulam venundatam habuisset ei ipse leo atrianensis filius ipsius gutti terram cum castanieto et silva uno teniente in ipso loco albole finibus salerni per fines: a parte orientis finis aqua de fluvio qui dicitur albole, et ascendente usque in serra de ipso monte falerzu da una parte finis ipsa serra et ab inde descendente in vallone unde exiebat aqua que dicitur puteda, et per ipsam aquam descendentem usque in mare desuptus finis ipso mare et qualiter ibat usque in ipso flubio albole. Infra ipsas fines inclita medietas ei ipse leo venumdatam habuerat. Et tunc sicut ei compleverat ipse lupenus remiserat, ad potestatem ipsius leonis totam et inclitam ipsam rem cum quale edificio in ea habebat factum, et cartula quam exinde habuerat cassaberat et cassatam illam aput eum remiserat, sicut in eadem cartula continet in qua leo filius mauri de gregorio comite et leo filius pantaleonis de tauro comite et iohannes filius leonis de marino comite testati erant. Unus ipsis preceptis quas ipse mascinus ostenderat continebat qualiter vir gloriosissimus siconolfus langobardorum gentis princeps concesserat rattemundo fideli suo filio rattelchisi montem ipsum de falerzo et montem de trabuneia cum silbis et castanietis et quercieta per fines; de una parte finis mare, alia parte finis aqua palombara, et saliente per fines de capite de ipsa aqua in capite de ipso monte falerzu de alia parte sicut descendebat per fines de medio ipso toru de falerzu et ibat per mediam serram de ipso monte super aqua ianni, et ibat per fines sua per mediam serram super aqua de fluvio albole et ibat in fossatu; et inde pergebat per mediam vallem et coniungebat in toru de monte de mantrelle. et ascendebat per mediam serram de planellu et saliente per serra de calcara et pergente per valle que dicebatur vitaminie, et descendente et coniungente in aqua de lempole, et descendente in ripe erga mare et descendebat in mare, et inde pergente et coniungente in ipsa aqua palombara et saliente in serra de capite ipsius montis falerzu. In ea ratione ut semper ipse rattemundus et heredes suos predicta omnia que supra legitur in integrum habere et possidendum valere et facere quod vellent, sicut ipsum preceptum continet, scriptum per ragemprandum notarium, actum salerni, septimo anno, mense iunio, octaba indictione. Item prima ex illis cartulis quas ipse mascinus ostenderat continebat: quarto anno principatus domni ademarii, mense martio, quinta indictione. palumbus filius rattemundi vindederat gentili filio gentili rem suam de trabuneia et de valle de monte que dicitur falerzu que erant pecie tres de castanieta et quercieta et silvis quam ei pertinebat a palatio et per alia ratione, que habebat finis: prima pecia de uno latu finis media aqua que dicebatur palombara, de capite finis toppu de monte falerzo . . . . media serra de ipso monte. Alio latu finis aqua ianni. Secunda pecia habebat fines: de capite finis serra de ipso monte, de alio latu

finis aqua de ipso fluvio qui dicitur albole, de alio latu finis quomodo coniungebat ipse aque. Tertia pecia de capite finis serra de ipso monte et ibat et coniugebat in fossatu et inde exiente per media valle et coniungebat in toppu de monte qui dicitur mandrelle, et descendente per media serra de planellu, et saliente et coniungente in toru de calcara et inde descendente per valle que dicebatur betaminie et pergente et coniungente in aqua de lempole, et descendente in ripis de ipso monte erga mare: desupter parte finis mare et coniungebat in ipso fluvio de aqua de albole. Intra istas fines nec sibi qui supra vinditori neque ad alius hominem nichil reserbaverat portionem, sed totum in integrum cum propriis finis et viis et aquariis suis et omnia intro habentes ipsi gentili vindederat possidendum cum omnia monimina et quattuor preceptis de ipsis locis pertinentibus, sicut ipsa cartula continet, scripta per radoaldum notarium et a testibus sufficienter roborata, que etiam continebat: ut de alia rebus ipsius palumbi quas habebat in traboneia non habere potestatem nec ille aut heredes eius dare preter ipsi gentili et eius heredibus eis inde dandum quantum valuissent. Secunda ex ipsis cartulis inter cetera que continebat quod propter deletionem legere non valetur, contibebat quomodo *(deest nomen)* coniunctus fuerat cum pluribus hominibus ex quibus fuerat sergius et leo, et iannutulu filius petri et guttus filius rocci ad diffiniendum inter se causationes de terris et silvis et montanea de loco traboneia et de monte falerzu, et una cum petro iudice super ipsas res perrexerant et per fines que monimina illorum continebat ipsius omnibus suprascriptis monstraberat et inde rebersi fuerant. Tunc quidem erant coniuncti fines inde faciendum unde in eadem presentia ille ostenderat inter cartule et brebi et unum preceptum et brebi sigillati numerum decem et septem. et ipsi omnes suprascripti vice sua et de omnibus consortibus suis ostenderat duo brebicelli sigillati. et cum legere fecerant ipsos eorum brebicellos nullatenus inde erat continente. Cum autem tota suprascripta monimina eorum legere fecerant in eadem presentia erant continente per fines et extra fines. et ipse quidem iudex agnoberat ipsam suam monimina, et invenerat per fines et extra fines. et invenerat illum ibi residentem et laborantem et de ipsa rebus datam ab laborandum, et iudicaverat, ut per sacramenta secundum legem illud eis confirmaret, et ipsi omnes suprascripti vice sua et de omnibus consortibus suis sancta dei evangelia paraberat. et ipse cum uno filio suo et temelgario parente suo iuraberat et dixerat per sancta dei evangelia quia que ille que genitor eius que gradum parentum parationem eorum per ipsas fines et extra fines, qualiter tunc illud dominaberat et possiderat per triginta annos eos per suprascripta monimina illud possidens esse, sicut ipsa cartula continet scripta per ursum notarium, in qua ipse petrus et odelrico et pipino subscripti sunt. Tertia ex eis continebat: tricesimo octabo anno principatus domni gisolfi, mense aprelis, duodecima indictione. risus filius quondam maraldi

ante testes vice sua et vice de germanis et consortibus suis coniunctus fuerat cum ipsis iohanne et leone germanis atrianensibus filius suprascripti gutti propter intentiones quas antea inter se habuerant de rebus eorum de traboneia et de monte qui dicitur falerzu et de aliis locis, unde per sacramenta illud per fines diffinitum habebant, et unde dicebat illi audaciter; ut habere inde scriptione qualiter in rebus ipsa sortione habere debere. et iam de antea inde fuerant guadiati, ut ei ipsum scriptum monstrare. Tunc autem per parte inde fuerant coniuncti fines inde facientes. et in eadem presentia ipse risus pro vice sua et de germanis et consortibus suis ostenderat scriptam diffinitionem, et multas alias cartulas et precepta et brebi sigillati per fines et extra fines de ipso loco traboneia et ipso monte falerzu illa et ista parte. et ubi taliter ipsi germani ipsum scriptum diffinitionis et tota ipsa monimina legentem audierant et agnoberant, ut exinde sacramentum ipse genitor eorum et consortes eius et parentes suos receptum habuerant, et exinde eis componere debebant manifestaberant, ut nullam rationem inde habere. et de ipso brebe quod dixerat inde habere negaberant, ut non esset veritas, sicut ipsa cartula continet scripta per iohannem notarium in qua adelferius et siconolfus et iaquintus subscripti sunt. Quarta ex ipsis cartulis continebat: secundo anno principatus domni iohannis et domni guidoni eius filii, mense iunio, tertiadecima indictione. Ante petrum iudicem coniuncti fuerant riso et, rodericus et disiio filii quondam maraldi et madelmus consobrinus frater eorum filius quondam iaquinti et sergius qui piczicuto clamabatur filius ursi cum ipsis iohanne et leone atrianensibus germanis filiis suprascripti gutti ad faciendum inter se finem de rebus de loco veteri que erant isclis et traboneia et per finibus de traboneia. Unde inter se plurimas causationes habuerant querentes ipsi germani ipsam rem suam facere per successionem, et ipsi alii omnes suprascripti querebant ipsam rem suam facere per successionem et per suas rationes. Sed antequam per sacramentum illud inter se diffinirent horta erat inter eos bona convenientia, et statim ipsi filii maraldi et ipso madelmus et sergius qui erant cognati manifestaberant ipsis iohanni et leoni de una clusuria de terra que erat iscla, et de alio sicut ipsa cartula continet et ipsi iohannes et leo manifestaberant ipsis filiis maraldi et madelmo et sergio, ut eis esse pertinente unam clusuriam de terra de eodem loco veteri in qua illi molinum edificatum habebant in pede montis qui dicitur catabulu, ut eis esse pertinente ipsum molinum cum isclis et aqua et arcaturiis et trasita et exita sua illa et ista parte ipso molino et cum omnibus intro habentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de viis suis. Seu et manifestaberant eis, ut quanta res ipsi filii maraldi et ipsi madelmus et sergius habebant vel habuerant in ipso loco transboneia et per fines et pertinentias de eodem loco a fluvio qui dicitur gabatale ab unde descendebat et usque in aqua de albole, et ab ipso fluvio de veteri in supra, scepto illud

unde ipsi suprascripti manifestaberant ipsis germanis per ipsas fines et mensuras. Nam de ipso alio, sicut dictum est, manifestaberant: ut ipsis filiis maraldi et madelmo et sergio inclitam ipsam rem esse pertinente per successione et per suas rationes. Simulque et manifestaberant eis de iscla illa que erat a revolta in supto cum cisterna que ibi erat et usque viam trabersam antiquam que erat illa parte ipso fluvio in parte occidentis que discernebat a fine suprascripti filii maraldi et madelmi et sergii illorum esse pertinente cum plaio usque ipsa aqua de albole, et ipsi iohannes et leo et eorum heredes nullam ibidem habere; et neque per testes neque per monimina nec per nulla quoque inventa ratione cum ipsis omnibus suprascriptis vel cum illorum heredibus exinde causare aut contendere. et ipsi iohannes et leo et eorum heredes omni tempore antistare et defensare ipsis filiis maraldi et ipsis madelmo et sergio et eorum heredibus inclitam ipsam rem a parte uxoris sue: et non aliquid inde eis vel eorum heredibus tollere aut contrare quererent, sicut ipsa cartula continet, scripta per romoaldum notarium in qua ipse petrus iudex subscriptus est. Quinta ex eis scripta per iaquintum notarium octabodecimo anno principatus domni guaimarii, mense augusto, quarta indictione. Qualiter riso et rodericus germani filii maraldi et madelmo filius iaquinti ad tenendum et roncandum tradiderant petro filio iohannis et leoni filio ursi amalfitani de silvis eorum quas habebant in loco monte qui dicitur caput aquis propinquo traboneia que erat per fines: a parte orientis finis aqua que dicitur sabuculu, et inde saliente per ipsam aquam que in ipso sabuculo decurrebat, et per ipso monte usque in serra et per ipsam serram descendente usque in aqua que dicebatur iohannis, et de alia parte finis illorum. Intra ipsas fines tradiderat eis de silva ad duabus peciis de cesinis in illa ratione, sicut ipsa carta continet, in qua romoaldus subscriptus est. Sexta ex eis scripta per mirandum notarium vicesimo septimo anno principatus domni guaimarii, et primo anno principatus domni iohannis eius filii, mense ianuario, quartadecima indictione: qualiter eupraxius grecus presbiter et abbas ecclesie sancti nycolai que sita est in loco veteri a super mare pertinente lamberti et landoarii comitibus germanis filiis quondam alberti comitis, una cum eo esset petrus advocator ipsius ecclesie et risus et rodericus germani filii ipsius maraldi et madelmo filius quondam iaquinti et petrus nepos eiusdem madelmi filius quondam sergii tradiderant iohanni natibo de loco pecara territorio amalfitano filio mauronis de rebus pertinentibus ipsius ecclesie et ipsorum suprascriptorum parentum et consortum que erant in ipso loco albole illa parte que erat medietatem pertinentem ipsius ecclesie, et medietatem omnibus suprascriptis, et de ipsa medietate ipsorum suprascriptorum medietatem pertinebat ipsis riso et roderico et medietatem ipsis madelmo et petro, et de ipsa medietate ipsorum madelmi et petri tres partes pertinebant ipsi madelmo et quarta pars ipsi petro a parte imperatisse matris sue sororis

ipsius madelmi; et erat illud quod ei tradiderat terra vacua in omni facie per mensura passi sexaginta, sicut ex omni parte ad finem illorum coniungebatur. etiam et tradiderant ei unam peciam de terra cum castañeto illorum ibi propinquo per fines et mensuras, incipiendo a capite de vallone qui inde esse videbatur et saliebat usque tractorario inde erant passi sexaginta, et ab inde revolvebat per cristonem quasi in parte orientis passi centum viginti, et ab inde descendente per tractorarium ipsum et coniungente in alio tractorario passi septuaginta octo, et ab inde saliente per alium tractorarium passi quadraginta octo, et ab inde qualiter saliebat per ipso vallone et coniungebat in priore fine. Quam et tradiderant ei omnes alia castanieta illorum quam habebant in ipso loco cum vice de viis suis in illo hordine, sicut ipsa carta continet, in qua subscripti sunt romoaldus castaldus et romualt. Septima carta scripta per ipsum mirandum notarium tricesimo anno principatus domni guaimarii, et secundo anno principatus domni guaimarii eius filii, mense februario, secunda indictione. Qualiter ipsi aupraxius abbas ipsius ecclesie sancti nycolai et riso et rodericus et madelmus et petrus; tamen ipse risus pro vice sua et romoaldi notarii generi sui, et romoaldi filii sui tradiderant iohanni filio iohannis venenuso qui erat natibus de terra de amalfis de rebus pertinentibus ipsius ecclesie et ipsorum suprascriptorum quas commune habebant in ipso loco albole ubi palumbara dicebatur, que erat medietatem pertinentem ipsius ecclesie et medietatem ipsorum omnium suprascriptorum: et de omni parte ad finem illorum coniuncta erat. et tradiderat inde ei unam peciam que adiacebat in parte orientis de longitudine habente ex ambabus lateribus ana passi centum, et de latitudine passi triginta tres, et tertia unius passi; ut usque duodecim annos illud teneret et omnia eis adimplere sicut ipsa carta continet in qua alderisi et dauferius notarius subscripti sunt. Octaba carta scripta per ipsum mirandum notarium tricesimo anno principatus suprascripti domni guaimarii, et secundo anno principatus ipsius domni guaimarii eius filii, mense februario, secunda indictione. Quomodo ipsi eupraxius et risus et rodericus et madelmus et petrus, tamen ipse risus vice sua et ipsius romoaldi notarii generi sui et predicti romoaldi filii sui tradiderant sergio et urso qui erant natibi de terra de amalfis ac filii iohannis cumperti de rebus quas commune habebant in ipso loco albole ubi palumbara dicebatur unam peciam de terra: longitudine de ambabus lateribus ana passi centum, et latitudo in omni loco passi sexaginta sex, et duas partes unius passi ad iustum passum hominis. et adiacebat ipsam peciam in parte occidentis, et de omni parte ad finem illorum coniuncta erat cum vice de via sua, ut usque duodecim annos completos illud tenerent et omnia ex eo eis adimplere sicut ipsa carta continet in qua ipsi alderisius et dauferius notarii subscripti sunt. Alterum ex ipsis preceptis ipsius mascini scriptum per aceprandum lebitam et scribam sacri salernitani palatii, anno nonodecimo principatus su-

prascripti domni nostri gisulfi, mense ianuario, concurrente indictione quarta decima: qualiter ipse domnus princeps concesserat et confirmaberat ipsi mascino clerico et adelario germanis filiis ipsius romoaldi et iaquinto et ademario germanis filiis ipsius madelmi et pantaleoni atrianensis filii quondam petri et urso filio quondam sergii castaldei et pulissene filie quondam alferii que erat uxor ipsius ursi et blatte uxoris petri granite filii quondam sergii atrianensis et gregorio et riso clerico germanis filiis quondam iaquinti clerici et medici omnes res quas eis per illorum munimina et per iustitiam pertinebant habere foris ac civitate in locis transboneia et albole et aqua palombara et monte de falerzu et aqua iohannis et caput de aqua et sabuculu et fossatu et per fines et vocabula et pertinentia ipsorum locorum cum omnibus que intra eas sunt cunctisque earum pertinentiis et cum vice de viis earum. Ea ratione ut semper fierent in potestate illorum et heredum eorum, et liceret illos et illorum heredes de eo facere quod vellent. sic tamen ut ex ipsis rebus que indivisa erant unusquisque ex illis et heredes illorum haberent, qualiter per gradum successionis et per suas alias rationes eis habere pertinebat. et omnes res quas ex eis illis per cartulas divisionis et diffinitionis et per alias rationes habere pertinebat semper illi et illorum heredes eas haberent quemadmodum ipse diffinitionis et divisionis cartule et alia ratione continebant. et neque a suis iudicibus, comitibus, castaldeis, neque a quibuscumque actoribus sue reipuplice quolibet tempore illi et illorum heredes haberent ex hoc quod eis, ut suprascriptum est, concesserat et confirmaberat aliquam contrarietatem; Sed in perpetuum illud illi et illorum heredes secundum suprascriptum tenorem securiter haberent et facerent ex eo quod vellent sicut ipsum preceptum continet. Cum autem suprascripte cartule et precepta et brebem sigillatum fuerunt ostense et lecte diu inter se ipsi mascinus et iohannis altercantes volebat sibi ipse iohannes cum consortibus suis habere integram ipsam rem de suprascripto loco albole per suprascriptas fines quas ipse cartule, quas superius ostendit, continet. He contra ipse mascinus dixit suprascriptam rem non debere ipse iohannes cum consortibus suis habere; Sed sibi et consortibus suis esse pertinente per suprascriptas cartulas et precepta que superius ostendit. Et dum ex hoc ipsi mascinus et iohannes inter se non modicum causarent dixit ipse mascinus suprascriptam quintam cartulam, quam ipse iohannes ostendit et tota superius per hordinem declarata est, falsam esse: ipse iohannes respondit illam verax esse et secundum legem illam adverare posse. Ego autem sicut inter eos convenit iudicavi et ipsos mascinum et iohannem guadiare feci, ut per partem plicarent se, et ipse mascinus pararet sancta dei evangelia et ipse iohannes secundum legem per sacramentum ad ipsa evangelia cartulam ipsam adveraret. Et ubi taliter illam adveraberit iam semper ipse iohannes filius suprascripti mauri et consortes eius et sui et illorum heredes securiter habeant totas et integras suprascriptas

res de iamdicto loco albole per suprascriptas fines quas ipsa cartula quam adveraberit continet secundum textum ipsius cartule quam adveraberit, et faciant ex eis quod voluerint absque contrarietate ipsius mascini et heredum eius. Et ipse mascinus fideiussorem ipsi iohanni posuit petrum qui vocatur de rocca filium quondam iaquinti, et ipse iohannes eidem mascino fideiussorem posuit stephanum filium quondam leonis atrianensis. Et taliter pro parte ipsius iohannis tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra iohannes iudex.

MCCCLXXIV

A. D. 1064

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense martio, secunda indictione. Ante me petrum iudicem petrus filius quondam iohanni presbiteri de locum priatum coniunctus est cum audoaldus comes filius quondam alferii comitis, et ipse petrus clarificavit se habere integram medietatem de omnibus rebus stavilibus qui fuerunt pertinentes suprascripti iohanni presbiteri genitori sui, foris hanc civitatem in montem qui dicitur falerzum, et per fines et vocabula et pertinentia de ipso monte falerzu. Et sicut ipsi petro congruum fuit vona sua voluntate per combenientiam, per hanc cartulam benumdedit ipsi audoaldi comiti integram ipsam medietatem de omnibus ipsis rebus de predicto locum falerzum, et per fines et vocabula et pertinentia de ipso monte quod, sicut diximus, ipsius genitori sui pertinuit. Et ipsius petri pertinuit et pertinet a suprascripto genitore et genitrice sua, et nichil sivi exinde reserbavisset, sicut diximus, integrum illum ipsi audoaldo benumdedit cum omnibus que intra illud sunt cunctisque eius pertinentiis et cum vice de viis suis. et cum integram vicem et pertinentia sua de muniminibus ex ipsis rebus continentibus: ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius audoaldi et heredum eius et liceat illum et eius heredes de eo facere quod voluerint. Et propter confirmationem uius benditionis ipse petrus suscepit a predicto audoaldo statutum pretium aureos tarenos sex, sicut inter eos conbenit, in omni deliveratione; et per combenientia ipse petrus guadiam ipsi audoaldo dedit et fideiussorem ei posuit iohannes qui dicitur casillum de eodem loco priatum filium quondam petri: et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsius audoaldi et ad eius heredes integrum illud quod ei, sicut

scriptum est, venumdedit ab omnibus hominibus et partibus, et tribuit ipsi audoaldo licentiam, ut quando ille et eius heredes voluerint, potestatem abeant suprascríptam benditionem per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de ea ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse petrus et eius heredes ipsius audoaldi et ad eius heredes non adimpleverint et suprascriptam vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsius audoaldi et illius heredibus biginti auri solidos constantinos, et sicut superius scriptum est adimplere; et quod superius inter virgulos scriptum est legitur illud: et taliter te petrum notarium scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCLXXV

A. D. 1064

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri Gisulfi gloriosi principis, mense martio, secunda indictione. Ante me romoaldum iudicem coniuncti sunt alfanus lebita et abbas ecclesie sancti mathei apostoli et evangeliste et sancti iohannis similiter apostoli et evangeliste, quam romoaldus castaldus filius quondam petri construere fecit intra hanc salernitanam civitatem super platea que ducit ad portam que rotensis dicitur, filius alderisii qui olim notarius fuit et nunc monachus est, et rottelgrimus comes et iudex, et petrus germanus filius grimoaldi qui postea monachus factus est et deget in monasterio sancte et individue trinitatis constructum foris hanc civitatem, ad faciendum inter se convenientiam de ipsa ecclesia et de rebus stabilibus et movilibus ipsi ecclesie pertinentibus et de aliis rebus qualiter inferius describendum est. et ipsi germani clarificaverunt sibi pertinere integram ipsam ecclesiam sancti mathei et sancti iohannis et omnes terras et casas et res staviles et moviles ipsi ecclesie pertinente tam intra hanc civitatem quam et foris, et integram tertiam partem de duabus ecclesiis que constructe sunt foris hanc civitatem quarum una in loco ubi casanoe dicitur ad onorem sancti petri apostoli, et alia in loco propiciano ubi monte de spelengarü dicitur ad onorem sancti angeli, et integram tertiam partem de omnibus rebus stavilibus et movilibus ipsis ecclesiis

sancti petri et angeli pertinentibus, et de integra ipsa ecclesia sancti mathei et sancti iohannis, et de omnibus terris et casis et rebus stavilibus et movilibus ipsi ecclesie pertinentibus, et de inclita ipsa tertia parte ipsarum aliarum ecclesiarum sancti petri et sancti angeli et . . . . . . stabilium et movilium earum medietatem pertinere dixerunt ipsi iudici et reliquam medietatem ipsi petro. Nunc vero, sicut ipsi petro congruum fuit, sua voluntate per convenientiam tradidit ipsi iudici integram ipsam medietatem quam sibi pertinere dixit de iamdicta tertia parte ipsarum ecclesiarum sancti petri et sancti angeli, et de omnibus rebus stavilibus et movilibus earum pertinentibus, et integram ipsam medietatem de iamdicta ecclesia sancti mathei et sancti iohannis et de omnibus terris et casis et rebus stavilibus et movilibus ipsi ecclesie pertinentibus, excepto totam terram cum vinea et arbustis et vacuo quam ipsi ecclesie sancti mathei et sancti iohannis pertinuit habere foris hanc civitatem in loco selecta, et inclita medietate de tota terra cum vinea et castaneto et aliis arboribus quas similiter ipsi ecclesie sancti mathei et sancti iohannis pertinuit habere foris hanc civitatem in loco uliaria cum vice de viis earum. Nam illo alio quod ipse petrus sibi pertinere dixit ipsi iudici tradidit cum omnibus que intra illud sunt cunctisque eius pertinentiis et cum vice de viis et anditis suis et cum omnibus muniminibus ex eo continentibus; Ea ratione ut integrum illud quod ipsi iudici, ut suprascriptum est, tradidit et illud quod ipsi iudici pertinere dixerunt, ut superius legitur, semper sit in potestate ipsius iudicis et heredum eius, et liceat illum et eius heredes de eo facere quod voluerint. Necnon et ipse petrus tradidit iamdicto iudici vicem de via unde modo vadit per terram eius dicti petri que coniuncta est cum fluvio auripo de loco sancto cipriano, ut ipse iudex et eius heredes et homines quos voluerint licentiam eius haberet per ipsam vicem de via ire et redire ad ipsum fluvium cum suis congruitatibus iusta rationem, et iamdicto fluvio et iuxta eum preter molina et torna suas utilitates rationaviliter facere, et quanta voluerit ex ipsa aqua iusta rationem aurire et facere ex ea quod voluerint; sicut tamen ut petrus et eius heredes et homines quos voluerint potestatem habeant in iamdicta sua terra suas utilitates et molina et torna et aquaria construere et edificare et facere qualiter voluerint. et in ipso fluvio suas utilitates iusta rationem quando voluerint fluvio facere et habere et aquam ex ipso fluvio ad ea rationaviliter ducere cum qua ipsa molina bene macinare et ipsa torna laborare valeant sicut meruerint, et ex ipsa aqua per ipsam terram quo voluerint portare, et de iamdicto fluvio aqua aurire quanta voluerint iusta ratione. Similiter et ipse petrus tradidit ipsi iudici vice in puteo qui est intra sortionem ipsius petri de loco locubia quam venditam habet iohanni filio leonis et saraddo filio nicolay et vicem de via ad eum per ipsam sortionem eiusdem petri quam ut dictum est vendidit, unde aptum visum fuerit, ut omni tempore ipse rotelgrimus et eius heredes et homines quos

voluerint licentiam habeant per ipsam vicem de via ire et redire cum suis congruitatibus iusta ratione, et de ipso puteo aquam quanta voluerint similiter iusta rationem aurire et portare ex ea quod voluerint, et facere et iuxta ipsum puteum suas utilitates, ut iustum fuerit, facere et de suprascriptis vicibus ut superius legitur faciant quod voluerint. Etiam et ipse petrus ipsi abbati pro parte ipsius ecclesie sancti mathei et sancti iohannis per convenientiam, dum idonei interessent homines, tradidit integras duas pecias de terris quas sibi in sorte obvenit ab ipso iudice in loco riboalto; una ubi a la fornella dicitur et est per fines et mensuras: A meridie est finis via erga ipsam viam recte mensurati passi quadraginta septem: Ab occidente est finis aliorum, et passi centum viginti quatuor: A septentrione est finis aliorum, et passi quinquaginta tres: Ab oriente est finis illud quod ipsi iudici in sorte evenit, et passi centum viginti quattuor. Et alia que est illa parte ipso ribus altu ubi a la cisina dicitur que a parte orientis coniunctus est ad viam. Et totam aliam peciam de terra vacua quam ei in sorte obvenit ab ipso iudice in loco sancto martino de agello ubi a lu trausu dicitur, et est per fines: Ab occidente finis aqua de trauso, a septentrione finis aliorum et rendet in septentrione erga fines aliorum, et rendet in oriente secus fines aliorum usque in via. Ab oriente est finis ipsa via que discernitur ab alia pecia ipsius iudicis: A meridie est finis terra quam ipsi iudici in sorte evenit cum omnibus que intra ipsas pecias sunt cunctisque earum pertinentiis et cum vice de viis earum et cum portione sua de muniminibus ex eo continentibus. Ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius abbatis et successorum eius et partibus ipsius ecclesie sancti mathei et sancti iohannis, et liceat partem ipsius ecclesie de eo facere quod voluerint. Et ipse rottelgrimus et iamdictus abbas querebantur quod ex ipsa terra cum vinea et arboribus et vacuo, et ex ipsa terra cum vinea et castaneto et aliis arboribus et vacuo quas ipsi ecclesie sancti mathei et sancti iohannis pertinuit et pertinet habere in suprascriptis locis selecta et uliaria nichil pars ipsius ecclesie eveniret, eo quod ipse petrus et eius heredes totum illud de iamdicto loco selecto husufruendi nomine sua potestate tenere debet dum ipse alfanus superstes fuerit, et illud de iamdicto loco uliaria iohannes clericus qui abbas ipsius ecclesie fuit filius stephani et eius heredes tenere debet usque viginti quatuor annos sua potestate, et de husufructu quod de ea exierit licitum eis quod voluerit facere. Idcirco propter confirmationem harum traditionum ipse rottelgrimus et iamdictus abbas per idipsam convenientiam tradiderunt ipsi petro integram suprascriptam terram cum vinea et arboribus et vacuo quam ipsi ecclesie sancti mathei et sancti iohannis pertinuit et pertinet habere in suprascripto loco selecta ubi a la longa dicitur super ecclesiam sancti iohannis de eodem loco que est per fines et mensuras: A parte septemtrionis est finis via, et passi centum octoginta sex: A parte orientis est finis alia via, et passi centum quinquaginta

duo: A parte meridie est finis sicut tota sepes discernit, et passi triginta octo: a parte occidentis est finis alia via, et intra ipsam terram prope eam recte mensuratos passus ducentos decem et octo. Et inclitam medietatem de tota ipsa terra cum vinea et castaneto et aliis arboribus et vacuo quam similiter ipsi ecclesie pertinuit habere iamdicto loco uliaria; et tota ipsa terra est per fines et mensuras: A parte occidentis est finis via, et per eam mensurati passi sexaginta quattuor. et revolvit in ipsa parte occidentis per ipsam viam passi sexaginta sex, et revolvit in parte septentrionis per ipsam viam passi septuaginta unum. Ab ipsa parte septentrionis est finis sicut medium podium et mediam sepem discernit, et iuxta ipsum podium et sepem mensurati passi octoginta et medium, et revolvit in parte meridiei sicut media sepes discernit recte mensurati intra ipsam terram iuxta ipsam sepem passi quindecim, et revolvit in parte orientis sicut medium podium et mediam sepem discernit, et iuxta eam mensurati intra ipsam terram passi sexaginta sex et medium. ab ipsa parte orientis est finis medium vallonem, et mensurati intra ipsam terram prope ripam eiusdem vallonis sicut revolvit passi centum unum. Ab ipsa parte meridiei est finis terra quam maraldus lebita socer ipsius iohannis clerici obligatam ipsi ecclesie habet, et passi nonaginta duo. Et inclitam terram et casam ipsius ecclesie, quam preterito tempore ipse petrus vendidit heredibus maraldi filii guisenardi, sicut eorum cartula continet, et est intra hanc civitatem super ipsam ecclesiam cum omnibus que intra eamdem terram et casam et iamdictam terram de suprascripto loco selecta per suprascriptas fines et mensuras, et iamdictam medietatem de ipsa terra de suprascripto loco uliaria per iamdictas fines et mensuras sunt cunctisque earum pertinentiis et cum vice de ipsis viis et anditis suis et cum omnibus muniminibus ex ipsa terra de iamdicto loco selecto continentibus. Ea ratione, ut totum et integrum illud quod ipse rottelgrimus et iamdictus abbas, ut suprascriptum est, ipsi petro tradiderunt, semper sit in potestate ipsius petri et heredum eius, et liceat illum et eius heredes de eo facere quod voluerint, et in omni deliveratione suprascriptis mensuriis iusto passu hominis mensuratos. Et ipse abbas et successores eius a pars iamdicte ecclesie nullo tempore querere presumant ipsos rottelgrimum et petrum et eorum heredes vel aliquem ex eis de omnibus rebus movilibus ipsius ecclesie quas preterito tempore per quemlivet modum tulerunt, seu ipsi rottelgrimus et petrus et illorum heredes inter se ex eis de rebus movilibus querere presumant per quodlivet ingenium et per convenientiam ipse rottelgrimus et iamdictus abbas guadiam ipsi petro dederunt, et fideiussorem ei posuerunt adenolfum filium quondam iohannis comitis; et per ipsam guadiam ipse abbas obbligavit se et suos successores et partes predicte ecclesie semper defendere ipsi petro et illius heredibus integrum illud quod ipse abbas et iamdictus rottelgrimus eidem petro, ut suprascriptum est, tradiderunt ab omnibus hominibus quibus per ipsum abbatem

et per successores et antecessores suos illud vel ex eo quomodocumque datum aut obbligatum vel manifestatum seu alienatum paruerit, et qui pro illorum parte et dato quascumque causationes de eo ipsi petro et illius heredibus preposuerint; et ipse rottelgrimus per suprascriptam guadiam similiter obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi petro et eius heredibus integrum illud quod ei ille et iamdictus abbas, ut suprascriptum est, tradiderunt ab omnibus hominibus quibus per eum et per heredes eius qui illud vel ex eo quomodocumque datum aut obbligatum vel manifestatum seu alienatum paruerit, et qui pro illorum parte et dato quascumque cautiones de eo ipsi petro et eius heredibus preposuerint. Ab aliis autem hominibus et cum voluerint ab omnibus hominibus ipse petrus et eius heredes potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. et per convenientiam et per suprascriptam guadiam ipse rottelgrimus obbligavit se et suos heredes totam suprascriptam terram de iamdicto loco uliaria per suprascriptas fines et mensuras in duas sortes dividere iuxta rationem cum vice de ipsis viis, et prius ipse petrus et eius heredes comprehendant unam ex ipsis sortibus qualem voluerint, et reliquam comprehendant ipse abbas et successores eius et pars iamdicte ecclesie pro parte eiusdem ecclesie, et per partem firmarent inter se de eis per firma scriptione divisionis cum guadia et idoneo fideiussore, et penam obbligavit, sicut lex et consuetudo istius est civitatis, ipsi petro et illius heredibus iamdicta sorte quam comprehenserint defensatam sicut suprascriptum est. Tantum ipse petrus et eius heredes dimittant tenere ipsam partem quam comprehenserint iamdictum iohannem clericum et eius heredes usque completos ipsos annos, secundum textum eiusdem cartule quam de eo firmatam habet, preter si ipse petrus et eius heredes cum ipso iohanne clerico et cum eius heredibus aliquam convenientiam de eo fecerint. et ipse rottelgrimus et eius heredes et iamdictus abbas et successores eius et pars iamdicte ecclesie similiter dimittant tenere ipsum iohannem clericum et eius heredes iamdictam partem quam comprehenserint et terram et casam intra hanc civitatem, quam similiter ipse iohannes clericus et eius heredes tenere debent usque completos ipsos annos, sicut eius cartule continent, excepto si ex eo ipse iudex et eius heredes et ipse abbas et successores eius et pars iamdicte ecclesie aliquam convenientiam cum ipso iohanne clerico et cum eius heredibus fecerint. et si, sicut superius scriptum est, ipse abbas et successores eius et pars iamdicte ecclesie ipsi petro et illius heredibus non adimpleverint, et suprascriptam vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per convenientiam per ipsam guadiam obbligavit se et suos successores et partes predicte ecclesie componere ipsi petro et eius heredibus quingentos auri solidos constantinos. Si autem ipse rottelgrimus iudex et eius heredes, sicut superius scriptum est, ipsi petro et illius heredibus

non adimpleverint et suprascriptam vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam et convenientiam obbligavit se et suos heredes componere ipsi petro et illius heredibus quingentos auri solidos constantinos; et sicut superius scriptum est adimplere. Verumtamen et hoc addere iussimus quoniam convenit inter eos ut ipse abbas, dum vixerit ipsas terras quas ipse petrus eidem abbati ut suprascriptum est tradidit, teneat vel ut ipsam ecclesiam sancti mathei et sancti iohannis et terras et casas et res staviles et moviles ipsius ecclesie pertinentes tenere debet sicut eius cartula continet. Post eius vero obitum redeat in potestatem ipsius iudicis et heredum eius ad habendam in suprascripta ratione et de eo faciant quod voluerint. et ipse petrus et eius heredes amodo et semper securiter habeant integrum illud quod ipse abbas et iamdictus iudex ipsi petro, ut suprascriptum est, tradiderunt et faciant ex eo quod voluerint ipsi petro et illius heredibus defensatum, sicut superius legitur. de ipsis vero rebus movilibus quas preterito tempore ipsi iudex et petrus tulerint, ut suprascriptum est, sic fleret sicut superius legitur: et ipse iudex et iamdictus petrus omnia suprascripta fecerunt cum licentia ipsius genitoris sui quoniam olim ipse genitor eorum per absolutionem domni leonis abbatis suprascripti monasterii sancte trinitatis ipsis rottelgrimo et petro licentiam tribuit, ut cum ante meam presentiam venerint, licentiam haberent de rebus et causis suis facere quod vellet. et ipse abbas alfanus suprascripta fecit cum licentia ipsius genitoris sui ipsi genitori consentiente dominus iohannes venerabilis abbas monasterii sancte marie et sancti benedicti quod constructum est intra hanc civitatem in orto magno sub cuius regula deget. Quod autem superius disturbatum est legitur tertia pars omnium rerum stabilium et movilium earum. Et inter virgulos superius legitur pertinere. et talia te iohannem notarium scribere precepi.

† Ego qui supra romoaldus iudex.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCCLXXVI

A. D. 1064

† In nomine domini bicesimo secundo anno principatus salerni domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense martio, secunda indictione. Ideoque ego urso et iohanne qui sumus commorantes intra castellum laurine et sumus germani et filii disiio presbiter, quoniam declarati sumus habere sortionem in ipso monte qui nominatur ria et dicitur cum sadelfrida filia sandi et cum carolitto filio algaldi et cum alii plurimi nostri consortibus, et modo nobis congruum est vona etenim nostra voluntate per hanc cartulam benumdare tibi iohanne filio grimoaldi de iamdicto monte tota et inclita nostra sortione, eo quod aute vonorum hominum qui supter scripti iamdicte nostre sortionis, ut licentiam illam habeatis in omnibus habere et possidere benundare edificium facere vel omnia exinde facere, qualiter tibi vel ad tuis heredibus placuerit absque omnis contrarietate nostra vel de nostris heredibus. Et iamdicta nostra sortione cum dictis et finis et vice de viis cum trasita et exita sua et cum omnia pertinentia intra se habentibus nostre sit potestati. unde nec nobis qui nominati urso et iohanne, neque ad nostris heredibus, neque ad morgincaput uxoribus nostre, neque ad nullum qui pro eo hominum in iamdicta nostra sortione nichil dicimus alicui portioni reservare; set pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostram bindictionem a continuo recepimus nos predicti urso et iohanne a te iamdicto iohanne aurei tareni dui hac deliberatione, sicut inter nos combenit, finitoque pretium aput nos; ea vero ratione sicut nos predicti urso et iohanne tibi prenominato iohanne dedimus et mediatorem tibi posuimus sadelfrida filia sandi sicut supradicti nominatur. quod si aliquando tempore per iamdicta nostra sortione vobis tollere aut contradicere quesierimus, aut aliqua sortione seu birtutem ibidem facere presumpserimus per nos ipsi vel per nostris summissis aliquit calumnie vel causationes exinde emiserimus, tunc per ipsa guadia et medietate obligamus nos prenominati germani quam et nostris heredibus vobis predicte ecclesie quam et ad vestris heredibus vel cui cartula ista vice nostra in manu paruerit. et potestatem habeatis contendere et defensare cum omnis vestris moniminibus et rationibus quas inde habueritis, ad componendum aurei solidos constantinos decem ut superius legitur per imbitis nobis . . . . . adimpleamus per iamdictam guadiam et obligatam penam et ipse medietatem: et tribuit omnia . . . . . ad pingnorandum legitima et inlegitima, et hanc nostre bindictionis in ea ratione firma et stabilis permanead: et hanc cartulam . . . . . . presbiter et abbas et notarius.

† Ego comite.

† Ego sisamo.

MCCCLXXVII

A. D. 1064

✝ In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense aprili, secunda indictione. Dum petrus filius quondam alfani comitis ut habet casus humane fragilitatis egrotaret quamquam in lectulo iaceret viveret et recte loqui posset, per hoc scriptum iudicii et dispositionis coram me sicone comite et iudice et aliis pro anima sua iudicavit et disposuit, quod de rebus suis post suum hobitum fieret et quod iudicavit et disposuit in manus commisit iohanni comiti cognato suo filio quondam alfani comitis. Primum quidem iudicavit ut post eius hobitum integras res suas quas ei pertinuit et pertinet foris hanc civitatem ultra fluvio lirino ubi proprie pratora et monte vetranum dicitur cum omnibus intra habentibus cunctisque suis pertinentiis et cum vice de via sua sit in potestate ademarii naturalis filii sui et heredum eius, ad faciendum ex eis ipse ademarius et eius heredes quod voluerint. Sub hac videlicet ratione, ut si quoquo tempore ipse ademarius et eius heredes ipse res vel ex eis daturi aut vendituri seu alio modo alienaturi fuerint, Venderent eas alfano filio ipsius petri quem sibi ipse petrus heredem instituit et illius heredibus pretio quo per doctos et deum timentes homines iuxste fuerint adpretiate. et faciant ipsum alfanum et eius heredes scire pro eas emendare per tertio constituta usque diebus triginta sex. et si intra ipsa constituta suprascriptas res hemere noluerint ad iustum pretium, sicut suprascriptum est, tunc post ipsa constituta licentiam habeant ipse ademarius et eius heredes ex ipsis rebus facere quod voluerint. Nam si ante ipsa constituta ipse ademarius et eius heredes suprascriptas res vel ex eis dederint vel vendiderint seu alio modo alienaberint sicut de illorum pareat potestate subtracta absque licentia ipsius alfani et heredum eius, tunc sine pretio totas ipsas res perveniant in potestate ipsius alfani et heredum eius ad faciendum ex eis quod voluerint. Tantum ipse alfanus et eius heredes semper in suprascripta ratione defendant ipsi ademario et eius heredibus integrum illud quod ipse petrus iudicavit, ut post suum hobitum perveniret ad potestatem ipsius ademarii et heredum eius, et esset in eorum potestate ab omnibus hominibus. et quanto ipse ademarius et eius heredes voluerint potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Nec non et ipse petrus disposuit ut post eius hobitum perveniat in potestatem landelayce sororis sue que quondam fuerat uxor lupeni filii leonis et heredum eius integras terras cum arbustis et vacuo quas ei pertinet habere in loco malluni ubi turminum dicitur. et integram terram

cum insiteto quam ei pertinet habere in loco rota a parte iohannis filii madelmi cum omnibus que intra ipsas terras cum arbustis et vacuo de predicto loco malluni, et integra ipsam terram cum insiteto de iamdicto loco rota sunt cunctisque earum pertinentiis et cum vice de viis suis, ad faciendum ex eis illa et eius heredes quod voluerint. Et semper ipse alfanus et eius heredes integras eas, sicut suprascriptum est, ipsi landelayce et eius heredibus defendant ab omnibus hominibus; et quando ipsa laudelayca eiusque heredes voluerint, potestatem habeant illas per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eis ostenderint. item ipse petrus iudicavit atque disposuit ut integras omnes alias res stabiles et mobiles quas eidem petro quomodocumque pertinuit et pertinet tam intra hanc civitatem quam et foris cum omnibus muniminibus ex eis continentibus, post ipsius petri hobitum, perveniat ad potestate ipsius alfani filii sui et heredum eius ad faciendum ex eis quod voluerint; et statim cum ipse petrus mortuus fuerit dent ipse alfanus et eius heredes ipsi iohanni comiti, vel cui scriptura simile isti in manu paruerit, quadraginta solidos, quorum quisque habeat auri tarenos bonos quattuor, ad distribuendos illos pro anima ipsius petri sicut ei deus melius inspiraberit. et cum pervenerint in potestatem ipsius alfani et heredum eius res ipsius petri, quas nunc a normannis ablate sunt, tunc ipse alfanus et eius heredes dent ipsi iohanni, vel scriptum simile isti in manu paruerit, alios quadraginta solidos quorum quisque habeat auri tarenos bonos quattuor, distribuendos illos presente ipso alfano et heredum eius pro anima ipsius petri pauperibus et sacerdotibus sicut eis deus melius in corde miserit. Et per convenientiam ipse petrus guadiam ipsi iohanni dedit et fideiussorem ei posuit romoaldum filium quondam grimoaldi comitis. Et per ipsam guadiam ipse petrus obligavit se et suos heredes si sicut superius scriptum est non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, componere ipsi iohanni et cui hoc scriptum in manu paruerit ducentos auri solidos constantinos, et sicut superius disposuit et iudicavit firmum stabilemque permaneat. Verumtamen quoniam proprie spianum vocatur ubi ipsa terra de iamdicto loco rota est, et ne michi iudici noceat, quoniam in ipso loco malluni michi res habere pertinet. Et tres scripta unius tenoris hoc quod ipse ademarius et alium quod ipse alfanus et alterum quod ipse iohannes retinent tibi iohanni notario scribere precepi.

✝ Ego qui supra sico comes et iudex.

MCCCLXXVIII

A. D. 1064

✝ In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense maio, secunda indictione. Nos ademarius clericus filius quondam doferii, qui vocitatus fuit da la sala, et aloara qui sumus bir et uxor et filius fuit quondam ademarii filii sesami, Vona mea voluntate ante alderisius iudex et ante alii testes ego qui supra aloara benumdedit tibi lidti filii quondam musandi inclitam unam tertiam sortem de terra cum parietibus fabriti quod abeo intus castello nucerie, quod michi pertinet a predicto genitorem meum et per meis rationibus, que est per ec finis: a parte occidentis fine platea, et in parte meridiei fine alia platea, et a parte orientis fine eredes ursi presbiteri, sicut inde muro comune discernit, et a parte sebtentrionis fine medium strectola pertinente uius nostra bendictione, et coniungente se usque in ipsa platea priora fine. de ec vero predicta terra cum parietibus fabritis, cum omni sua pertinentia et cum mineanea super ipsa platea, et cum omnia que intra eam sunt cuntisque earum pertinentiis, integra unam tertiam partem tibi suprascripti lidti benumdedit, ut amodo et semper tu et tui eredes securiter et firmiter illut abeatis, et faciatis ex eo quicquit volueritis; et propter confirmationem uius vendictionis sussepimus a te nominato lidto auri tari voni trex in omni deliverationem. et per combenientiam nos suprascripti ademarii clerici et aloara, secundum legem romana, guadiam tibi lidti dedimus, et fidemiuxorem tibi posuimus nos ipsis; et per ipsam guadiam obligo me qui supra aloara et meis eredibus semper defendere tibi tuique eredibus integra suprascripta nostra bendictione, ut superius legitur, cum bice de ipse platee et cum omni sua pertinentia ab omnibus ominibus omnique partibus, et quando volueritis tu et tui eredes potestatem abeatis modis illam defendere sicut bultis cum omnibus monuminibus et rationibus quas inde ostenderitis. et si sicut superius scriptum est illut tibi tuique eredibus non adimpleverimus, et de omnibus suprascriptis quicquam remobere aut contradicere presumpserimus, pro quabis modum per ipsam guadiam obligabimus nos qui supra bir et uxor et nostris eredibus componere tibi tuique eredibus, seu cui cartula ista pro parte in manum paruerit, binginti auri solidi constantiniani, et suprascripta vobis adimpleamus: et arcum fabritum quod est super ipsa platea da partibus occidentis integra sortionem meam, qualiter michi pertinuit, inclitum illut cum omni sua pertinentia tibi nominato lidti benumdedit, faciendum tu et tui eredes quicquit volueritis: et semper nos et nostris eredibus integra ipsa nostra benditione cum omni sua pertinentia tibi tuique eredibus defensemus da parte maria genitrice mea que aloara, et ut dictum est ab

omnibus ominibus omnique partibus per iamdictam guadiam et pena obligata. et ipso sturbatum legit ursi presbiteri, et alio loco legit platea. quam te petrus protonotarius scribere rogabimus, actum civitate nucerie.

✝ Ego qui supra alderisius iudex.

✝ Ego romoaldus.

MCCCLXXIX

A. D. 1064

✝ In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense maio, secunda indictione. memoratorium factum a me petrus filius quondam landoni de nuceria, eo quod ante bonorum ominibus qui subter scripti sunt coniunctus sum ad vona conbenientia cum petrus qui fuit iudice filius quondam grimoaldi, pro causatione de rebus cum arbustis vitatis et abellanietum, quod ego petrus dominaturu et possexsuru fuit per meis rationibus, et per partem monimina ostendimus. ipse petrus qui fuit iudice ostendit una cartula continente: de tricesimo anno principatus domni guaimarii, et primo anno principatus domni guaimarii eius filii gloriosi principis, mense magius, secunda indictione. Ideoque nos imguelfreda filius quondam iohanni et mulier nomine maralda, que fuerunt ambo vir et uxor, clarefaciebat ipsa iamdicta maralda quam sibi pertinere abere rebus a supradicta genitrice, et genitrice sua in eodem locum nuceria in montibus et in planis, et congruum fuerat illorum nominati vir et uxor exinde de ipsa rebus illorum illut vindere ipsa iamdicta mulier, et ut iuxta lege illut perficere et benumdare possa, erga se combocavi exsendum ipso predicto viro suo in cuius mundium dicebat exse, et una cum illum et cum trex parentibus propinquiores perrexi in presentia mirandi iudici, cui ec omnia notare feci. ipse vero iudex secundum mandatum legis per ordine ipsa nominata mulier interrogàta vel inquisita fuit diligenter, ne forte aliquit patere violentia ab ipso viro suo aut quabiscumque omine. ecce in eius presentia manifestata fuit quod nullam violentiam patere a quavis omo, set spontanea et sua vona volutas anc adimplenda ipsa sua vendictio, quorum ipse vir et mundoald suo exinde consentientes fuerunt, et pro firmam stabilitate causa intus cartulis suis manibus posuerunt. etiam et ipse viro suo . . . . fecerunt sicut illorum congruum fuerat, vone illorum voluntatis ante ipsum predictum iudex et testium, per anc cartulam venumdederat adque ad

semper abendum confirmaberunt petri filio quondam grimoaldi gentili ipsa sortione illorum de rebus de locum casolla et sortionem illorum de rebus que est abellanietum da la labinata, et alia sortione illorum de rebus de locum ad ermoaldum dicitur, et sortione illorum de rebus que est castanietum a subtus monte levino et per alia loca monte et plano: et aliut continebat in ipsa cartula scripta erat per petrus clericus et notarius in actum nuceria, roborata per mirandus iudex. et cum ipsa cartula lecta fuit voluntarie sue manifextavit se ipse petrus, ut per ipsa cartula quod illut ostendit vona exse dominaturu, nec possexurus: tantum dicebat ipse petrus quia ipsa cartula modo inbenit in manibus suis, et sicut superius diximus antequam ego iudex monimina mea pertinentia inde ostendere, qualiter ego dominaturum et possexsurus sum, voluntarie sue cabsabit ipsa cartula quod superius declarata est, et cabsata illam remisit ad mea potestate ad faciendum inde ego et meis eredibus omnia quod voluerimus, sine omni contrarietate ipsius petri iudici et de suis eredibus. et per conbenientia guadiam michi ipse petrus qui fuit iudice dedit et fideiuxorem michi posuit raccum filium quondam iohanni, et per ipsa guadia obbligavit se et suis eredibus, ut si amodo et aliquando tempore mecum vel cum meis eredibus quacumque causationes inde emiserit aut preposuerint, sibe per monimina aut per testes aut per qualibetcumque omo pro sua parte aut per suis eredibus causare aut contendere presumpserit, tunc per supradicta guadia obligavit se et suis eredibus ad componendum michi vel ad meis eredibus seu cui unc scriptum pro vice mea in manum paruerit triginta aurei solidos constantinos, et tacitum et bacuum inde manere, et tacere faciant omnes omines omnique partibus qui pro sua parte mecum inde causare aut contendere voluerit per suprascripta guadia et obligata pena. Et iterum ipse petrus qui fuit iudice remisit michi due cartule da partibus ipsius imguelfreda quod illut abuit pro sua defensione qualiter continebat una ex ipse divisionis, sicut ipse imguelfreda dividit cum petrus et miro germani filii quondam alfani qui fuerunt filiastri sui, scriptum ipsum brebem divisionis per romoaldus notarius roboratum per suprascripto mirandus iudex et amatus et guandelferius: et alium iudicatum qualiter supradicta maralda iudicaberat et disposuerad omnis rebus sua stavile et movile ad ipsi filii sui, sicut ipsum iudicatum continet, similiter per ipsum romoaldus notarius, et ibidem scripti truppoaldus presbiter abbas et stephanus presbiter et iohannes clericus. et si da parte ipsius imguelfreda et maralda et da illorum eredibus michi causatio fuerit exurte per me inde siamus autore et defensore cum ipse ambe suprascripte monimina quod illut michi dedit et tradidi qualiter melius potuerimus, et semper ipse petrus et illius eredibus tacitum et bacum inde manere per supradicto ordine; quod scripsi ego petrus notarius.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

✝ Ego romoaldus.

MCCCLXXX

A. D. 1064

✝ In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense maio, secunda indictione. Ante me petrum iudicem petrus filius quondam petri comitis qui fuit filius Adelferii comitis et miranda uxor sua filia quondam lamberti comitis coniuncti sunt cum petro atrianense qui cognominatur sfagilla filio quondam sergii atrianensis. Et ipsi vir et uxor petrus et miranda clarificaverunt se habere terram cum vinea foris hanc a deo conserbatam salernitanam civitatem in loco cerbaricia propinquo litore maris, que est per fines et mensuras iuxto passu hominis mensuratas: A parte meridiei finis via publica, et intra ipsam terram prope ipsam viam recte mensurati passi quinquaginta quinque: A parte orientis est finis alia via, et intra ipsam terram prope ipsam viam recte mensurati passi septuaginta tres: A parte septentrionis est finis ipsa via et ducit inter hanc terram et alteram terram pertinentem suis propinquis et aliorum, et intra istam terram prope ipsam viam recte mensurati passi alii quinquaginta quinque: A parte occidentis recte mensurati passi octoginta. Et integram medietatem de unum ex duobus molinis que . . . . destructa sunt, que edificate fuerunt in isclis et aqua de fluvio lirino a super et non longe ab ecclesia Sancti Viti que ibi construncta est, ubi proprio . . . . dicitur, et isclis, in qua ipsa molina constructa fuerunt. A parte orientis coniuncta est ad albeum suprascripti fluminis, et parte occidentis ad via pubblica que . . . . . . omnibus aliis isclis et arcaturiis et aquis et lebatio et depositio aquarum ex ipsis molinis et cum medietate de omnibus pertinentiis de uno ex eisdem molinis . . . . . et quartam partem de tota ipsa iscla in quam ipsa molina, ut dictum est, constructa fuerunt. Et de ipsa terra cum vinea per suprascriptas fines et mensurias et de ipsa medietate de tota . . . . unum ex ipsis duobus molinis et de tota quarta parte de ipsa iscla in qua ipsa molina constructa fuerunt, et de omnibus aliis isclis quibus superius nominate sunt et arcaturis ex aquis et lebatio et depositio aquis et de omnibus pertinentibus de ipsa medietate; de toto ipso molino pertinentibus quartam partem pertinere dixerünt ipsi mirande per suum scriptum morgincap ei ab ipso viro suo dato alia die eorum copulationis, et tres partes ipsi petro viro suo, et volebant illud comuniter suprascripto petro atrianense venumdare. Et obserbans ea que in langobardorum regum edicto scripta sunt de muliere que res suas consentiente viro suo aut communiter venumdare voluerit, fecerunt illut notitiam duobus propinquis de ipsius mirande parentibus, et in mea et ipsorum parentum presentia ipsa miranda violentia aliquam se pati non reclamavit, nisi bona sua vo-

luntate ipsa quarta parte sua sibi, ut dictum est, pertinentem se dixit venumdare, ut ab hoc die omni tempore hoc quod vendiderit stavile debeat permanere. Et ego in hac cartula manus ponam quam iohannes scriba cum notitia ipsorum parentum et mea scribere presumit. His ita finitis, sicut ipsis petro et mirande vir et uxor congruum fuit, bona eorum boluntate, per convenientiam per hanc cartulam comuniter venumdederunt ipsi petro sfagilla totam et integram suprascriptam terram cum vinea per iamdictas fines et mensuras, et integram medietatem de totum unum ex ipsis duobus molinis et integram quartam partem de tota ipsa iscla, in quam ut dictum est ipsa molina constructa fuerunt, et integram medietatem de omnibus ipsis isclis et arcaturiis et aquis et de lebatio et depositio de aquis et de omnibus pertinentiis ipsi molino pertinentibus, et cum omnibus que in nostra illud sunt cunctisque suis pertinentiis et cum vice de ipsis viis et de aliis viis earum. Ea ratione, ut totum et integrum illud quod ei, sicut suprascriptum est, venumdederunt, sit semper in potestate ipsius petri atrianensis et heredum eius. Et liceat illum et eius heredes de eo facere quod voluerint. Et propter confirmationem huius venditionis ipsi vir et uxor petrus et miranda susceperunt ab ipso petro atrianense statutum pretium auri tarenos bonos ex moneta amalfitanorum quadringentos in omni deliberatione, sicut inter eos convenit. Et per convenientiam ipsi vir et uxor petrus et miranda, tamen ipsa miranda cum consensu et voluntate ipsius viri et mundoalt sui cum cuius consensu et voluntate omnia que in hac cartula scripta et scrivenda sunt fecit, comuniter guadiam ipsi petro atrianense dederunt et fideiussorem ei comuniter posuerunt ademarium comitem filium quondam landolfi comitis. Et per ipsam guadiam ipsi vir et uxor petrus et miranda comuniter obligaverunt se et suos heredes semper defendere ipsi petro sfagilla et illius heredibus integrum illud quod ei, sicut suprascriptum est, venumdederunt ab omnibus hominibus. Et comuniter tribuerunt ei licentiam, ut quando ipse petrus atrianensis et suos heredes voluerint, potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus monuminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Et si sicut superius scriptum est ipsi vir et uxor petrus et miranda et eorum heredes ipsi petro sfagilla et eius heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam comuniter obligaverunt se et suos heredes componere ipsi petro atrianensis et illius heredibus ducentos auri solidos constantinos. Et sicut superius scriptum est adimplere. suprascripto disturvato legitur atrianensis. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCLXXXI

A. D. 1064

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense iunius, secunda indictione. Ante me siconem comitem et iudicem Iohannacius filius quondam Iohannis qui dictus fuit gualpa, et blacta uxor sua filia quondam iohannis coniuncti sunt cum constantinus et petrus germani suprascripti ioannacii ac filii ipsius iohannis, et per ipsum Iannacius ostensam est una cartula divisionis, sexto decimo anno principatus suprascripti domni nostri gisulfi, mense iunius, decima indictione, qualiter coram rattelgrimo comite et iudice ipse iannacius coniunctus fuerat cum infrascriptis constantino et petro germanibus suis propter ad comprendendum inter se sortes de integra terra cum vinea de loco iobi que illis comuniter abebant, et in ipsa rebus dixerant casa fabrita abere, et fecerant ex ipsa rebus tres sortes: unam in parte orientis, alteram in parte occidentis, alia ibique in media ipsa sorte. a parte orientis per fines et mensuras: ab oriente est finis aliorum: a parte septentrionis est finis medium vallitellum intus ipsa terra prope ipsum vallitellum mensurati passi decem: a parte occidentis est finis ipsa mediana sorte; a parte meridiei est finis medio vallone quod discernit ab alia rebus illorum intus ista sorte iuxta ipso vallone mensurati passi alii decem, et per medio cristone que est ibi intus ista sorte sunt mensurati passi alii decem. et adiunserat in ista sorte partem illam a parte septentrionis de ipsa rebus qui dixi que est terra cum vinea, et est per fines et mensuras: ab oriente finis via, et passi sedecim: a septentrione finis medio ipso vallone qui discernit ab ista sorte, et passi viginti sex; a parte quasi occidentis est finis alia sorte: de istut fecerat esse prima sors cum vice de ipsa via. Alteram sortem fecerat parte illam medianam per fines et mensuras; a parte septentrionis fine medium ipsum vallitellum intus ipsa terra prope ipsum vallitellum mensurati passi duodecim, et per medio ipso cristone passi alii duodecim; a meridie finis medio vallone passi alii duodecim prope ipso vallone mensurati; ab occidente finis ipsa tertia sorte: ab oriente finis ipsa tertia sorte et parte illa mediana de ipsa terra cum vinea que est ibi coniuncta per fines et mensuras: ab oriente est finis ipsa via et passi decem; quasi a parte septentrionis est finis suprascripta prima sorte; a parte quasi occidentis est finis medio suprascripto vallone iuxta eum mensurati passi alii decem; a parte quasi meridiei finis alia sorte. de istut feci esse secunda sorte cum vice de ipsa via. Alteram sortem feci partem illam ab occidente de ipsa terra cum vinea et est per fines: a septentrione est finis medium ipsum vallitellum; ab oriente est finis suprascripta secunda sorte; a meridie finis medio suprascripto vallone; ab occidente

finis medio vallone et partem illam ab occidente de ipsa terra cum vinea et est per fines: ab oriente finis de ipsa via; a septentrione finis suprascriptam tertia sorte; a parte quasi occidentis est finis medio ipso vallone; quasi a parte meridiei est finis aliorum; de istut fecerat esse tertia sorte cum vice de ipsa via. Ipsa terra cum casa fabrita et ipsa fontana que intus ipse sortionis est comuniter illam reserbaberunt omni tempore inter ipsi germanis et illorum eredibus cum vice de via ad ipsa terra cum casa et ad ipsa fontana aqua inde auriendum, et in ipsa terra cum casa et in ipsa fontana illorum utilitatis pro parte illi et illorum eredes faciant iusta ratione illis et illorum eredes, et omines quos voluerint pro parte et stant ipsa via per medio ipso cristone usque ipsa casa suprascriptis mensuriis iusto passu ominis mensurati; et ipse iannacius prius comprenserat de ipse tres sortes ipsam primam sortem, qualiter superius facta est, et ipse constantinus comprehensit ipsa tertia sorte, qualiter supra facta est, et ipse petrus comprensit ipsa secunda sorte, qualiter supra facta est, ad faciendum pro parte de ipsis illorum sortibus quod voluerint, sicut ipsa cartula continet. de suprascripta vero sorte quam ipsi iannacio pertinet, sicut suprascriptum est, pertinet inde ipsi blacte quarta parte, relique tres partes ipsi iannacio, et in ipsa cartula subscriptus est ipse rottelgrimus comes et iudex. Et sicut ipsi vir et uxor iannacium et blacta congruum fuit vona eorum voluntate per convenientiam per anc cartulam venumdederunt suprascriptis constantinum et petrum integram ipsam primam sortem quam ipsa cartula continet, qualiter ipsi iannacio in sorte evenit ab ipsis germanis eius, sicut suprascriptum est, cum omnia infra suprascripta venditione abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de ipsa via et cum integram ipsam vicem et pertinentiam illorum quam ipsi vir et uxor abunt in ipsa fontana et in ipsa casa, et cum suprascripta cartula; ea ratione, ut semper suprascripta venditio sit in potestate ipsorum constantini et petri et illorum eredibus, et licead illi et illorum eredes de ea facere quod voluerint; et propter confirmationes uius venditionis ipsi vir et uxor susceperunt ab ipsis germanis aureos tarenos ex presenti moneta sexaginta quattuor . . . . iusta ratione. Et per convenientiam ipsi vir et uxor secundum legem et romanorum consuetudinem guadiam ipsorum constantini et petri dederunt, et fideiussorem ei posuerunt se ipsos. et per ipsam guadiam obligaberunt se et illorum eredes semper defendere ipsorum germanorum et illorum eredibus integram suprascripta venditione ab omnibus illi ominibus et partibus quibus per ipsos virum et uxorem vel per illorum eredes illud vel ex ipso quomodocumque datum vel alienatum seu manifestatum vel thingatum paruerit per qualecumque ratione, vel qui pro parte et dato eorum et de illorum eredes quascumque causationes exinde ipsis germanis et illorum eredibus preposuerint per qualecumque ratione. Ab alii vero ominibus et partibus et quando voluerint ipsis germanis et illorum eredibus

ob omnibus ominibus et partibus potestatem abeant illud per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et ratrionibus quas inde ostenderint. et si, sicut superius scriptum est, ipsi vir et uxor et illorum eredes ipsos germanos constantinum et petrum et illorm eredibus non adimpleberint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumperint, per ipsam guadiam ipsi vir et uxor obligaberunt se et illorum eredes componere ipsorum constantini et petri et illorum eredibus triginta auri solidos constantinos, et suprascripta adimplere; et suprascripta fecerunt ipsi vir et uxor secundum legem et romanorum consuetudine; et taliter tibi romoaldo notario scribere precepi.

† Ego qui supra sico comes et iudex.

MCCCLXXXII

A. D. 1064

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense iunius, secunda indictione. Ante me Petrum iudicem bibo castaldus filius quondam petri et mulier nomine romane filia quondam cleni que est uxor suprascripti bibi, coniuncti sunt cum truppoaldo nepote eorum filius quondam ursi, et ipsi vir et uxor clarificaberunt se abere duas pecias de terris cum insites et aliis arboribus foris anc salernitanam civitatem in loco transvoneia. prima ex eis est in eodem loco ubi fagitu dicitur per fines et mensuras: a parte meridiei finis via, qualiter incipit da aqua de sabuculu et vadit in parte occidentis per ipsa via, passi quadraginta duo: a parte occidentis est finis ipsa via que discernit inter istut et fine aliorum et fine suprascripti bibi, quam ipse vibo datum abet monasterio sancti petri pertinente mea et aliorum, et aliquantum finis ipsorum vir et uxor quam sibi reserbaberunt per ipsa via, mensurati passi nonaginta; a parte septentrionis est finis suprascripti bibi quam datum abet monasterio sancte trinitatis, recte mensurati passi octoginta sex: a parte orientis est finis medio ipso ribus sabuculu. Alteram est in eodem loco terram cum insitetum per fines: a parte orientis est finis medius ribus qui gabatale dicitur: a parte meridiei est finis medio vallone: a parte occidentis est finis cilium ripis qui sunt subtus et prope via et dimictit ipso cilium et coniungit cum ipsa via et vadit per ipsa via usque aqua de boneia; de suprascriptas terras per suprascriptas fines et mensuras dixerunt pertinere ipsi romane quartam partem et tres partes ipsi bibo. Et sicut ipsi vir et uxor congruum fuit vona illorum voluntate, per convenientiam per anc cartulam

donaberunt ipsi truppoaldo integras ambas suprascriptas pecias de terris per suprascriptas fines et mensuras iusto passu ominis mensurati, cum omnia intra se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de ipsis viis; ea ratione, ut semper suprascripta donatio sit in potestate suprascripti truppoaldi et eredum eius; et licead illum et eius eredes de ea facere quod voluerint. Et propter confirmationis uius donationis ipsi vir et uxor launegilt susceperunt a suprascripto truppoaldo grasenam unam in omni deliveratione, et per convenientiam ipsi vir et uxor guadiam ipsi truppualdo dederunt, et fideiussorem ei posuerunt lupenus caballaru filius ursi erario; et per ipsam guadiam obligaberunt se et illorum eredes semper defendere ipsi truppoaldo et eius eredibus integram suprascripta donatioae, ab omnibus ominibus et partibus. Et si ipsi vir et uxor et illorum eredes suprascripta donatione, vel ex ea ipsi truppoaldo et eius eredibus minime defendere potuerint, tunc ipse vir et uxor et illorum eredes adimpleant et persolbant inde ipsi truppoaldo et eius eredibus iustitiam, sicut in lex langobardorum de donum et subsceptum launegilt continet; et tribuerunt ei licentiam, ut quando ipse truppoaldus et eius eredes voluerint, suprascripta donatione vel ex ea per se defendere voluerint, potestatem abeant qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de ea ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse vir et uxor et illorum eredibus ipsi truppoaldo et eius eredibus non adimpleberint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipsi vir et uxor obligaberunt se et illorum eredes componere ipsi truppoaldo et eius eredibus quinquaginta auri solidos constantinos, et suprascriptam adimplere. suprascripta fecit ipsa romana per boluntate predicti bibi viri sui, et una cum illum. suprascripto disturbatum egit lunegilt; et taliter scribere precepi te romoaldum notarium.

† Ego qui supra petrus iudex.

MCCCLXXXIII

A. D. 1064

† In nomine domini vicesimo secundo anno principatus domni gisolfi glorioso principe, mense iunius, secunda indictione. Ideoque ego guaimarius comes filius quondam guidoni comitis, dum a gravixima infirmitate prehoccupatus sum, unde a divina misericordia mihi non hobbiaverit citius hanc bita dimissurus sum, tamen aduc plena maneo tota mente et recte loquere possum, cogitavi bonum et hutilem servitium quod tu benedictus presbiter michi fe-

cistis et in antea mihi facturus estis. Ideo pro ipso bonum tuum servitium, per hanc cartulam dono adque concedo tivi nominato benedicto presbiteri una pecia de terra mea cum arbustis quod abeo in locum nucerie, ubi ad cliuro vocatur, qui abet finis; de uno capite fine tassali qui miro bocabatur filius petri, Sunt inde per mensurias passos biginta duo. de uno latere fine Iohanni barbelle, inde sunt passos triginta; et iterum rebolbente per fine ipsius iohanni, inde sunt passos triginta quattuor, gubita tres, summisse unum. desubter fine grimoaldi et perexiente in bia, sunt inde passos triginta quattuor. de alio latere fine iohanni traselperti, Inde sunt passos quinquaginta unum: per medium sunt passos triginta duo, gubita tres, summisse unum ad iuxto passum homini mensuratum. hec vero terra cum arbusto, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrid, totum in integrum cum proprie finis et bice de bia sua et cum omnia infra se abentibus illos tibi donavimus; seu et ego mulier nomine adeltruda qui mira vocatur uxor ipsius guaimarii comitis in eadem rebus quartam partem profiteor me abere sortionem pertinentes mihi per ipso meum morgincaput mihi emissum ab eodem biro meus alio die nostre copulationis: et congruum est mihi ipsa quarta mea uniter cum ipso biro meus donare ipsius benedicti presbiteri, et ut eos iuxta legem illud pleniter perficere baleamus, erga me combocabit ipsum guaimarius biro meus et guaiferium et guidonem filiis nostris, ut mihi inde consentiens esse, et ideo ab illis sum exaudita, et ante subscripti nobilibus mihi consentiens, fuerunt, et pro stavilitatem una mecum in anc cartula suis manibus posuerunt. quo ita factum nos superius nominati bir et uxor unianimiter parique consensum per hanc cartula donamus adque concedimus tibi nominato benedicti presbiteri ipsa supradicta pecia cum arbustis per supradicte finis et mensuriis cum finis et bice de bia sua et cum omnia infra se abentibus, unde nec nobis nec cuiqua hominibus nihil restitit, nec dicimus remanere sortionem. et pro confirmandam et staviliscendam hanc nostram donationem primis impotavimus nobis vestrum vonum servitium, et launegild a te inde recepimus camiso unum, finitoque vero nostra donatione per subiectum launegild, ea vero ratione, ut nunc a presenti die et in perpetuis temporibus tu nominatus benedictus presbiter quam et tuis heredibus eaque nostra donatione, ut superius scriptum est, securo nomine avere et possidere baleatis et faciatis quod volueritis: ex qua repromittimus et hobligamus nos superius nominati bir et uxor et nostris heredibus vobis nominato benedicti presbiteri quam et ad tuis heredibus exdicta nostra donatione, ut dudum dictum est, vobis antestandum et defensandum da omnes homines, quot simminime potuerimus aut noluerimus eos vobis defensare, vel si nos ipsi forsitans per quavis modis removere aut retornare quesierimus, ante omnia questio nostra sit bacuum et inanis, et sequenter in edicti capitulo adfixum est de servis qui dum donum vobis iuxtitiam adimplere hobligamus. de colludio tum

si a vos pulsati fuerimus, satis vobis faciamus per dei misteria. preter hoc bolumus, ut si eos daturo aut bindituro abueritis, illos nobis et ad nostris heredibus dare debeatis ad iuxto pretium, sicut iuxte fuerit adpretiatum, et aveamus spatium ad illos tollendum de tertio in tertio constitutum usque in dies triginta sex. nam si infra ipsa constituta noluerimus illos tollere, licead vos illos dare cui bolueritis, et tali ordine te alderissi notario scribere rogavimus, actum salerno.

† Ego theodericus me subscripsi.

† Ego alfanus.

† Ego decufe.

† Ego truppoaldus.

MCCCLXXXIV

A. D. 1064

Aliud exemplar praedicti instrumenti.

MCCCLXXXV

A. D. 1064

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense septembri, tertia indictione. Dum coram presentia domni leonis reverentissimi abbatis monasterii sancte et individue trinitatis quod conditum est foris anc civitatem in loco metiliano essem ego petrus iudex, Ursus habitator de ipso loco filius quondam romoaldi coniunctus est cum leone fabro et monacho ipsius monasterii. et ipse ursus clarificavit sibi pertinere terram cum arbustis in suprascripto loco metiliano et prope ecclesia sancti cesari, quam dixit esse per fines et mensuras, iusto passu hominis mensuratas. A parte meridiei finis media sepes, et iuxta eam mensurati passi decem minus cubitum: A parte occidentis finis ipsius monasterii que in ipso predicto monasterio oblatum est per petrum germanum ipsius ursi, et passi viginti duo. et revolvit in parte occidentis per eandem finem passi quattuor, et revolvit in parte septentrionis similiter per eandem finem passi viginti sex usque limina. et est ibi lata ipsa terra recte in parte orientis usque termina passi octo minus cubitum: et a completis ipsis viginti

sex passibus descendente in ipsa parte septentrionis iuxta ipsam finem usque medio vallone Ab ipsa parte septentrionis finis medio ipso vallone, et prope eum recte mensurati passi octo minus cubitum; A parte occidentis finis aliorum, et passi sexaginta octo; et revolvit in parte occidentis passi septem et medium; et revolvit in parte meridie passi triginta unum recte mensurati intra ipsam terram prope sepem et aliquantulum per capite de via usque priore fine. et clarificavit sibi pertinere de tribus partibus integram medietatem de terra cum insiteto ibi propinquo quam dixerat esse per fines et mensuras suprascripto passo mensuratas. A parte septentrionis finis via que ducit ad suprascriptum monasterium, et passi viginti duo: A parte occidentis finis media sepe et limite, et passi viginti sex et cubitum recte iuxta ipsam finem mensurati. A parte meridiei passi viginti duo: A parte orientis passi viginti sex et medium. Altera vero medietas ex ipsis tribus partibus de iamdicta terra pertinente in iamdicto monasterio a parte suprascripti petri germani ipsius ursi. Et sicut ipsi urso congruum fuit sua voluntate, per convenientiam per hanc cartulam vendidit ipsi leoni pro parte ecclesie quam ipse domnus leo abbas a nobo construxit fundamine in rebus pertinentibus suprascripti monasterii in ipso loco metiliano ubi veteri dicitur ad honorem beatissimi leonis pape integram suprascriptam terram cum arbusto per iamdictas fines et mensuras, et integram ipsam medietatem de iamdictis tribus partibus de ipsa terra cum insiteto per suprascriptas fines et mensuras, cum omnibus que intra ipsam terram, cum arbustis et intra ipsam medietatem de ipsis tribus partibus ex ipsa terra cum insiteto habentibus, cunctisque eorum pertinentiis et cum vice de ipsis viis et de aliis viis suis. Ea ratione, ut integra suprascripta venditio, quemadmodum suprascriptum est, semper sit in potestate ipsius domni abbatis et partibus ipsius ecclesie, et liceat ipsum domnum abbatem et parte suprascripte ecclesie de ea facere quod voluerint. Tantum dum ipse leo vixerat et in eadem ecclesia aut in suprascripto monasterio permanserit, retineat sue potestatis usufruendi nomine integrum illud quod ipse ursus ei, ut suprascriptum est, pro parte ipsius ecclesie vendidit. et de usufructu ei quod voluerit faciat. post vero suum obitum aut si de ipsis ecclesia et monasterio exierit propter in alio loco permanendum, integer ipse ususfructus ad suam redeat proprietatem. Et propter confirmationem huius venditionis ipse ursus suscepit ab ipso leone pro parte ipsius ecclesie statutum pretium auri tarenos triginta et duo in omni deliberatione. Et per convenientiam ipse ursus guadiam ipsi leoni pro parte ipsius ecclesie dedit et fidemiussorem ei posuit pro ipsius ecclesie partibus suprascriptum petrum germanum suum. et per ipsam guadiam ipse ursus obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi domino abbati et partibus suprascripte ecclesie integrum illud quod eidem leoni, ut suprascriptum est, pro parte ipsius ecclesie vendidit ab omnibus hominibus in suprascripta ratione. Et tribuit

licentiam, ut quando ipse domnus abbas et pars ipsius ecclesie voluerint, potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus moniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Altera vero medietas de ipsis tribus partibus ex ipsa terra cum insiteto pertinente in ipso monasterio a parte suprascripti petri. Et si, sicut superius scriptum est, ipse ursus et suos heredes ipsi domno abbati et partibus suprascripte ecclesie non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipse ursus obligavit se et suos heredes componere ipsi domno abbati et partibus ipsius ecclesie quinquaginta auri solidos constantinos. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

✝ Ego qui supra petrus iudex.

MCCCLXXXVI

A. D. 1064

✝ In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense nobembri, tertia indictione. Ante me mirandus scribam et iudex benerunt mulier nomine romelgaita, que fuit uxor quondam ademarii filius quondam iohanni curzonem, et iohannes et ademarius germani filii suprascripti ademarii, quorum ipsi iohannes erat legitimam etatem et ipsi ademarius erat infantulo infra etatem, qui dicebat necessitatem maiori abere et fame moriuntur, et volebat illud bendere inclita sortionem suam de una casa fabrita solarata quod illis abunt ab intus castello nucerie. Ego vero reminiscens ea que langobardorum regum edictum precepit de infantibus qui infra etatem sunt et necessitatem maiori abunt et fame moriuntur potestatem abeant cum misso principe aut cum iudice suo de rebus suis bendere qualiter bibere possint in tantum ut se de ipsa fame liberari possint ut non moriantur. Et quum omnibus notum est, ut dum tempus famis quod presens est quod ego prebidi, quia certe quod pro ipsa necessitatem famis bendere bellent, deligenter illut inquisibi quantum de rebus cum casis suis bendere bellent, et erat illut ipsa casa intus ipso castello quod bendere bolevat per ec finis; a parte orientis fine platea; a parte meridie fine media strectola pertinente de ipsa casa: a parte occidentis fine casa de alferii filii iohannis, sicut inde muro commune dixernit: a parte sebtemtrionis fine alia medietate strectola pertinente de ipsa casa et coniungente se in ipsa platea priora finem. hec vero suprascripta terra et casa pertinet ab ipsi suprascripti mater et filiis inclita medietate et bixerunt tanti pretii sortionem ipsius infantulo, ut se da ipsa fame liberari possunt ut non moriantur. Ego vero dum

talia a nobis solutionem eis tribuit illut benumdandi, et ideo ipsi romelgaite et iohanne; set ademarius pro taliter integra medietate de suprascripta terra cum casa subter et super illut bendiderunt lidti filio quondam musandi, et ipsa romelgaita observans ea que in legem longobardorum regum edictum scriptum est de mulieres que res suas bendere voluerit non in absconso set in presentia principi aut iudicis vel sculdais, et cum illam exet ipsi suprascripti filii et mundoaldi sui et duos parentes eius qui ipsi romelgaite propinquiori sunt, et una cum illis in mea presentia benerunt et me rogaberunt quia de medietate de ipsa casa quarta pars quod ei pertinet per datum ipsius ademarii qui fuit biro suo, dicebam illut bendere sine ipsi parentibus et mundoalt eius; inde ei consensit et se ipsa binditricem fecit, ut semper oc quod bendiderunt stabilem sit. et ego prephato Iudex in ac cartam manum pono quam petrus scriba cum notitia mea et de ipsi eius parentes ac carta scripsit. Et ideo ipsi romelgaita et iohannes et ademarius integras medietate de suprascripta terra cum casa super et subter cum omnia que intra eam sunt cunctisque earum pertinentiis cum bice de biis et mineanea cum anditis suis a funditus illut ipsi litdo bendiderunt; Eam rationem, ut semper sit in potestati ipsi lidto et eredum eius faciendum ex eo quicquid voluerit, et pro ipsa illorum venditione receperunt ab ipsum lidto auri tari voni nobem in omni deliberatione, et pro taliter ipsi romelgaite et iohannes et ademarius guadiam ipsi lidto dederunt et fideiussorem ei posuerunt se ipsis; et per ipsam guadiam obligaberunt se et illorum eredibus semper defendere ipsi lidto et eredum eius integra suprascripta illorum benditio, sicut suprascriptum est, da partibus uxoris predicti iohanni et ab omnibus ominibus omnique partibus, et cum bice de bie sue. et quando ipsi lidto et eredum eius per se ipsis illut defendere voluerit, potestatem abeant modis illut defendere qualiter eorum placuerit cum omnibus monuminibus et rationibus quas illut inde ostenderit. et si, sicut superius scriptum est, illut ipsi lidto et eredum eius non adimpleverint, et de omnibus suprascriptis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per quabis modum per ipsam guadiam obligaberunt se ipsi mater et filii et eredum illorum componere ipsi lidto et eredum eius, seu cui carta ista pro parte illorum in manum paruerit triginta auri solidos constantinos; et, sicut superius scriptum est, eorum adimpleret. Et oc factum est ante me et ante alii testes, et ipsa romelgaita ec omnia suprascripta fecit per voluntatem de ipsi filii et mundoaldi sui, ut semper ac carta sit firmam per suprascripta guadia et pena obligata. superpositum inter ipsi birguli legit casa. Et taliter ac carta tibi petri protonotario scribere precepi, qui interfuistis.

† Ego qui supra mirandus scriba et iudex.

MCCCLXXXVII

A. D. 1064

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense nobembri, tertia indictione. Dum in sacro salernitano archiepiscopio ante aulam sancte semperque virginis dei genetricis marie essem ego iohannes iudex cum pluribus aliis hominibus, inter quos erant iohannes atrianensis filius quondam mauri et mascinus clericus filius quondam romoaldi: Ipse iohannes ostendit unum scriptum quod continebat: in nomine domini vicesimo secundo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense februario, secunda indictione. Ante me iohannem iudicem mascinus clericus filius quondam romoaldi coniunctus est cum iohanne atrianensi filio quondam mauri ad faciendum inter se finem de causationibus quibus ipse mascinus cum eodem iohanne olim ante romoaldum iudicem causaberat, ut ipse iohannes malo hordine introisset in res ipsi mascino pertinentes de locis albole et transboneia, et per fines et vocabula et pertinente ipsorum locorum, et fobeas in eis fecisset, et arbores et vites ex eis abscidisset, et sepes ex eis rupisset, et fructus de eis tulisset, et ipsas res ei contrasset. Insuper et malo hordine ipse iohannes tulisset res mobiles ipsi mascino pertinentes de ecclesia sancti andree in ipso loco albole constructam quam ipse mascinus sibi pertinentem esse dicebat. Ipse iohannes responderat in suprascriptis locis albole et transboneia et per fines et vocabula ei pertinentes ipsorum locorum plures res et ecclesias haberi; sed nescire de qualibus ipse mascinus cum eo causaret. Ipse autem iudex, sicut inter eos convenerat, iudicaberat et illos guadiare fecerat ut simul cum iudice et notario ipsi mascinus et iohannes illuc pergerent, et ipse mascinus monstraret ipsi iohanni ipsas res et ecclesiam de quibus cum eo, ut suprascriptum est, causaberat: et per partes plicarent se cum suis rationibus, et secundum legem inter se ipsi mascinus et iohannes finem facerent ex eo quod ipse mascinus cum eodem iohanne, ut suprascriptum est, causaberat et de iamdicta ecclesia. Et mecum et cum notario ipsi mascinus et iohannes illuc perrexerunt, et ipse mascinus monstravit ipsi iohanni ipsas res de iamdicto loco albole et iamdictam ecclesiam ibi constructam de quibus cum eo, ut suprascriptum est, causaberat, Et per partes plicaberunt se cum suis rationibus. Ipse vero mascinus ostendit cartulas octo et dua precepta congruo anulo consignata. et ipse iohannes ostendit cartulas nobem et unum preceptum sigillatum. Nec non et ostenderunt singula iudicata de suprascriptis causationibus in quibus ipse romoaldus iudex subscriptus est; ex quibus unum pro parte su-

prascripti mascini scriptum per romoaldum notarium, et alium pro parte ipsius iohannis scriptum per iohannem notarium, et pro parte confessi sunt plures cartulas inter se ex hoc non ostense, et legere easdem rationes feci. Ipsum brebem sigillatum ipsius iohannis continebat, qualiter guttus atrianensis filius petri qui rocci vocabatur, rogaberat potestas domni guaimarii principis et patricii, ut ei concederet rem sui sacri palatii ex illa parte fluvio albole per hec finis: desuper finis serra de monte falerzu; de alia parte finis ribus unde aqua decurrebat. desuptus finis mare, de alia parte finis ipso fluvio albole; per ipsas fines et a foras ipsas fines de quanto sui palatii pertinebat totum illud ei concederet securiter ille et eius heredes illud habendum, possidendum et faciendum inde quod vellent absque cuiuscumque contrarietate vel requisitione. Prima ex ipsis cartulis ipsius iohannis, scripta per riccardum notarium, vicesimo tertio anno principatus domni gisolfi, mense martio, tertia decima indictione, quomodo ipsi gutto filio roderici guadiam dederat mastalus amalfitanus qui dicebatur roibulu et mediatorem ei posuerat se ipsum. et per eamdem guadiam ipse mastalus obligaverat se et suos heredes tenere ad suam potestatem inclitum montem suum qui ei erat pertinente qui vocatur falerzu et annualiter usque sex annos completos liceret de ipso monte lignamina iusta rationem abscidere et castanie per tempora colligere et omne anno dare ipsi gutto et eius heredibus de ipso monte et de ipso castanieto unum tarenum bonum. et habebat finem ipsa res: de una parte finis media serra de ipso monte. Alia parte finis medio ribus qui dicebatur aqua puteda: desuptus finis litore maris. Alia parte finis ipso fluvio albole et saliente et coniungente in ipsa serra. et obligaverat se ipse mastalus et suos heredes inclitum ipsum castanietum et quercietum usque ipso constitutum salvum facere; ad completum ipsum constitutum ipsam rem per ipsas fines rebertere ad potestatem ipsius gutti et heredum eius sicut ipsa cartula, in quam iohannes notarius et maio subscripti sunt. Secunda ex eis scripta per teodericum notarium, anno tricesimo quinto principatus suprascripti domni gisolfi, mense iulio, decima indictione. Quomodo ante petrum iudicem iohannes filius ipsius gutti causaberat cum sergio amalfitano filio quondam stephani qui vocabatur calendulo, ut ipse sergius malo hordine introisset in rebus eius de ipso loco albole a flumine aque putide usque ipso fluvio albole. Unde ipse iudex iudicaberat sicut ipsa cartula continet, in quam ille subscriptus est. Tertia ex illis scripta per iaquintum notarium tricesimo septimo anno principatus domni paldolfi et secundo anno principatus eius salerni et sexto anno principatus domni paldolfi filii eius, mense decembri, octaba indictione. Ipse iohannes atrianensis filius gutti coniunctus fuerat cum iohanne qui fuerat sarnensis. et tunc erat commanente in loco metiliano in casa iohannis et maraldi germani filii iohannis monachi, pro quam in rebus sua ab aqua que dicitur albole in illa parte cum collecta manu armata introierat. et

pro qua in rebus ipsa malo hordine introierat, donaberat ipsi iohanni comiti portio quam ille ei facere debebat, pro eo quod manifestaberat ut in ipsis rebus nulla pertinente ipse iohannes sarnensis habebat. et ab ipsa aqua in illa parte aliquando tempore cum eo causaret aut contradicere non posse per nullis modis, sicut ipsa cartula continet, in quam romoaldus, iaquintus et guiso subscripti sunt. Quarta scripta per iaquintum notarium anno tricesimo septimo principatus ipsius domni paldolfi et secundo anno principatus eius salerni et sexto anno principatus domni paldolfi eius filius, mense octuber, octaba indictione. Ipse iohannes et leo atrianensis germani filii ipsius gutti tradiderant rigando de iufuni filio turbi terras et silvas eorum quas habebant in ipso loco albole actum salerni per fines de una parte ipso fluvio albole et desuper parte finis sicut media serra discernebat et de alia parte finis vallone unde aqua puteda decurrebat et desupter parte finis mare ut ex ipsis terris eis adimplere et dare sicut ipsa carta continet, in qua mirandus notarius et grimoaldus subscripti sunt. Quinta ex eis ipsius iohannis continet. In nomine domini, primo anno principatus domni nostri mansoni et domni iohannis eius filii gloriosi principibus, mense septembri, undecima indictione. In sacratissimo salernitano palatio ante me ademari iudex et una mecum adesset ydoneis hominibus coniuncti sunt iohannes et leo atrianenses germani filii gutti cum riso et roderico et musando germani filii quondam maraldi et cum madelmo filio iaquinti et cum sergi qui piczicuto vocatur et gencu filio petri cognato ipsius madelmi. Ipse sergi vice mulieri nomine imperatissa uxor sua et ipse gencu pro vice mulieri nomine tota donna uxor sua pro parte rebus illa de locum albole finibus salerni qui sunt terris cum castaneis et silba uno teniente illa parte ipso fluvio de albole. Unde ipsi filii maraldi et ipse madelmus cum ipsi cognato sui dicebant illorum esse pertinente per sue ratione, et ipsi germani filii gutti dixerunt non esse veritas, sed illorum esse pertinente per successionem et sua ratione et usque nunc rebus ipsa illis tenuisset et dominasset. Et altercantes inter se exinde antequam per lex illud inter se finiret, convenit inter eis ut ipsi iohannes et leo secundum legem ad sancta evangelia iuraret ut rebus ipsa da ipso fluvio in illa parte usque in serra da unde ipsa serra discernit et saliente usque in monte qui dicitur falerzu et rebolvente per aqua et vallone qui dicitur puteda et qualiter descendit usque in mare desuptus fine ipso mare. per hec fines sicut diximus ipsi iohannes et leo iurare ut per successione et sua ratione illorum esse pertinente et que illis et que ipse genitor eorum et que parentes illorum per expletos triginta annos illud tenuisset et dominasset. et legibus eorum esse pertinente, et sicut inter eis convenit, guadiaverunt inter se exhinde et mediatorem ipsi germani posuerunt iaquintus aurifex filius mascani. et ipsi nominati filii maraldi et madelmo cum ipsi cognato sui mediatorem posuerunt dei evangelia parandum ipsum iaquintus. Modo autem ut diximus propterea iterum

ante nos sunt coniuncti et per ipsi filii maraldi et madelmo et ipsi sergii et gencus vice ipsius uxoris sue paraberunt sancta evangelia. et ipsi filii gutti cum quinque suos sacramentales secundum legem iuraberunt ut rebus ipsa per supradictas fines que illis que genitor eorum et que parentes eorum per expletos triginta annos illud tenuisset et dominasset et legibus eorum esse pertinente. Nos superius dictus iudex dum taliter ipsi iohannes et leo sacramentum ipsum dantem audivimus, ideo iuxta legem iudicabimus ut amodo et semper ipsi germani filii gutti et illorum heredes rebus ipsa securiter illum sibi haberet et omnia inde facere quod voluerint absque omni contrarietate vel requisitione ipsorum risi, roderici, musando et madelmo, sergii et gencu et de ipse uxore sue vel de illorum heredibus. Tantum ipsi sergii et gencu et illorum heredes defensaret ipsi filio gutti et eorum heredes a pars de ipse uxore sue et da omnes homines qui pro illorum parte et dato quodcumque causatione inde eorum preposuerint, et si taliter illis exhinde non defensaberint, componere obligaverunt se et suos heredes ad ipsi filio gutti et ad illorum heredes decem auri solidos constantinos et sicut dictum est semper illis inde defensarent. et taliter pro perpetua securitate ipsorum iohanni et leoni et de illorum heredes hunc nostrum definitione emisimus iudicatum, quod tibi rodoaldi notario scribere dictabimus de suprascripto mense septembri, undecima indictione. ego qui supra ademarii iudex. Sexta ex ipsis cartulis scripta per romoaldum notarium secundo anno principatus domni iohannis et domni guidoni eius filii, mense iunio, tertiadecima indictione. ante petrum iudicem coniuncti fuerant riso et rodericus et disiio germanus filius quondam maraldi et madelmo consubrino frater eorum filii quondam iaquinti et sergius qui piczulo clamabatur filius ursi cum iohanne et leone atrianenses germani filii ipsius gutti ad faciendum inter se finem de rebus de loco veteri que erant isclis et transboneia et per finibus de transboneia finibus salerni. unde inter se plures habuerant causationes querentes ipsi germano ipsam rem suam facere per successionem. et ipsi alii omnes suprascripti querebant ipsam rem suam facere per successionem et per suas rationes. Sed antequam per sacramenta illud inter se diffinirent, horta erat inter illis bona convenientia. et statim ipsi filii supradicti maraldi et ipsi madelmo et sergii qui erant cognati manifestaverant ipsis iohanni et predicto leoni de una clusuria de terra que erat iscla iuxta ipso fluvio per fines et mensurias. de una parte sicut decurrebat fluvio de veteri, erant inde passi octoginta quinque, desuper parte finis de toti finis ipsius maraldi et ipsorum madelmi et sergii sicut ibidem termini fixerant et inde erant per latitudinem passi viginti. Alia igitur parte similiter finis illorum, erant inde passi sexaginta tres. Alia vero parte finis ipsorum iohannis et leonis et inde erant passi sexaginta quinque totum mensuratum ad iuxtum passum hominis. Seu et manifestaberant ipsis iohanni et leoni de inclitis isclis in quibus illi molinum edificatum habe-

bant in predicto fluvio de veteri ut eis esset pertinente ipsa molina cum ipsa aqua et cum arcaturiis et trasite et exite sue et cum inclita ipse iscle ista et illa parte ipso fluvio de ipso molino usque via antiqua que dicitur de traberse et sicut ibat de rebolta de ipso fluvio que ibidem erat que erat a supra cisterna unde aqua decurrebat que ibidem erat a subter ipsa rebolta et sicut ab ipsa rebolta ibat usque ad supradictam peciam per supradictas mensurias et de ipso toto sicut supradixerant ipsi filii maraldi et predicti madelmo et sergius manifestaverant ipsis iohanni et leoni ut eis esset pertinente et illi nullam ibidem habere. et neque per testes neque per monimina neque per nulla quoque inventa ratione cum illis vel cum illorum heredibus illi vel sui eredes exinde causaverant contendere non posse eo quod legibus ipsi iohanni et leoni erat pertinente per successionem et per suas rationes. et semper illi et illorum heredes inclitum illud defensarent ipsis germanis et eorum heredibus a parte uxorum suorum et non illud vel exinde eis vel eorum heredibus quererent tollere aut contrare, sicut ipsa carta continet, in qua ipse petrus iudex et teodoricus subscripti sunt. Septima ex eis scripta per radoaldum notarium septimo anno principatus domni iohannis et primo anno principatus domni guaimarii, eius filii, mense ianuario, tertia indictione. Ante ipsum petrum iudicem coniuncti fuerant ipsi iohannes et leo atrianenses germani filii suprascripti gutti cum lupeno filio mauronis comitis et alio lupeno filio petri qui dicebatur de lupeno de rini qui erant habitantes de amalfis ad faciendum inter se finem de rebus que erant terra cum castaneto de loco albole salerni finibus quas ipse lupenus filius petri dixerat ut de parentes suos et illorum pertinentes esse. et ipse lupenus filius mauronis comitis dixerat ut de eadem rebus ei pertinente esse per sua ratione a parte ursi thio de ipso alio lupeno. Supradicti germani dixerant ut rebus ipsa de parentes suos et eis pertinentes esse et illi illud tenuissent et dominassent. et ipse ursus auctor de ipso lupeno et ipse alius lupenus nec parentes suos nullam ibidem habuissent aut habere. et sicut inter se convenerat per convenientiam inter se guadiati fuerant ut ipsi germani iurarent ipsis lupeni ut quem parentes illorum et illis ex dictam rem per quadraginta annos tenuissent et dominassent et nec ipsi lupenus filius petri nec parentes suos nec ipse alius lupenus nec ipse ursus auctor eis infra ipsos quadraginta annos nullam ibidem tenuissent et dominassent. Tunc autem sicut dictum est, coniuncti fuerant inde finem faciendam. et per ipsos lupenos parata erant sancta dei evangelia. et ipsi germani per singulos per ipsa sancta dei evangelia. iuraberant ut iamdictam rem a semita que ibat per torum usque in serra de monte qui dicitur falerzu in ista parte usque in fluvio qui dicitur de albole et usque in mare ut quem illi quem parentes illorum per ipsos expletos quadraginta annos illud tenuissent et dominassent, sicut ipsa carta continet, in quam ipse petrus iudex subscriptus est. Octaba ex

ipsis cartulis scripta per iaquintum notarium nono anno principatus domni iohannis et quarto anno principatus domni guaimarii eius filii, mense maio, quinta indictione. In sacro salernitano palatio ante iamdictam potestatem astaret iohannes iudex, coniunti fuerant lupenus amalfitanus filius mauronis comitis cum riso filio maraldi ad faciendum inter se finem de rebus illa ex illa parte aqua que dicitur albole unde ipse lupenus cum ipso riso causaberat ut ipse risus et homines eius malo hordine introisset in rebus ipsius lupeni ab aqua que dicitur albole in illa parte et usque aqua que dicitur puteda et a serra que dicitur falerzu usque mare et fobeas ibidem fecissent et arbores inde abscidissent. et vites et castanieta inde cappilassent et contrasset illud hominibus quos ipse lupenus ibidem ad laborantes missos habuerat. et ipse lupenus in manu inde miserat ipsi riso iamdictus iohannem et leonem filium ipsius gutti sicut ipsa carta continet in qua ipse iohannes iudex subscriptus est. Nona ex illis continebat: In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi, temporibus domni mansonis ducis et imperialis patricii, anno tricesimo octabo et vigesimo anno domni iohannis gloriosi ducis filii eius, die prima mensis februarii, indictione nona, amalfis. Ipse lupenus filius mauronis comitis de pantaleone comite clarefecerat per firmam cartam venundatam habuisset ei ipse leo atrianensis filius ipsius gutti terram cum castanieto et silba uno teniente in ipso loco albole finibus salerni per fines: A parte orientis fine aqua de fluvio qui dicitur albole et ascendente usque in serra de ipso monte falerzo. de una parte finis ipsa serra. et abinde descendente in vallone unde exiebat aqua que dicitur puteda et per ipsam aquam descendentem usque in mare desubtus finis ipso mare et qualiter ibat usque in ipso flubio albole infra ipsas fines inclita medietate eius ipse leo venundatam habuerat. Et tunc sicut ei complacuerat ipse lupenus remiserat ad potestatem ipsius leonis totam et inclitam ipsam rem cum quale edificio in eo habebat factum et cartulam quam exinde habuerat, cassaberat et cassatam illam aput eum remiserat, sicut in eadem carta continet, in quam leo filius mauri de gregorio comite et leo filius pantaleonis de tauro comite et iohannes filius leonis de marino comite testati erant. Unus ex ipsis preceptis quas ipse mascinus ostendit, continebat qualiter vir gloriosissimus ziconolfus langobardorum gentis princeps concesserat rattemundo fideli suo filio rattelchisi montem ipsum de falerzo et montem de trabuneia cum silbis et castanietis et quercietis per fines de una parte finis mare. Alia parte finis aqua palombara et saliente per finem de capite de ipsa aqua in capite de ipso monte falerzo. de alia parte sicut descendebat per fines de medio ipso toro de falerzu et ibat per media serra de ipso monte super aqua ianni et ibat per fine sua per mediam serram super aqua de fluvio albole et ibat in fossatu. et inde pergebat per mediam vallem et coniungebat in toru de monte de mantrelle et ascendebat per mediam serram de planellu et salientem per serra de calcara

et pergentem per vallem que dicebatur vitaminie et descendentem et coniungente in . . . . . . de lembole et descendente in ripe erga mare et descendebat in mare. et inde pergente et coniungente in ipsa aqua palombare et saliente in serra de capite ipsius montis falerzi. In ea ratione ut semper ipse rattemundus et heredes suos predicta omnia que supra legitur integrum habere et possidere valere et facere quod vellent sicut ipsum preceptum continet scriptum per ragemprandum notarium actum salerni, septimo anno, mense iunio, octaba indictione. Item prime ex ipsis cartulis quas ipse mascinus ostendit continebat: quarto anno principatus domni ademarii, mense martio, quinta indictione. palumbus filius rattemundi vindederat gentili filio gentili rem suam de trabuneia et de valle de monte qui dicitur falerzu que erat pecie tres de castanieta et quercieta et silbis quam ei pertinebat a palatio et per aliam rationem rive habebat finis. prima pecia de uno latu finis media aqua que dicebatur palombara. de capite finis toppu de monte falerzo . . . . media serra de ipso monte. Alio latu finis aqua ianni. Secunda pecia habebat finis de capite fine serra de ipso monte. de alio latu finis aqua de ipso fluvio qui dicitur albole. de alio latu finis quomodo coniungebat ipse aque. Tertia pecia de capite finis serra de ipso monte et ibat et coniungebat in fossatu et inde exiente per mediam vallem et coniungebat in toppu de monte qui dicitur mantrelle et descendente per media serra de planellu et saliente et coniungente in toru de calcara et inde descendente per valle que dicebatur vitaminie et pergente et coniungente in aqua de lembole et descendente in ripe de ipso monte erga mare desupter parte finis mare et coniungebat in ipso fluvio de aqua de albole. Intra istas fines nec sibi quas vinditori neque ad alium hominem nichil reserbaberat portionem. Sed totum in integrum cum propriis finis et viis et aquariis suis et omnia intro habentes ipsi gentili vindederat possidenti cum omnia monimina et quattuor preceptis de ipsis locis pertinente sicut ipsa carta continet scripta per radualdum notarium et a testibus sufficienter roborata. que etiam continebat ut de alia rebus ipsius palumbi quas habebat in traboneia non haberet potestatem nec ille aut heredes eius dare preter ipsi gentili et eius heredibus eis inde dandum quantum valuissent. Secunda ex ipsis cartulis inter cetera que continebat quod propter deletionem legere non valetur, continebat quomodo . . . . coniuncti fuerant cum plurimis hominibus ex quibus fuerat sergius et leo et iannuaulu filius petri et guttus filius rocci ad diffiniendum inter se causationes de terris et silbis et montanea de loco traboneia et de monte falerzu. et una cum petro iudice super ipsas res perrexerant et per fines que monimina illorum continebat ipsis omnibus suprascriptis monstraberant et inde rebersi fuerant. Tunc quidem erant coniuncti finem inde faciendum. unde in eadem presentia ille ostenderat inter cartule et brebi et unum preceptum et brebi sigilati numerum decem et septem. et ipsi omnes

suprascripti vice sua et de omnibus consortibus suis ostenderant duo brevicelli sigilati et cum legere fecerant ipsos eorum brevicellos nullatenus inde erant continentes. Cum autem tota suprascripta monimina eorum legere fecerant in eadem presentia erant continentes per fines et extra fines. et ipse quidem iudex agnoberat ipsam suam monimina et invenerat per fines et extra fines et invenerat illum ibi residentem et laborantem et de ipsa rebus datam ad laborandum et iudicaberat ut per sacramenta secundum legem illud eis confirmare. et ipsi omnes suprascripti vice sua et de omnibus consortibus suis sancta dei evangelia paraberant. et ipse cum uno filio suo et temelgardo parente suo iuraberat et dixerat per sancta dei evangelia quia que ille que genitor eius quem gradum parentum parationis eorum per ipsas fines et extra fines qualiter tunc illud dominaberat et possiderat per triginta annos eos per suprascripta munimina illud possidentes esse, sicut ipsa carta continet, scripta per ursum notarium, in quam ipse petrus, et odelrico et pipino subscripti sunt. Tertia ex eis continebat: trigesimo octabo anno principatus domni gisulfi, mense aprelis, duodecima indictione. risus filius quondam maraldi ante testes vice sua et vice de germani et consortibus suis coniuncti fuerat cum ipsis iohanne et leone germanis atrianensis filii suprascripti gutti propter intentionem quas antea inter se habuerant de rebus eorum de traboneia et de monte qui dicitur falerzu et de aliis locis. unde per sacramenta illud per fines diffinitum habebant. et unde dicebat illi audaciter ut habere inde scriptione qualiter in rebus ipsa sortione habere debere et iamdicti antea inde fuerant guadiati ut ei ipsum scriptum monstrare. Tunc autem per partes inde fuerant coniuncti fines inde faciendas. et in eadem presentia ipse risus pro vice sua et de germanis et de consortibus suis ostenderat scriptum diffinitionis et multas alias cartulas et precepta et brevi sigillati per fines et extra fines de ipso loco traboneia et ipso monte falerzo illa et ista parte. et ubi taliter ipsi germani ipsum scriptum diffinitionis et totam ipsam muniminam legentem audierant et agnoberant ut exinde sacramenta ipse genitor eorum et consortes eius et parentes suos receptum habuerant et exinde eis componere debebant, manifestaberant ut nullam rationem inde habere et de ipso brebe quod dixerant inde habere negaberant ut non esse veritas sicut ipsa carta continet, scripta per iohannem notarium in quam adelferii et cisenolfus et iaquintus subscripti sunt. Quarta ex ipsis cartulis continebat: secundo anno principatus domni iohannis et domni guidoni eius filii, mense iunio, tertiadecima indictione. Ante petrum iudicem coniuncti fuerunt riso et rodericus et disiio filii quondam maraldi et madelmi consobrini fratres eorum filii quondam iaquinti et sergius qui piczicuto clamabatur filius ursi cum ipsis iohanne et leone atrianense germanis filiis suprascripti gutti ad faciendum inter se finem de rebus de loco veteri que erant isclis et traboneia et per finibus de traboneia. unde inter se plurimas causationes habuerant querentes ipsi germani

ipsam rem suam facere per successionem. et ipsi alii omnes suprascripti querebant ipsam rem suam facere per successionem et per suas rationes. Sed antequam per sacramenta illud inter se diffinirent horta erat inter eos bonam convenientiam. et statim ipsi filii maraldi et ipse madelmus et sergius qui erant cognati manifestaberant ipsis iohanni et leoni. de una clusuria de terra que erat iscla et de alia sicut ipsa carta continet. Et ipsi iohannes et leo manifestaberant ipsis filius maraldi et madelmo et sergio ut eis esse pertinentem unam clusuriam de terra de eodem loco veteri in quam illi molina edificata habebant in pede montis qui dicitur catabulu ut eis esse pertinentem ipsum molinum cum isclis et aqua et arcaturiis et trasita et exita sua illa et ista parte ipso molino et cum omnibus intro habentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de viis suis. Seu et manifestaberant eis ut quantas res ipsi filii maraldi et ipsi madelmi et sergius habebant vel habuerunt in ipso loco transboneia et per fines et pertinente de eodem loco a fluvio qui dicitur gabatale ab unde descendebat et usque in aqua de albole et ab ipso fluvio de veteri in supra scepto illud unde ipso suprascripti manifestaberant ipsis germanis per ipsas fines et mensuras. Nam de ipso alio sicut dictum est, manifestaberant ipsis filiis maraldi et madelmo et sergio inclitam ipsam rem esse pertinentem per successione et per suas rationes. Simulque et manifestaberant eis de iscla illa que erat a rebolta in supto cum cisterna que ibi erat et usque viam trabersam antiquam que erat illa parte ipso fluvio in parte occidentis que discernebat a fine suprascripti filii maraldi et madelmi et sergii illorum esse pertinentes cum plaio et usque ipsa aqua de albole et ipsi iohanni et leo et eorum heredes nullam ibidem habere et neque per testes neque per munimina nec per nulla quoque inventa ratione cum ipsis omnibus suprascriptis vel cum illorum heredibus exinde causare aut contendere. et ipsi iohannes et leo et eorum heredes omni tempore antistare et defensare ipsis filiis maraldi et ipsis madelmo et sergio et eorum heredibus inclitam ipsam rem a parte uxoris sue et non aliquid inde eis vel eorum heredibus tollere aut contrare quererent sicut ipsa carta continet, scripta per romoaldum notarium, in quam ipse petrus iudex subscriptus est. Quinta ex eis scripta per iaquintum notarium octabo decimo anno principatus domni guaimarii, mense augusto, quarta indictione. qualiter riso et rodericus germani filii maraldi et madelmo filio iaquinti ad tenendum et rongandum tradiderant petro filio iohannis et leoni filio ursi amalfitani de silbis eorum quas habebant in loco monte qui dicitur caputaquis propinquo traboneia que erat per fines: a parte orientis finis aqua que dicitur sabuculu et inde saliente per ipsam aquam que in ipso sabuculo decurrebat. et per ipso monte usque in serra. et per ipsam serram descendente usque in aqua que dicebatur iohannis et de alia parte finis illorum intra ipsas fines tradiderant eis de silba ad duabus peciis de cesinis in illa ratione sicut ipsa carta continet, in

qua romualdus subscriptus est. Sexta ex eis scripta per mirandum notarium vigesimo septimo anno principatus domni guaimarii, et primo anno principatus domni iohannis eius filii, mense ianuario, quartadecima indictione. qualiter eupractius grecus presbiter et abbas ecclesie sancti nycolai, que sita est in loco veteri a supter mare pertinente lamberti et landoarii comitibus germanis filiis quondam alberti comitis: una cum eo esset petrus advocator ipsius ecclesie et risus et rodericus germani filii ipsius maraldi, et madelmo filio quondam iaquinti, et petrus nepos eiusdem madelmi filii quondam sergii, tradiderant iohanni natibo de loco pecara territorio amalfitano filio mauronis de rebus pertinentibus ipsius ecclesie et ipsorum suprascriptorum parentum consortum que erat in ipso loco albole, illa parte que erat medietate pertinente ipsius ecclesie et medietatem omnibus suprascriptis, et de ipsa medietate ipsorum suprascriptorum medietate pertinebat ipsis riso et roderico et mediatore ipsis madelmo et petro: et de ipsa medietate ipsorum madelmi et petri tres partes pertinebant ipsi madelmo et partem ipsi petro a parte imperatisse matris sue sororis ipsius madelmi. et erat illud quod ei tradiderat terra vacua in omni facie per mensura passi sexaginta, sicut ex omni parte ad finem illorum coniungebat. etiam et tradiderant ei unam peciam de terra cum castanieto illorum ibi propinquo per fines et mensurias; incipiente a capite de vallone qui inde esse videbatur et saliebat usque tractorario, inde erant passi sexaginta: et ab inde rebolvebat per cristone quasi in parte orientis passi centum viginti: et ab inde descendente per tractorarium ipsum et coniungente in alio tractorario, passi septuaginta octo: et ab inde saliente per alium tractorarium, passi quadraginta octo: et ab inde qualiter saliebat per ipso vallone et coniungebat in primo fine. Quam et tradiderant ei omnes alias castanieta illorum quas habebant in ipso loco cum vice de viis suis in illo hordine, sicut ipsa carta continet, in quam subscripti sunt romoaldus castaldus et romualt. Septima carta scripta per ipsum mirandum notarium trigesimo anno principatus domni guaimarii, et secundo anno principatus domni guaimarii eius filii, mense februario, secunda indictione. Qualiter ipsi eupractius abbas ipsius ecclesie sancti nycolai et riso et rodericus et madelmus et petrus: Tamen ipse risus pro vice sua et romualdi notario generi sui et romualdi filii sui tradiderant iohanni filio iohannis venum qui erat natibus de terra de amalfis de rebus pertinentibus ipsius ecclesie et ipsorum suprascriptorum quas comune habebant in ipso loco albole ubi palumbara dicebatur, que erat medietatem pertinente ipsius ecclesie et medietatem ipsorum omnium suprascriptorum, et de omni parte ad finem illorum coniuncta erat; et tradiderant inde ei unam peciam que adiacebat in parte orientis de longitudine habentem ex ambabus lateribus ana passi centum, et de latitudine passi triginta tres, et tertium unius passi, ut usque duodecim annos illud tenere, et omnia eis

adimplere, sicut ipsa carta continet, in quam alderisi et dauferius notarii subscripti sunt. Octaba carta scripta per ipsum mirandum notarium tricesimo anno principatus suprascripti domni guaimarii, et secundo anno principatus ipsius domni guaimarii eius filii, mense februario, secunda indictione. quomodo ipsi eupraxius et risus et rodericus et madelmus et petrus, tamen ipse risus vice sua et ipsius romualdi notarii generi sui et predicti romualdi filii sui tradiderant sergio et urso qui erant natibi de terra de amalfis ac filii iohannis cum parti de rebus quas commune habebant in ipso loco albole ubi palumbara dicebatur, unam peciam de terra longitudine de ambabus lateribus ana passi centum, et latitudine in omni loco passi sexaginta sex et duas partes unius passi ad iuxtum passum hominis. et iacebat ipsam peciam in parte occidentis, et de omni parte ad finem illorum coniuncta erat cum vice de via sua: ut usque duodecim annos completos illud tenerent et omnia ex eo eis adimplere, sicut ipsa carta continet, in quam ipsi alderisius et dauferius notarii subscripti sunt. Alterum ex ipsis preceptis ipsius mascini scriptum per raceprandum lebitam et scribam sacri salernitani palatii anno nonodecimo principatus suprascripti domni nostri gisulfi, mense ianuario, concurrente indictione quartadecima. Qualiter ipse domnus princeps concesserat et confirmaberat ipsi mascino clerico et adelario germanis filiis ipsius romualdi et iaquinto et ademario germanis filiis ipsius madelmi et pantaleoni atrianensi filio quondam petri et urso filio quondam sergii castaldi et pulissene filia quondam alferii que erat uxor ipsius ursi et blacta uxoris petri granite filii quondam sergii atrianensis et gregorio et riso clericis germanis filii quondam iaquinti clerici et medici omnes res quas eis per illorum munimina et per iustitiam pertinebat habere foris anc civitatem in locis transboneia et albole et aqua palumbara et monte de falerzu et aqua iohannis et caput de aqua et sabuculu et fossatu, et per fines et vocabula et pertinente ipsorum locorum cum omnibus que intra eas sunt cunctisque eorum pertinentiis, et cum vice de viis eorum; ea ratione, ut semper fierent in potestatem illorum et heredum eorum, et liceret illos et illorum heredes de eo facere quod vellent. Sic tamen ut ex ipsis rebus que indivise erant, unusquisque ex illis et heredes illorum haberent qualiter per gradum successionis et per suas alias rationes eis habere pertinebat, et omnes res quas ex eis illis per cartulas divisionis et diffinitionis et per alias rationes habere pertinebant, semper illi et illorum heredes eas haberent, quemadmodum ipse diffinitionis et divisionis cartule et alia ratione continebant. et neque a suis iudicibus, comitibus, castaldeis, neque a quibuscumque actoribus sue reipuplice, quolibet tempore illi et illorum heredes haberent ex hoc quod eis, ut suprascriptum est, concesserat et confirmaberat aliquam contrarietatem: Sed in perpetuum illud illi et illorum heredes secundum suprascriptum tenorem securiter haberent et facerent ex eo quod vellent, sicut ipsum preceptum

continet. Cum autem suprascripte cartule et precepta et brevem sigillatum fuerunt ostense et lecte, diu inter se ipsi mascinus et iohannes altercantes: volebat sibi ipse iohannes cum consortibus suis habere integram ipsam rem de suprascripto loco albole per suprascriptas fines quas ipse cartule quas superius ostendit, continent. Hecontra ipse mascinus dixit suprascriptam rem non debere ipse iohannes cum consortibus suis habere, sed sibi et consortibus suis esse pertinente per suprascriptas cartulas et precepta que superius ostendit. Et dum ex hoc ipsi mascinus et iohannes inter se non modicum causarent, dixit ipse mascinus suprascriptam quintam cartulam quam ipse iohannes ostendit et tota superius per hordinem declarata est, falsam esse: ipse iohannes respondit illam verax esse, et secundum legem illam adverare posse. Ego autem sicut inter eos convenit, iudicavi, et ipsos mascinum et iohannem guadiare feci, ut per partem plicarent se, et ipse mascinus paret sancta dei evangelia, et ipse iohannes secundum legem per sacramentum ad ipsa evangelia cartulam ipsam adveraret. et ubi taliter illam adveraberit, iam semper ipse iohannes filius suprascripti mauri et consortes eius et sui et illorum heredes securiter habeant totas et integras suprascriptas res de iamdicto loco albole per suprascriptas fines, quas ipsa carta quam adveraberit, continet, secundum textum ipsius cartule quam adveraberit: et faciant ex eis quod voluerint absque contrarietate ipsius mascini et heredum eius. et ipse mascinus fideiussorem ipsi iohanni posuit petrum qui vocatur de rocca filium quondam iaquinti, et ipse iohannes eidem mascino fideiussorem posuit stefanum filium quondam leonis atrianensis. et taliter per partes ipsius iohannis tibi iohanni notario scribere precepi. ego qui supra iohannes iudex. Et cum supradictum scriptum fuit ostensum et lectum, ipse mascinus paravit sancta dei evangelia, et ipse iohannes plicatus cum suis sacramentalibus, videlicet cum grusa sorore sua que est uxor marini atrianensis filii quondam iohannis et cum marenda similiter sorore sua que est uxor lupeni atrianensis filii quondam leonis et cum duobus aliis liberis hominibus per sacramentum ad ipsa evangelia iurando dixit quod ipsam cartulam que tota superius per hordinem declarata est, in qua ipse ademarius iudex subscriptus est, in omnibus quas continet, veracem esse. et sequenter eum ipsa marenda soror eius, dum ibidem ipse maritus eius adesset, similiter ad ipsa evangelia per sacramentum iuravit dicens sic esse verum, sicut ipse iohannes frater eius iuravit. ad ipsam vero grusam et ad predictos alios sacramentales ipse mascinus per susceptum launegit donavit ipsum sacramentum quod iurandi erant et finierunt ipsas causas. Ego autem dum taliter ipsos iohannem et marendam iurantem vidi, rursus sicut inter ipsos iohannem et mascinum convenit, iudicavi, ut ipse iohannes filius ipsius mauri et consortes eius et sui et illorum heredes semper securiter habeant totas et integras suprascriptas res de iamdicto loco albole per suprascriptas fines, quas ipsa carta quam adveravit, continere videbatur iuxta textum eidem

cartule, et faciant ex eis quod voluerint absque contrarietate ipsius mascini et heredum eius. quod autem superius inter virgulos scriptum est, legitur: in aqua. et quod superius disturbatum est, legitur: et usque viam trabersam antiquam que erat illa parte ipso fluvio in parte occidentis que discernebat a fine suprascripti filii maraldi et madelmi. et taliter pro perpetua securitate ipsius iohannis filii mauri et consortum eius et sui et illorum heredes tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra iohannes Iudex.

MCCCLXXXVIII

A. D. 1065

† In nomine domini, vicesimo tertio anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense februario, tertia indictione. Ante me siconem comitem et iudicem iaquintus filius quondam madelmi, et adelarius filius quondam romoaldi coniuncti sunt cum stefano amalfitano filio quondam iohannis qui dicebatur da lu valneu. Et sicut ipsis iaquinto et adelario congruum fuit bona eorum voluntate per convenientiam per hanc cartulam vendiderunt ipsi stefano integram terram vacuam illorum foris hanc salernitanam civitatem de loco transboneia ubi proprio lempe vocatur, quam dixerunt esse per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas. A parte occidentis finis vallone, et passi quadraginta sex per quod via decurrit: A parte meridiei, et passi quinquaginta duo. Et est ibi lata ista terra rectum in parte septentrionis usque finem aliorum passi quadraginta duo. Et ab ipsis quinquaginta duo passi vadit in partem quasi septentrionis usque via puplica passi septuaginta. Ab ipsa parte septentrionis est finis aliorum, passi quinquaginta usque ubi completi sunt ipsi quadraginta duo passi. et abinde descendit iuxta ipsam finem aliorum usque ipsa via qua ducit per ipsum vallonem passi triginta sex cum omnibus que intra eam sunt cunctisque eius pertinentiis et cum vice de ipsis viis. Ea ratione, ut integra ipsa venditio, qualiter suprascriptum est, semper sit in potestate ipsius stefani et heredum eius, et liceat illum et suos heredes de eo facere quod voluerint. Et propter confirmationem uius venditionis ipsi iaquintus et adelarius susceperunt ab ipso stefano statutum pretium auri tarenos sexaginta quattuor in omni deliveratione, sicut inter eos convenit. Et per convenientiam ipsi iaquintus et adelarius guadiam ipsi stefano dederunt et fideiussorem ei posuerunt dumnellum filium quondam iaquinti. Et per ipsam guadiam ipsi iaquintus et adelarius

obligaverunt se et illorum heredes semper defendere ipsi stefano et illius heredibus integrum illud quod ei, sicut suprascriptum est, vendiderunt, ab omnibus hominibus. Et tribuerunt ei licentiam, ut quando ipse stefanus et suos heredes voluerint, potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsi iaquintus et adelarius et illorum heredes ipsi stefano et eius heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et eorum heredes componere ipsi stefano et illius heredibus triginta auri solidos costantinos, et ut suprascriptum est, adimplere. quod autem superius disturvatum est, legitur vallone. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra sico comes et iudex.

Supputationes chronologicae falsae, quae in Documentis inveniuntur; corriguntur.

	Errata	Corrige
Pagina	51 — 1057	Lege 1058
»	87 —	» XVII Gisulphi
»	117 — Ind. XIII	» XII
»	131 — IX Ind.	» XIII
»	152 — 1060	» 1061
»	174 — vigesimo quinto Gisulphi	» vigesimo
»	185 — Ind. XIV	» XV
»	273 — A. D. 1054	» A. D. 1064
»	303 — XXII Gisulphi	» XXIII Gisulphi
»	314 — XXII Gisulphi	» XXIII Gisulphi

INDEX ALPHABETICUS

Nominum et Agnominum personarum; inter quas per series recensentur Abbates, Advocati, Comites, Episcopi, Castaldi, Iudices, Magistri, Medici, Notarii, Artes, et officia;

nec non

Civitatum, Ecclesiarum, Locorum, aliarumque rerum, de quibus in membranis fit mentio.

Sub numero designatur pagina

H

I J

K

L

Agnomina

Abbates

Advocati

Comites et Comitissae

Consules

Sculdais

Civitates etc.

A

B

C

D

E

F

G

H

I

L

M

N

P

I MANOSCRITTI MEMBRANACEI

DELLA BIBLIOTECA

DELLA SS. TRINITÀ DI CAVA DE' TIRRENI

DESCRITTI

PER

D. BERNARDO GAETANI D'ARAGONA

O. S. B.

VESCOVO DI SANSEVERO

AVVERTENZA

La cromo-litografia, prima di questo VIII volume del Codex Diplomaticus Cavensis, appartiene alla descrizione del Codice in due Volumi in foglio massimo del XIV secolo, in cui è scritta una delle tre parti dell'Opera di Vincenzo Bellovacense, che ha per titolo *Speculum Historiale.* Essa è disegnata nel principio del 1.° volume, e nella descrizione da noi fatta del Codice già se ne fece menzione; siccome però allorchè venne a luce il VII volume, non era pronta, così non potè pubblicarsi, ma per esser molto bella la riportiamo nel presente volume VIII, sebbene non appartenga a nessuno dei Codici, che in questo volume si descrivono.

DE SEPTEM SIGILLIS

Di tutti coloro che si occuparono dei Codici della Biblioteca della Badia Cavense, meno il Guillaume, *Essai historique pag. 139. 40. 41. — pag. 249. 50.*, — niuno pose mente al Codice = *De Septem Sigillis.* = Il de Rozan, che forse avrebbe potuto parlarne con perizia di buon Teologo, nè pure la nomina nella sua *Lettre, Naples 1822;* ed il Silvestre, perchè niente vi trovò che potesse rispondere alle sue ricerche Paleografiche, se ne passa senza nemmeno menzionarlo. Si leggono però lodi intorno al Monaco Benedetto da Bari, Autore del Codice in parola, in varii MS. dell'Archivio Cavense e altrove. = L'Abate Venereo, *Dict. 7. 1.*, scrive: « tempore Balsami Abbatis Benedictus « de Bario, Monachus Cavensis, vir insignis, librum qui de Septem Sigillis inscribitur, composuit, « eidemque B. Balsamo Abbati suo dicavit, ut ex eodem libro apparet in Cavensi Bibliotheca MS. « servato ». — L'Abate Rodolfo, *MS. 61. pag. 130.* dell'Archivio di Cava, parlando dell'Abate Balsamo dice che sotto il suo Reggimento fiorirono nel Monastero della Cava uomini eruditissimi = *eruditissimis viris* = « Quis enim, soggiungendo, venerabilis illius viri Benedicti Barensi Cavensis « Monachi laudes explicet? Qua fuerit sanctitate, quave eruditione sacrae paginae scientia praeditus? « Nam quo suavi eloquio ejus abstrusam intelligentiam, facilemque, planamque reddiderit, ex suo « volumine *De Septem Sigillis* inscripto disces, et miraberis. » — Nella Biblioteca di Napoli, una volta dei PP. Gesuiti, ora Municipale, si conserva un Codice cartaceo manoscritto segnato 20. 2. 3., nel carattere e nelle Figure affatto simile ad altro esistente nella Biblioteca della Badia di Cava. Il predetto Codice è numerato fino all' indice; dopo però vi sono altri 24 f. non numerati, con le figure a chiaroscuro de' più rinomati Monaci della Trinità di Cava. L'ultimo è D. Benedetto da Bari, sotto la cui figura si legge. « Dominus Benedictus Barensis Cavensis Monachus auctor libri, qui de « Septem Sigillis inscriptus Cavensi Monasterii bibliotheca servatur Longobardis characteribus in « membranis exaratus et ab ipsomet authore B. Balsamo Abati Cavensi suoque Praelato dicatus ut « ex carminibus in ejusdem libri calce rubro minio scriptis quae infra est videre. — E nella pagina « seguente = Dominus Benedictus Barensis Cavensis Monachus vitae integritates acrarum literarum « doctrina insignis... ». Non sappiamo se questo sia il Codice cui accenna il Guillaume Nota (2) come MS. della Biblioteca Brancacciana 3 H. 7. 1. 348, ovvero allude ad altro Codice.

Il Mabillon nella sua breve dimora fatta nella Trinità di Cava guardò, diremo, appena il Codice *de Septem Sigillis,* e consacrò due sole parole per notare l'umiltà del suo Autore nei versi di dedica all'Abate Balsamo, anzi che parlarne di proposito. « Vitae Patrum Cavensium ante annos quadringentos

« exaratae litteris longobardicis. Quae scriptura proinde perseveravit ad Saeculum XIII ut patet tum « ex hoc Codice, tum ex alio Benedicti Cavensis monachi *de Septem Sigillis* ad Balsamum Abbatem, « quod opus ineditum est. In fine auctor veniam petit, quod Abbate minime conscio illud opus « composuerit. Vixit sub annum MCCXXVII » *Iter Italicum. Lutetiae Parisiorum* MDCLXXXVII.

Il Guillaume invece non si tiene alle sole lodi, e quantunque non parli diffusamente del merito di quest' opera, scrive non pertanto delle brevi parole, che ci rivelano in certo modo di aver Egli esaminato il Codice, poichè ci dice di essere « *un docte traitè, encore inedit, sur les difficultès et les mistères de l' Ècriture sainte* ». E con tutta sicurezza ci rappresenta il Monaco Benedetto da Bari fornito di eminente scienza, che svolge con ammirabile chiarezza le quistioni più astruse dell'Apocalisse; e scrive con grazia e spesso ancora con eleganza (a) — Noi, quantunque molto grati alle parole del Guillaume, non possiamo però ammettere quel ch' Egli dice in seguito, vale a dire, che il Monaco Benedetto de Bari si fosse ispirato sugli iscritti del

Calavrese Abate Ioacchino. Dante Par. 12. — (b)

Il nostro confratello, D. Bernardo de Riso, Monaco della Cava, ora Vescovo di Catanzaro, pubblicò molti anni or sono, un suo lavoro sull'Abate Gioacchino, ma sebbene non fossero per Lui sconosciuti i Codici del nostro Archivio, pure nè un motto fa dell'Opera *de Septem Sigillis*, come di cosa che in qualche modo potesse aver relazione con le dottrine. professate dall'Abate di Flora in Calabria. Bisogna far voti, che sorga un paziente Teologo, il quale esamini ponderatamente il Codice, onde ci accingiamo a far la modesta descrizione, e faccia conoscere il vero merito di quest' Opera, nella quale spese tanti anni di assiduo studio Benedetto da Bari Monaco Cavense. Di che noi fiduciosi, per invogliare gli amatori delle Scienze sacre a similfatta lavoro, dopo la dettagliata descrizione del Codice, stampiamo intero l' Indice dei Capitoli e prima di esso eziandio alcuni frammenti dell'Opera.

Questo voluminoso Codice della Biblioteca Cavense comprende 312 f. non numerati quando fu scritto, posteriormente però si vollero numerare con numeri così detti arabici, e la numerazione principia non dal primo, ma sì dal secondo foglio. Per modo che secondo la numerazione fatta i fogli sarebbero 311, e noi per non produrre confusione riterremo la numerazione esistente nel fare la descrizione del Codice. Ogni foglio, di 0.27 per 0.20, è scritto a pagina intera, in ambedue le

---

(a) « Benoît de Bari, en effet, fait preuve d'une grande science dans tout son ouvrage. Il rèsout les questions « les plus abstruses de l'Apocalypse avec une remarquable lucidité. Il ècrit d'ailleurs avec grâce et souvent même « avec èlégance. » *Essai* etc.

(b) « Je laisse à d'autres, plus experts que moi, le soin de juger si Benoît de Bari, dans ce traité, s'inspira « des écrits, sur la même matière, du fameux *Abbé Jochim*, qui vivait en Calabre,... Ib.

facce, ed ogni pagina contiene 34 versi scritti sopra righi ben marcati che mai non escono menomamente dalle quattro perpendicolari, che lateralmente chiudono lo scritto, due a destra e due a sinistra. La scrittura è del XIII secolo con molte abbreviature, ma non difficile ad interpetrarsi. Usa sempre invece della lettera *v*, la lettera *u*; come sulla *i* manca sempre il punto. Non si vede segno di quaternione o di richiamo in fine dei versi o della pagina. La pergamena in principio e in fine è alquanto annerita, ma nella maggior parte è bianca, anzi di qualità molto fina. In un solo foglio (102) fu tagliato il margine inferiore senza nocumento della scrittura, altri fogli ancora sono bucati nel mezzo ed altri danneggiati in qualche parte, ma sempre senza danno delle cose scritte. Per l'interpunzione notiamo che il punto è sempre messo invece delle virgole, ed in fine del periodo due punti con una virgola in mezzo invece del punto finale. Oltre le parole scritte nei margini laterali, onde parleremo in seguito, spesso si vede una mano chiusa con l' indice disteso.

Tutta l'opera è scompartita in sei divisioni, che nell' indice son chiamate libri, delle quali le tre prime assai prolisse e le tre ultime più brevi. Nel primo foglio non numerato, nella pagina anteriore in forma di cono capovolto si legge scritto con caratteri di color rosso con piccole iniziali di color nero macchiate rosse nel mezzo = *De septem sigillis Liber aureus Venerabilis atque eruditissimi Viri Domini Benedicti Barensis Monachi Sacri Monasteri Sancte Trinitatis Cavensis Nullius Dioecesis; Ordinis S. Benedicti Opus quod De Septem sigillis Inscribitur. Ad Reverendissimum Domnum Balsamum Abbatem Cavensem filialis Devotionis ergo*: — *Anno Salutis nostrae* M. CC. XXVII: — (a) = La faccia posteriore di questo primo foglio è tutta bianca. Nel secondo foglio (primo numerato) comincia fin dal primo verso col Prologo la scrittura del libro = (b).

Incipit prologus in libro de semptem sigillis. Edito a quodam cavensi monacho. Benedictino. — Cogitis me fratres carissimi totis desideriorum affectibus postulantes. ut aliquid nobis impertiar gratie spiritualis ad confirmandos nos. et fide que est in Christo Jesu domino nostro. Quam accepistis, in qua et statis, per quam et salvamini. Illam et enim accepistis. gustando quam dulcis est Dominus. In qua etiam enutriti estis. quasi modo geniti infantes — lacte non solido cibo. In qua statis radicati et fundati supra fundamentum ipsius. preter quod nemo potest aliud perfectius ponere.

(a) In quest'anno 1227 nacque S. Tommaso d'Aquino.

(b) Nel margine esteriore scritto in nero con caratteri minuscoli si legge = *Nomen A uthoris libri hujus est D. Benedictus Barensis, ut patet ex carminibus in calce operis rubro colore descriptis.* =

nisi quod positum est. quod est Christus Dominus: Per quem et salvamini. vestram salutem operantes. ex corde puro. et conscientia bona. et fide non ficta. Spiritualis quippe gratia digne petentibus non negatur. que gratis tribuitur. si tamen in ejus acceptione digni ac fideles inveniantur. Alioquin gratia non esset gratia.,. Que nobis indignis gratis apparuit in novissimis diebus. erudiens nos.....

Dopo il prologo al quarto rigo del terzo foglio comincia = Capitulum primum. De incarnatione verbi. *e continua questa prima divisione di tutta l'opera fino a tutto il rigo 32. del f. 135. v.; negli ultimi due righi è scritto in rosso* Incipit de circumcisione et baptismo. Quomodo Christus factus fuit sub lege secundum apostolum. et de circumcisione quam accepit in carne secundum legem. Cap. CLXV. — La prima divisione comprende 164 cap. ed è scritta in 132 fogli. — La seconda comincia al foglio 136 v. e finisce al 7.° rigo del foglio 253. v. ed in continuazione nello stesso rigo è scritto in rosso = *Incipit de resurrectione Christi que forma fuit et exemplum nostre resurrectionis. que designata est in duodecim uirgis ante tabernaculum positis. C.* CCCXV.; e questa seconda divisione è scritta in 116 fogli e comprende 150 cap. — Al 10 v. del foglio 253 comincia la terza e finisce al rigo 21 f. 278 v.; e nello stesso rigo in continuazione è scritto in rosso: *Incipit de ascensione et adventu Spiritus Sancti.* C. CCCXXXVIIII; e questa terza divisione è scritta in 25 f. interi, più 21 righi del foglio seguente e comprende 39 cap. — In questa terza divisione nel C. CCCXXII la cui intitolazione è = *De libro quem uidit beatus Iohannes in dextera sedentis in throno. signatum sigillis septem;* si fa per la prima volta menzione del titolo dato all'Opera dal Barense. — La quarta divisione comincia al rigo 23 del f. 278 v. e finisce al rigo 20 del f. 287 v. e nel rigo seguente è scritto in rosso: *Incipit de misterio resurrectionis et forma judicii* C. CCCXXXXVIIII ed è scritta in 9 f. interi e comprende 9 cap. — La quinta divisione comincia al rigo 22 del f. 287 v. e finisce al f. 297 v. nel cui ultimo rigo è scritto in rosso: *De gloria et felicitate eterne uite* C. CCCLVIIII.; comprende 9 cap. ed è scritta in 11 f. interi. — La sesta divisione comincia col primo rigo del f. 298 e finisce al 10 rigo del f. 300 v.; comprende 3 soli cap., ed è scritta in 3 f. non interi. — Dopo due versi vuoti si leggono 10 versi in rosso, che sono la dedica dell'opera all'Abate Balsamo.

O pater o uena uenie dulcedine plena.
Balsame salueris. fons qui pietatis haberis.
Barensis dictus monachus tuus benedictus.
Ante meum funus ame suscipe munus.
Hoc olus ex orto patrum florens tibi porto.

Ad fratrum mentes satiandas esurientes.
Est opus insigne quod suscipe posco benigne.
Gratia uestra ratum faciat rogo nec reprobatum.
Te sine dictaui crimen quasi grande patraui.
Unde pia mente Christo mihi parce jubente.

il resto della pagina è bianco. — Nel seguente foglio 301 è scritto in rosso un capitolo col titolo cap. LXXXVII *Item de eo quod dictum est. faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram. Ubi misterium trinitatis declaratur.*; e nel margine laterale esteriore parimenti in rosso è scritto *Capitulum istud legitur superius ubi dicitur. faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram. et cetera*, ma avendo collazionato il cap. 87 con questo scritto dopo ci pare che vi sia qualche differenza. Finisce questo capitolo aggiunto all'undecimo rigo del medesimo f. v. con le parole = *In ymagine quippe dei ambulamus quando cogitationes bone que nobis a deo insite sunt. in nobis permanent. et ad opera nos bona perducunt.* — Nel rimanente della pagina è miniata la figura, che rappresenta il Monaco Benedetto da Bari con due teste vestito di cocolla ed il capo coperto dal cappuccio, che offre il suo libro all'Abate Cavense Balsamo, vestito pontificalmente, seduto sul faldistorio con mitra in capo e pastorale nella mano sinistra, mentre con la destra riceve il libro presentatogli dal monaco genuflesso. Dietro l'abate Balsamo in alto è scritto: *Dominus Abbas Balsamus*, e poi tre altre parole, la prima poco si legge, forse *sacri*, e le altre due par che dicano *Monasterii Cavensis.* Si vede che dopo scritte furono cassate. Nel margine poi esteriore laterale in piè di pagina si legge scritto con carattere nero sbiadito di epoca posteriore: *Nota ex hac figura habitum Domini Abbatis et monachorum sacri hujus cœnobij Cavensis.* Sotto i piedi finalmente del monaco genuflesso è scritto: *D. Benedictus barensis Auctor libri.* — La predetta miniatura è alta 0.18 larga 0.15 — (a).

L'indice dei Capitoli, che riproduciamo per intero, affinchè si possa avere conoscenza di ciò che

(a) « Dans une miniature, qui ne manque pas d'originalité, l'auteur s'est représenté aux pieds de son Abbé, « au moment où il lui présente son livre; et pour signifier que c'est le fruit du travail de toute sa vie, il s'est « figuré avec deux têtes superposées: l'une ayant le visage d'un jeune et vigoureux religieux, l'autre celui d'un « vieillard aux cheveux blancs, tout pâle et amaigri. Cette miniature est précieuse encore pour la connaissances des « vêtements de bénédictins de Cava au XIII[e] siècle. L'Abbé Balsamus est assis sur un trône entouré de têtes de « lion, et porte une tunique violette, avec la cuculle noire pardessus; il a le bâton pastoral à la main et une mitre, « peu élevée, sur la tête. Benoît de Bari est habillé d'une tunique noire, à grandes manches, et coiffé d'un ample « capuchon pointu du même couleur. » Guillaume. Essai, l. c. —

si tratta in questo Codice, comincia al foglio 302. — Quest' indice scritto a due colonne con carattere piccolo ma chiaro e della stessa forma di quelli del Codice, occupa 7 interi f. — Ogni cap. comincia con la sua piccola iniziale alternata di color turchino e rosso, e preceduta dal numero sempre in rosso. — Nel margine laterale, dove ricade la parola *incipit*, si vede scritto in nero con caratteri, che imitano quei del Codice, la parola *libri primi, secundi, tertii, quarti, quinti;* nel Codice peraltro la divisione non è notata con la parola *liber*, ma solamente con la voce *incipit* nel titolo del cap. e con bella iniziale rabescata ad oro e colori. — Negli ultimi 3 f. sono scritti in minutissimi caratteri neri altri 12 cap. le cui intitolazioni scritte in rosso sono le seguenti:

Item de oratione de eo quod nihil prosit oratio si deus non queritur in oratione. — Item quod peccatum tribus modis committitur. — Item de dupplici ignorantia. — De differentia peccati et criminis. — Item de confessionis (sic). — Item (questo è scritto in nero) super eo quod dictum est. Dimittite et dimittetur uobis. date et dabitur uobis. — Manca il titolo, perchè continua lo stesso argomento del cap. precedente. Quod pro moribus eorum cum quibus uiuimus: alimentis etiam uti debemus. — De eo quod dictum est de homine per beatum Iob. dulcedo illius uermis. — Hinc est etiam quod per beatum Iob. dicitur. Non est qui utrumque ualeat arguere, et ponere manum suam in ambobus. — Item de eo quod ad beatum Iob. de diabolo dicitur. Numquid illudetur ei quasi aui. — Cur petrus post culpam negationis princeps apostolorum a domino est institutus.

La scrittura di questi 12 cap. estranei all'opera *de septem sigillis* finisce all'ottavo rigo dell'ultimo f. 311 v. — Nella pagina che sarebbe rimasta bianca dopo gli otto righi fu posteriormente scritto in nero sbiadito la notizia istorica che si legge con molta difficoltà.

« In anno domini MCCCCLXXXXII de mense Iulii, x Indictionis, in die Iovis, die
« ultimo dicti mensis. Innocentius papa octauus mortuus est, et scisma inter cardinales
« orta est, precipue inter cardinalem sancti petri ad uincula et uicem Cancellarium.
« qui ad inuicem altercati sunt in concistorio. Et post funerales exequias dicti
« sanctissimi (a) domini Innocentii. Steterunt in conclauo cardinales per septem dies

(a) Il Guillaume legge *summissimi*, a noi pare che dica *sanctissimi.*

« et Reverendissimus dominus Oliverius Carapha, cardinalis Neapolitanus, habuit « in ipso conclauo, quindecim (a) botes; et quoniam in collegio erant uiginti tres « cardinales dubitabatur per collegium utrum per dictos quindecim botes esset effectus « papa ita uel ne. — Et stantibus predictis decreuerunt mictere dubium ipsum rote « apostolice; quod et factum est: tandem reuisum est dubium decisum in dicto « Conclauio ad ista rota, per quod declarabatur quod dictus cardinalis Neapolitanus « egebat alio bote. Et quoniam uice Cancellarius ipse pretendebat effici papa simulabat « tamen prestare auxilium ipsi cardinali neapolitano. Qua de re suprascripti, quum « intrarent in conclavio fecerunt se ad inuicem fratres subsequentes corpus domini. « Quapropter cardinalis Neapolitanus, confidens in ipso uice cancellario, dum non « ualeret, seu speraret habere ipsam aliam uocem, remisit ipsi uice cancellario omnes « quindecim uoces; et dum ipsas habuit, optinuit alias duas, et effectus est papa. « Predictus nomen Alexander sextus uocatus est. Et uenit nouiter *(Oliverius)* « Neapolim, diei sabati, hora xexta noctis. Et serenissimus Rex noster Ferdinandus, « die dominico sequenti audiuit missam solempnem in archiepiscopatu neapolitano, « quam cantauit Episcopus Murensis, scilicet, dominus Nicolaus Antonius de piscibus « episcopus predicte civitatis, Uicarius Cavensis, pro parte reuerendissimi Domini « cardinalis Neapolitani predicti. »

Questa notizia della morte di Papa Innocenzo Ottavo e di ciò che avvenne nel Conclave per la elezione del suo successore, sebbene da noi già trascritta molto tempo prima che il Guillaume facesse i suoi studi nell'Archivio Cavense, pare di doversi tener da conto per stabilire il giorno ed il mese della morte d'Innocenzo VIII. — Il Guillaume cita il Fleury ed il Ciacconio, che la dicono avvenuta il 25 Luglio, ed unisce ad essi Bartolommeo Senaresca presso il Muratori, che la riporta al mese di Novembre. — Noi aggiungiamo a queste citazioni ancora l'Infessura, Diario della Città di Roma, nuova edizione per O. Tommasini (Istituto Storico Italiano) p. 276. « Die 25 julii in die sancti Iacobi sexta et septima ora noctis mortuus est Innocentius papa octavus. — Nè vogliamo passarci del cod. Vallicelliano (1, 75) che ha — die vigesimaquarta — Non crediamo però di proferire contro

(a) E qui invece di *voces*, secondo il Guillaume, a noi pare che *botes*.

tutti questi scrittori inappellabile sentenza, dicendo d'essersi tutti ingannati e che il solo *annotatore* di Cava stia per la verità (a). Stimiamo sì assai autorevole la notizia lasciataci dall' ignoto Monaco, che senza la più piccola pretensione scrive in calce di un Codice della sua Biblioteca, quasi di nascosto, la relazione di un notabile avvenimento, onde egli doveva essere certamente bene informato, tra per trovarsi la Badia nelle vicinanze di Napoli, e perchè Oliviero Carafa non più Abate Commendatario conservò purtuttavia sino alla morte il titolo di Abate Protettore della Trinità di Cava. I Monaci Cavensi dovevano perciò conoscere con ogni precisione quel che avvenne nel Conclave, dopo la morte d' Innocenzo VIII.

Prima di stampare l' indice dei Capitoli, crediamo ben fatto di riportare qualche frammento del Codice, per darne conoscenza.

Nella pagina 19 v. nel margine laterale esterno è scritto in rosso:

Vox quid? verbum quid? — ed accenna alle seguenti parole del capitolo XXVI. Ego sum vox clamantis in deserto.,. Quid est quod beatus Iohannes vocem se esse dixit. nisi quia verbi annuntiator et predicator erat? premittitur itaque vox ante verbum.,. Merito iste vox. Ille verbum.,. Nam iste dixit: Ego vox clamantis in deserto.,. De illo vero dictum est.,. In principio erat verbum.,. Premittitur vox ante verbum.,. Scripture sancte verbum esse definiunt quod intra animi silentium mente concipimus.,. Et ideo verbum esse definiunt ipsam cogitationem, que adhuc intra conscientie secreta retinetur. vocem vero per quam profertur in medium. Vox sonus est index cogitationis.,. Verbum vero ipsa cogitatio.,. Sicut enim quando verbum corde concipimus. necessaria est vox. quasi quoddam vehiculum verbi. Ita et omnipotens pater. innotescere nobis volens verbum illud quod in principio erat deus apud dominum, sicut ipso testatur dicens: Eructavit cor meum verbum bonum. beatum iohannem quasi vocem per quam ad nos verbum suum proferret assumpsit.

E nello stesso margine nel v. del medesimo foglio è scritto in rosso — penitentia — di fronte alle seguenti parole del capitolo XXVII.

« Penitentia ergo vera est. ut ait augustinus. dolor cordis et amaritudo anime.

(a) « Tous se tromperaient cependant, d'après l'*Annotateur de Cava.* » Guillaume Essai.... l. c.

pro malis que quisque commisit vel consensit.,. Item penitentia est virtus. qua commissa mala cum emendationis proposito plangimus et odimus. et plangendo ulterius committere nolumus. quia sic penitentia vera est. in anima dolere. et odire vitia.,. Perfecta ergo penitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre.,. In corde ejus contritio. in ore confessio. in opere tota humilitas, hec est fructifera penitentia.,. Hinc etiam augustinus.,. Ad agendam penitentiam non sufficit mores in melius commutare. et a malis recedere. nisi satisfiat domino per penitentie dolorem. per humilitatis gemitum. per contriti cordis sacrificium. cooperantibus elemosinis.

E nel cap. xxviiii sono ancora notevoli le parole:

Si autem queritur utrum per solam cordis contritionem. peccatum alicui dimittatur. Dicimus, quia ex quo mente compuncta proponit se confessurum. deus dimittit. quia ibi est confessio cordis. per quam anima interius mundatur a macula et contagio peccati commissi. unde debitum eterne mortis relaxatur.,. Negligentibus uero uel contempnentes. non merentur justificari.,. Ergo qui uotum habet, et si facultas desit, justificatur.,. Oportet itaque penitentem confiteri si tempus habeat, et tamen antequam sit confessio in ore. si uotum sit in corde. prestatur ei remissio.

Notabili eziandio mi parvero queste parole del cap. lxxxxiiii f. 77 v.


« Timor iniquorum. justitia est. securitas bonorum ipsa.,. Dic ergo quid est ipsa.,. Iustitia est. constans et perpetua uoluntas jus suum unicuique tribuens.,. Qui enim hanc uoluntatem semper habet, ut suum jus unicuique tribuat. et ea que alterius juris sunt neminem usurpare permittat.,. Iste utique justus est.,. sed nullum jus habet diabolus in homine.,. Deus enim et non diabolus homnen fecit.,. Dei ergo juris est homo.,. ipse debet regnare in nobis. ipse debet possidere membra sua.,. redde itaque Deo o homo possessionem suam. Redde Deo jus suum. et justus eris.,. inde hoc nomen omnium sanctorum comune est.,. Et omnes sancti justi dicuntur quoniam hanc in se ipsis justitiam operantur. Ut espulsis vitiis. quod suum est Domino reddant.

Il c. CLXX che ha per titolo: quod tota trinitas in baptismo personaliter est declarata, comincia nel seguente modo che ci parve bene di riportare:

Filius Dei baptizzatur in homine. Spiritus Dei descendit in columba. Pater Deus adest in voce.,. sed et individuo trinitatis personaliter in baptismi misterio declaratur.,. et recte.,. Ut qui sacramentorum suorum dispensatoribus erat precepturus. Docere omnes gentes et baptizzare eas in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Primus ipse in suo baptismate totam personaliter panderet adesse trinitatem.,.

Dovrebbe riportarsi intero il capitolo 262 nel quale si parla dell'eternità delle pene, ma ne trascriviamo soltanto la fine:

Nam sicut uno sole omnes tangimur. Nec tamen sub eo uno ordine omnes estuamus. Quia iuxta qualitatem corporis sentitur etiam pondus caloris. sic damnatos et una est gehenna quae afficit. et tamen non omnes una qualitate comburit. quia quod hic agit dispar valitudo corporum. hoc igni exhibet dispar causa meritorum.



COD MS. SPECVLVM HYSTOR.

L. Ferloni trom.

COD. MS. DE SEPTEM SIGILLIS BENEDICTI BARENSIS



CROMOLITOGRAFIA DI MONTECASSINO

L. FERLONI LIT.


COD. MS. DE SEPTEM SIGILLIS BENEDICTI BARENSIS




CROMOLITOGRAFIA DI MONTECASSINO

L. FERLONI LIT.

COPERTINA DEL COD. MS. VITÆ ABBATVM CAVENSIVM






CROMOLITOGRAFIA DI MONTECASSINO

L. FERLONI LIT.

COD. MS. SERMONES SPIRITVALES


Incipit uiator presentis diei
que uoluitur uistatib; muta
bilitatis post creatione et lapsu.
SACRIS
TRADITIONIBUS
erudti. et exercitio sedule co
gitationis orthodoxor uiror
sanctionib; edocti: treis dies ee
pfuturta insinuatione coperimi.

COD. MS. VITÆ ABBATVM CAVENSIVM


Incipit plogus in ui
tas abbatum nostror.
Alferii. Leonis.
Petri. atq; Constabilis.
IUXTA
DIUINE
SENTEN
TIAM
ueritatis
lucerna ad hoc accen
ditur. ut sup candela

CROMOLITOGRAFIA DI MONTECASSINO
L. FERLONI LIT

INCIPIUNT CAPITULA LIBRORUM DE SEPTEM SIGILLIS

(Capitula libri primi)

XVII — De luce increata, in qua lux ista creata videbatur.

XVIII — Quomodo illuminat omnem hominem cum non omnes illuminet.

XVIIII — Quomodo lux ipsa per quam factus est mundus, in mundo erat, et mundus eam non cognovit.

XX — De carne verbi quam assumpsit in similitudine carnis peccati.

XXI — Quomodo intelligitur similitudo carnis peccati.

XXII — Qualiter verbum in propria venerit et quomodo venerit.

XXIII — De modo et causa redemptionis humane.

XXIIII — De causa hominis inter deum et hominem et diabulum.

XXV — Quomodo deus homo factus pro homine dedit seipsum propter *homenina* (a).

XXVI — Quomodo Xρus. nascendo debitum hominis patri solvit, et moriendo reatum hominis expiavit.

XXVII — Quomodo sapientia dei vicit malitiam diaboli.

XXVIII — Quomodo diabolus captus est hamo divinitatis Xρ̃i.

XXVIIII — Quare magis voluit perditum hominem, quam angelum reparare.

XXX — Quomodo verbum caro factum, habitatum in nobis, et vidimus gloriam eius, et cetera.

XXXI — De tempore, quo verbum ipsum incarnatum apparuit.

XXXII — De predicatione iohannis et actione penitentie.

XXXIII — De sacramento penitentie.

XXXIIII — Quod tria consideranda sunt in penitentia.

XXXV — De qualitate peccatorum, eorum videlicet quae alterutrum confiteri debemus, et eorum quae soli sacerdoti confitenda sunt.

XXXVI — Qualiter confessio sacerdoti fieri debeat, et de vera contritione, et operis satisfactione.

XXXVII — De his qui differunt penitentiam usque in finem.

(a) *Homenina*: vocabolo che non si trova nel Du Cange.

(Capitula secundi libri)

CLXXXXIII — Quod virtutem sancti luctus acquirimus per spiritum consilii.

CLXXXXIIII — Item de dupplici luctu.

CLXXXXV — De sexta natura columbe. et de cuteis quos fodit ysahac apud allophilos.

CLXXXXVI — Item de eo quod scriptura sacra quasi quiddam mentis nostre speculum nobis opponitur.

CLXXXXVII — De casu david et de timore et spe quod per duas molas intelliguntur.

CLXXXXVIII — De labro eneo quod fecit moyses de speculis mulierum. et quod manifestatio divine cognitionis datur nobis per spiritum intellectus.

CLXXXXVIIII — Item de labro eneo quod fecit moyses.

CC — De septima natura columbe. de mysterio sanguinis Xp̄i et quod virtus mortificationis datur nobis per spiritum sapientie.

CCI — De arca noe per quam significatur ecclesia, ubi ramum olive columba detulit.

CCII — Quod ecclesia sagene comparatur, et de commistione malorum et bonorum.

CCIII — Quod mali equanimiter tolerandi sunt.

(Capitula libri tertii)

CCIIII — Incipit liber de passione et morte ipsius.

CCV — De luna decima qua dominus passurus venit in ierusalem: et de decem plagis quibus pharao percussus est: et non est victus. tanquam agnus fuerit immolatus. et de eo quod cum palmis exierunt obviam ei.

CCVI — De eo quod veniens ad passionem dei filius verum sacrificium corporis et sanguinis sui nobis contradidit. novumque testamentum suis heredibus moriturus suo sanguine conscripsit et de eo quod pedes discipulorum lavit.

CCVII — De morali et allegorica domini institutione lavandi pedes discipulorum.

CCXXXI — Quomodo Xp̃s inebriabitur in futuro cum fratribus suis vino iocunditatis et letitie.

CCXXXII — De eo quod scriptum est. cum sederis ad mensam potentis, considera que apponuntur tibi, et cetera.

CCXXXIII — De immolatione ysaac et de lignis sibi superimpositis.

CCXXXIIII — De ariete per ysaac immolato et de cornibus eius.

CCXXXV — De vepribus inter quos aries cornibus inherebat.

CCXXXVI — De eo quod dictum est: Egredimini filie Syon et videte regem salomonem, et cetera.

CCXXXVII — Item de eodem: Egredimini filie Syon et videte regem Salomonem, et cetera.

CCXXXVIII — Item de eodem: Egredimini filie Syon et videte regem Salomonem, et cetera.

CCXXXVIIII — Quod caritas est excellentior via que ducit ad Xp̃m.

CCXXXX — De latitudine caritatis in qua perfectio dilectionis ostenditur.

CCXXXXI — Quod vera dilectionis probatio est et amicum diligere in deo et inimicum diligere propter deum.

CCXXXXII — Item de dilectione propinquorum et quomodo carnaliter propinqui diligendi sunt et de archa domini que vaccis superimposita bethaniis ducitur.

CCXXXXIII — Item de longitudine caritatis.

CCXXXXIIII — Item de sublimitate caritatis.

CCXXXXV — Item de profundo caritatis.

CCXXXXVI — Item de patientia dei qua peccatores sustinet ut convertantur.

CCXXXXVII — De fide latronis et confessione et quod nullus propria virtute salvatur.

CCXXXXVIII — Item de patientia creatoris.

CCXXXXVIIII — De mansionibus in celo fidelibus preparatis. et de hoc quod dictum est: Qui michi ministrat me sequatur, et cetera.

CCL — De cherubin et gladio flammeo atque versatili ante paradysum posito.

CCCV — Quare Xp̄s extra portam passus est, et in loco calvarie crucifixus. Quomodo prefiguratum fuit in david, quando mutavit vultum suum coram abymelec et in eliseo.

CCCVI — De duobus lignis crucis. et qualiter crucem domini baiulare debemus.

CCCVII — De tribus generibus sacrificiorum.

CCCVIII — Item de tribus altaribus, in quibus hec sacrificia celebrantur.

CCCVIIII — Item de tribus crucibus, in quibus tria sacrificia velud in tribus altaribus offerimus.

CCCX — De obblationibus primi sacrificii dominici corporis auro, thure et mirra.

CCCXI — De oblationibus secundi sacrificii contriti cordis, agno, turture et columbe.

CCCXII — De oblationibus tertii sacrificii mortificate carnis, pane, vino, et oleo.

CCCXIII — De quarto sacrificio laudis, quod offertur intra cordis, et de oblationibus huius sacrificii videlicet duobus minutis.

CCCXIIII — Quod hoc est verum sacrificium iustitie et de duobus denariis samaritani.

(Capitula quarti libri)

CCCXV — Incipit de resurrectione Xp̄i. qui forma fuit et exemplum nostre resurrectionis. que designata et in duodecim virgis ante tabernaculum positis.

CCCXVI — De sancta anima Xp̄i, que tempore passionis propter peccata nostra tristis fuit et conturbata est.

CCCXVII — De hoc quod scriptum est: tradidit in mortem animam suam.

CCCXVIII — Item de hoc quod scriptum est: traditus sum et non egrediebar.

CCCXVIIII — Item de hoc quod scriptum es: lampas contempta apud cogitationes divitum parata ad tempus statum.

(Capitula libri quinti)

(Capitula libri sexti)

Appendix

Hinc est etiam quod per beatum iob dicitur: Non est qui utrumque valeat arguere et ponere manum suam in ambobus.

Item de eo quod ad beatum iob de diabolo dicitur: Numquid illudes ei quasi avi.

Cur petrus post culpam negationis princeps apostolorum a domino est institutus.

SERMONES SPIRITUALES

COD. CAV. N. 32

Il titolo di questo codice poco voluminoso, e molto ben conservato, forse non eccitò la curiosità di coloro che esaminarono i nostri Ms., dacchè per quanto si sappia da noi, nessuno vi pose mente o ne fece cenno; noi crediamo di farlo conoscere, perchè dello stesso genere del libro di Benedetto da Bari, e della stessa scuola di Teologia mistica e morale, sebbene lo stile di questi Sermoni, come potrà rilevarsi dai saggi che ne daremo, si mostri più energico e vibrato di quello del Barense. Chi ne sia stato l'Autore non si conosce, ma dalla maniera e dal carattere del secolo in cui fu scritto il Codice, ben si può dedurre che l'Autore di quei sermoni fu contemporaneo di Benedetto da Bari e Monaco della Badia Cavense. — Il che ci fa benedire con animo lietissimo a quei beati tempi, in cui gli studii Teologici e della Sacra Scrittura erano coltivati con tanto amore e con pienezza di spirito, affatto proprio de' figli di S. Benedetto, prima che simili studii potessero gloriarsi di San Tommaso di Aquino e di San Bonaventura. — Il Codice legato in pelle rossa, e col titolo scritto solamente nell'esterno in lettere dorate = Serm. Spir. Ms. = è perfettamente conservato. La scrittura è del XIII secolo, bellissima e di mezzana grandezza. È scritto in due colonne rigate senza mai oltrepassare le perpendicolari, che chiudono la scrittura lateralmente. Ogni colonna comprende 23 versi, scritta con una uguaglianza e chiarezza ammirabile. Ogni cap. tiene le sue iniziali majuscole alternate di colore or rosso or turchino con qualche piccolo rabesco degli stessi colori. I titoli son sempre scritti in rosso, e due capitali sono scritte in oro e rabeschi a colori, una in principio del prologo e l'altra più grande e più ricca dove comincia il primo capitolo. Le abbreviature e le interpunzioni sono quelle della scrittura del secolo XIII. Notiamo due altre cose. Le lettere iniziali dopo il punto sono quasi sempre macchiate nell' interno con color verde; e sulle parole di oscuro significato con minuto carattere dello stesso tempo è scritta sopra la spiegazione. Il Codice è innumerato (altro segno che niuno l'abbia mai svolto), ma sono in tutto 126 fogli, ossia 252 pagine interamente scritte a due colonne ognuna, meno l'ultimo f. scritto nella sola prima colonna, più 6 righi della seconda e bianco in tutto il resto. La pergamena è sempre bianca, intera e benissimo conservata in tutt' i fogli, meno qualcheduno in principio alquanto aggrinzito (a).

(a) In un solo f. la pergamena si vede bucata, ma la lettera mancante fu supplita sopra il rigo in ambedue le facce del foglio 102.

Comincia il primo f. r. col prologo, che riportiamo intero, e subito siegue l' indice dei Cap. scritto eziandio in due colonne col numero progressivo innanzi alla piccola iniziale alternativamente di color rosso e di color turchino. Quest' indice comincia dal rigo 18 della prima colonna del primo f. v., e finisce al rigo 19 della seconda colonna del 5 f. r — Nello stesso f. v. principia il primo cap. del libro, che stampiamo assieme all' indice ed altri Cap. perchè se ne abbia conoscenza. — I f. sono 0.27 altezza, 0.19 larghezza; margine inferiore 0.5, superiore 0.2, esteriore 0.4, interiore 0.2, spazio tra le due colonne millimetri 3. — Finito il libro, si legge nella seconda colonna del penultimo f. v. e nella prima ed in 6 righi della seconda colonna dell' ultimo f. r. il capitolo senza intitolazione scritto col medesimo carattere del Codice, esso pure riprodotto sottosegnato in talune parti come si vede nel Codice. — Notiamo ancora che di fronte al primo verso di questo capitolo aggiunto si vede nel margine interiore scritta la lettera r majuscolo R. (sic)

INCIPIT PROLOGUS.

Navigantibus hoc mari (sic) magno. et in regione presentis peregrinationis laborantibus contingit interdum nonnullos eorum portum salutis attingere. nonnullos vero nec portum tenere posse: sed fluctuatione demergi nec in litore stationem facere: nec secure quamtumlibet remanere. Alii vero sunt, qui querentes remedia tediorum presentium, et solatia dolorum, ne in via deficiant: sed ad portum perveniant. labores adamitici (*sopra* idest ade) sudoris ac presentium penalitatum oscitationes: sedula student scripturarum meditatione mitigare. Propositum namque sancte meditationis in assiduitate legendi hec duo facit: scilicet, quod a malis retrahit, et ad faciendum bona: salubri nos hortatione compellit. Hac igitur inspectione commoti: inter curiales nostras sollicitudines sacris traditionibus scripturarum interdum accomodari opere pretium fore didicimus (a). quod dum per eas sedulo perquisitas

---

(a) Per quanto ci fossimo adoperati per conoscere chi si fosse il Giusperito, che *inter curiales sollicitudines* scrisse questi Sacri Sermoni, non ci fu possibile di venirne a capo. — La molta somiglianza con l'opera *De Septem Sigillis* ci fè sospettare che ne fosse stato autore un Monaco Cavense, ma non intendiamo con ciò di rigettare lo autorevole peso delle parole del Codice, che lo rivelano Causidico, lungamente esercitato nelle vertenze del foro.

salubriter erudimur, vermiculos prurientium cogitationum indefesso pede transeamus. Et ita dum inter ambulandum utiliter proceditur: ad optatum portum sine pernitiosa impactione perveniatur. quo circa in gazophilatium domini aliquid ponere desiderantes, de hac convalle lacrimarum et diuturnitate presentis incolatus, hunc libellum edidimus. In quo diem presentis temporis totam ut possimus peragramus. ut noctescente in vespera, optata pacis tranquillitate dormiamus in domino. Quod si aliquid minus dignum apud censuram sapientium in eo repertum fuerit, discrecio corrigendum toleret: quod inscitia (*sopra* idest ignorantia) subrogari persuasit. Si quid autem boni ibi est, ut facilius manui querentis occurrat, et perspicacius sciendum se offerat: hec capitula intentionis caracteristicas (*sopra* idest designatas) notiones congruum duximus anteponenda.

EXPLICIT PROLOGUS.

Incipiunt capitula

Expliciunt capitula

INCIPIT LIBER

Incipit viator presentis diei que volvitur in statibus mutabilitatis post creationem et lapsum.

Sacris traditionibus eruditi, et exercitio sedule cogitationis ortodoxorum virorum sanctionibus edocti : tres dies esse profutura insinuatione comperimus. Quorum qui

alios antecedit, a principio creaturarum initium sumpsit, usque ad consummationem mundi, in voce angeli per ignem obpandendam (*revelandam*) perduraturus. Secundus vero usque ad generale iudicium perducendus. Tertius sine fine mansurus. Est enim prima dies presentis temporis. Secunda tumuli. Tertia eternitatis. In prima die est labor. In secunda quies. In tertia gaudium. In prima die sunt vigilie. In secunda sabbatum. In tertia gloria. Primam diem Dominus significavit: cum discipulis dixit; Vigilate et orate, ut non intretis in temptationem. Hic enim est vigilandum. Hic orandum, ut non intremus in temptationem idest ut non temptemur super id quod ferre possimus, Nam sic intratur in temptationem, cum usque adeo temptationi succumbimus, quod ei salubriter resistere nequeamus. Secundam vero diem demonstravit, cum iterum ad discipulos veniens addidit. Dormite iam et requiescite. Ubi in ipso dormitionem quietis fieri innuit, in quo in pace in idipsum felici sompno dormitur. Tertiam diem david assignat. Melior inquit est dies una in atriis tuis, super milia. In atriis namque domini sic dies eternitatis universa milia antecellit, sicut post omnia milia semper est successura. De prima itaque die presentis temporis tamquam de minori, et que magis venit in nostram notitiam, scribere intendimus, que cum creaturis incepit, et circa finem ipsius, omnium est creaturarum mutabilitas desitura (*finitura*).

De principio creaturarum — Cap. II.

Fuit enim quando non fuit aliquid, preter id solum quod est singulum cujuslibet, et totum universitatis, supremus arce cubitus, universorum deus. Ad cuius investigandas divitias sapiens nullus cillantes (*palpitantes*) (1) oculos aperire prevalet, quorum acies in solem defigi non perfert, sed solus ipse in trinitate omnipotens, et in omnipotentia unicus, eas ineffabiliter possidet, de quibus stillas synderesys (*rationis*) in rationalem creaturam infundit. Verum licet ignoramus vias aquile ad celum

(1) Nel Ducange non si trova la parola *cillantes*.

volantis, oculos tamen nostros prout possumus aperimus ad videndum eius tenorem volationis. Hic quippe tempus ab eternitate deducens, in initio fecit esse principium motus secundum prius et posterius, qui essentialiter summe bonus existens, hoc benignitatis sue habuit exactorium, ut participem regni haberet unam rationalem in angelis condidit creaturam. Sed quia in angelis repperit pravitatem, ad recuperandum angelice ruine dampnum, hominem creavit. Hic etiam edictum divinidecreti transgrediens, soporatus est sopore mortis. Et quem in orto deliciarum posuerat creatoris clementia, eum in campum miseriaru mabegit propria inobedientia. Ubi tam domini sompnum mortis dormivit, donec helyseus ad suscitandum filium sunamitis accessit. Samaritanus ad vulneratum appropiavit, angelus magni consilii in piscinam descendit. Omnipotens sermo a regalibus sedibus venit, dum medium silentium tenerent omnia. Primum enim silentium fuit ante legem, ignorantia languoris. Secundum sub lege, desperatio curationis. Tertium erit in gloria, adeptio sanitatis. Vel primum silentium est peccati commissio. Secundum legis transgressio. Tertium immortalitatis possessio. In primo mortificamur. In secundo contabescimus. In tertio glorificamur.

De pia impia elevatione gladii et immolatione arietis — Cap. xcvi.

Adultus est autem ysaac et prefato triduo ad locum sacrificii perductus, ubi ligatis pedibus altari superimponitur, et dominus noster clavis affixis in cruce pedibus in patibulum salutis nostre suspenditur, et ut in celum nos evehat, in altum crucis elevatur, quatinus superhabundante gratia, superhabundans delictum profundius posset avelli et rampnus perniciose transgressionis qui pedes nostrorum affectuum letaliter pupugerat, per consummatam mortis obedientiam radicitus extyrpari. Cumque abraham dextram erigeret et vibrato gladio, pie impie iam pene feriret filium, per angelum inspirationis divine ammoneretur ut parceret; mox quod significatum est in ysaac trajectum est ad arietem inter vepres cornibus herentem. Christus enim est agnus, ovis et aries. Ovis humilis, agnus innocens, aries antesignanus. Ovis generans, agnus

generatus, aries immolatus. Generans deus, generatus homo, immolatus mortalis, Generans ecclesiam, generatus a virgine, mortuus in cruce. Generans matrem virginem, fide generatus a matre virgine, corpore mortuus in cruce, vita superstite. Deus iustificando, homo in nascendo, mortalis in pretium solvendo. Animam pro vita, carnem pro remedio, sanguinem pro cyrografo. Posuit, dedit, fudit. Cuius sanguinis stillicidio, omnium e culparum cyrografa deleta sunt, et judeos usque ad plenitudinem gentium madet. Ipse nimirum fregit ampullam sanguinis plenam dicens: sanguis eius super nos, et super filios nostros, se et filios suos venenata lingua respersit, donec plenitudo gentium intraret, hoc sanguine madendos.

Hic fit anacephaleosis hoc est recapitulatio sacramentorum — Cap. CCIIII

In diversitate ministrantium hoc prandio desiderabili ierosolimitis et non damascenis, accesserunt aliqui qui apportaverunt primas parapsides plenas signis. Secundas figuris. Tertias miraculis. Quartas fructibus. Plenas signis in patriarchis. Figuris in prophetis. Miraculis in Christo. Fructibus in apostolis. Signum est, ut manus instar nivis in moyse. Figura ut cucurbita in jona. Myraculum, ut vinum ydriarum in Christo. Fructus ut stepanus in apostolis, ac paulus in Saulo. et electus in abortivo. Venerabilis cetus israelitarum qui es sors electionis domini, si plura modo non apponuntur, appositis epulare.

Explicicit liber.

Claudit quam graviter bonus hic liber ostia cecis.
Tam bene panduntur sapientibus alta quietis.

Sic offer in sacrificio tuo, si digne offerre velis, ut neque in discretione mu-

nerum unitatem trinitatis dividas, idest in eo quod discreta et diversa et divisa dona offers patri et filio et spiritui sancto, non dividas unitatem divine essentie credendo tres deos sicut tres ypostases: sed dona illa sic uni deo sicut tribus personis credas offerri, *neque in participatione donorum trinitatem unitatis confundas*; idest in eo quod unus deus tria trium personarnm dona participet, non confundas trinitatem unitatis credendo unam ypostasim, sicut unam essentiam divinam; sed sicut unus deus in tribus personis tria munera participat, sic tres persone in uno deo tria dona distinguat. *sed singulis sua*: idest patri sollicitudinem, filio iudicium. spiritui sancto misericordiam offer: *et simul uni omnia exhibeas* idest hec omnia simul sicut uni deo sic tribus personis credas esse attributa. *Nam quod singulum est singuli, totum est trium* idest deus qui solus est singule persone ipse est totum trium personarum; *et quod totum est omnium* idest ipse deus qui est totum omnium personarum, *singulum est universorum* idest solus ipse universarum est deus trium personarum, et non plures dii plurium personarum. *Sicut enim singulum unum est trino*; idest, sicut deus unus est tres persone, *sic trinum singulum uni*, idest, sic tres persone sunt deus unus. *Et sicut unum est singulum trino*, idest, sicut una essentia divina est tres persone, *sic et trinum est unum singulo*, idest, sic et tres persone sunt una essentia divina. *Singulum ergo* ternea, idest, deitas trinitatis, *et trinum singuli*, idest, trinitas deitatis, *dispensat cunctorum totum*, idest, ostendit unum solum deum esse cunctarum trium personarum, *et singulorum propria*, idest, ipsa deitas in trinitate, et trinitas in deitate considerata demonstrat que dona quibus personis proprie debeant attribui. *Sic bene oblatum singulum omnibus*, idest, sic bene ostenso deum esse in omnibus personis, *recte dispensat totum universis*, idest, recte demonstratur ipsum deum esse universas illas tres personas.

Salerno — Stab. Tip. Fratelli Jovane

Ex. j. 11.

